Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala A
Estante 1
Tabla
Número

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

...mis pies, y endere... a mi ... ...mios con perf... ...ances la co...

Estas consideraciones y affec... ...citar, acordadome de las llagas de Christo ... y para mirarlas mas de cerca, abiuarè la Fè de que las tiene su cuerpo gloriosissimo, no solamente en el cielo, sino en el sanctissimo Sacramento del Altar, y que alli son como cinco fuentes del Saluador, de las quales manan aguas de gracias, y consuelos espirituales para todos los que se llegan con espiritu a ellas. *Isai. 12.*

Tercero punto.

6 A Estas causas añado la vltima, para confundir el dia del juyzio a los condemnados, mostrandoles las llagas que recibio por ellos, y el desseo que tuuo de saluarlos, si por su culpa no quedarà. A los quales (como pondera San Augustin) dira desta manera: Veys aqui al hombre que cruzificastes, mirad las llagas que le hizistes, reconoced el costado que alanceastes, el qual por vosotros, y para vosotros fue abierto, y con todo esso no quisistes entrar por el. Entonces serà el terrible llanto, que està prophetizado destos miserables, viendo la occasion que perdieron de saluarse, y la justa razõ que tiene Christo para condemnarlos. *In libro de Symbolo.* *Apoc. 1.*

Al contrario con estas mismas llagas alegrarà Christo nuestro Señor a los escogidos, no solamente aquel dia, sino por toda la eternidad, viendo en ellas claramente tantos motiuos de amar al que las recibio por ellos. O Saluador amabilissimo por estas llagas te supplico humilmente obres en mi, los effectos para que las conseruaste en tu glorioso cuerpo, admitiendome a entrar por ellas con alas de paloma, y a moraren ellas, como en nido, y lugar de mi descanso: porque no quiero otro en esta vida, sino pensar en lo mucho que por mi hiziste, y padeciste, amandote por ello, y obedeciendote con perseuerancia, hasta gozar de ti en la gloria, por todos los siglos. Amen.

Medi-

Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala A
Caja 31
Legajo
Nº Sig. 25

mis pies, y endere[illegible] a mi [illegible]
os mios con per[illegible] ances la co-

Estas consideraciones y affe[illegible] citar, acrida-
dome de las llagas de Christo n[illegible] y para mirarlas
mas de cerca, abiuarè la Fè de que las tiene su cuerpo glorioſiſ-
ſimo, no ſolamente en el cielo, ſino en el ſanctiſsimo Sacramen-
to del Altar: y que alli ſon como cinco fuentes del Saluador, de *Iſai. 12.*
las quales manan aguas de gracias, y conſuelos eſpirituales pa-
ra todos los que ſe llegan con eſpiritu a ellas.

Tercero punto.

6 A Eſtas cauſas añado la vltima, para confundir el dia del juy-
zio a los condemnados, moſtrandoles las llagas que recibio
por ellos, y el deſſeo que tuuo de ſaluarlos, ſi por ſu culpa no
quedarà. A los quales (como pondera San Auguſtin) dira *In libro de Symbolo.*
deſta manera: Veys aqui al hombre que cruzificaſtes, mirad
las llagas que le hiziſtes, reconoced el coſtado que alancea-
ſtes, el qual por voſotros, y para voſotros fue abierto, y con
todo eſſo no quiſiſtes entrar por el. Entonces ſerà el terrible *Apoc. 1.*
llanto, que eſtà prophetizado deſtos miſerables, viendo la oc-
caſion que perdieron de ſaluarſe, y la juſta razõ que tiene Chri-
ſto para condemnarlos.

Al contrario con eſtas miſmas llagas alegrarà Chriſto nue-
ſtro Señor a los eſcogidos, no ſolamente aquel dia, ſino por
toda la eternidad, viendo en ellas claramente tantos motiuos
de amar al que las recibio por ellos. O Saluador amabiliſsimo
por eſtas llagas te ſupplico humilmente obres en mi, los effe-
ctos para que las conſeruaſte en tu glorioſo cuerpo, admitien-
dome a entrar por ellas con alas de paloma, y a morar en ellas,
como en nido, y lugar de mi deſcanſo: porque no quiero otro
en eſta vida, ſino penſar en lo mucho que por mi hiziſte,
y padeciſte, amandote por ello, y obedeciendote
con perſeuerancia, haſta gozar de ti en
la gloria, por todos los
ſiglos. Amen.

(·:·)

Medi-

Meditacion. XII. De la apparicion a los siete Discipulos, que pescauan en el mar de Tyberiadis.

Primero punto.

Ioan. 21. *Estando juntos Pedro y Iuan, y otros cinco Discipulos, dixo Pedro: Quiero yr a pescar. Respondieron los otros: Vamos todos, y subiendo en el nauio, no pescaron cosa en toda aquella noche.*

Aqui se ha de ponderar lo primero, como estos Discipulos, fueron a pescar, parte por su pobreza para tener algo q̃ comer, parte por huyr la ociosidad, porque no era llegado el tiempo de occuparse en pescar hombres, y en diziendo Pedro, que queria pescar, los demas se offrecieron de acompañarle, mostrando en esto la concordia y conformidad de voluntades que tenian en las obras de virtud. De donde sacarè desseo de imitar a estos sanctos Discipulos en el exercicio destas tres virtudes, pobreza, charidad, y amor al trabajo contra la ociosidad.

Luc. 5. Lo segundo, se ha de ponderar como en toda la noche no pescaron pez alguno, como les succedio otra vez, quando dixo San Pedro: *Per totam noctem laborantes, nihil cepimus.* Auiendo trabajado toda la noche nada hemos pescado: para significar lo primero, quan poca parte es la industria del hombre tomada a solas, para pescar las almas, y sacarlas del peccado. De suerte que Pedro y Paulo, y qualquier otro, aunque sea muy letrado, y muy sancto, y gran predicador, trabajarà

1. Corint. sin fructo, si estriba en sus solas fuerças, y si Dios no acude a la pesca. Pues por esto dixo el Apostol, ni el que planta es algo ni el que riega, sino Dios que dà el augmento. Por lo qual se han de fundar en humildad los obreros de las almas, si quieren que su trabajo sea de prouecho: acordandose de lo que di

Ioan. 15. xo Christo: Sin mi nada podeys hazer.

Tambien tiene mysterio dezir ambas vezes, que era de noche, para significar el miserable estado que tenia el mundo antes de la venida de Christo Sol de justicia, con cuya luz se haze la pesca, y sin ella no se haze nada. Demas desto se nos re-

pre-

R. 1. 480

CAROLI TAPIÆ.

IVRECONSVLTI

DE RELIGIOSIS REBVS TRACTATVS

IN AVTHEN. INGRESSI.

C. DE SACROS. ECCLES.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

DE LA LIBRERIA DEL REAL COLEGIO MAYOR Reunido de Santa Cruz, y Santa Catalina.
Æ. 3º C. 5º N. 14

Ex Bibliotheca Dni Benedicti de Castro

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

SVPERIORVM PERMISSV.

NEAPOLI,
Ex Typographia Stelliolæ, Ad Portam Regalem.
M. D. XCIIII.

SERENISS.MO AC REVERENDISSIMO

ALBERTO ARCHIDVCI AVSTRIÆ

S. R. E. Cardinali Tit. S. Crucis in Hyerusalem. Dom. Suo.

CAROLVS TAPIA F. M. P.

IAm est (Serenissime Princeps) Religionum vtilitas, is earum vsus necessarius, vt illas velut vnicum, ac singulare munimen à summo illo rerum omnium opifice, ac molitore Deo aduersus diabolicos incursus cœlitus nobis datas esse orthodoxi omnes confiteãtur. Nam quo sublimiori, aut perfectiori remedio Tirannica Romanorum Imperatorum rabies, aliorumq; Regum ferina voluntas perdomari, aut comprimi potuisset vnquam, nisi horum religiosorum opera, ac virtute præstanti? qui rebus omnibus postlhabitis totos se in optimo vitæ statu exquirendo collocarũt, quiq pro Christi

amore, & charitate sanguinem fundere non dubitarunt, quod quidem in primis Ecclesiæ primordijs, ac successiuis temporibus accidisse in huius operis progressu monstrabimus. Aut quo inquam pacto Arrij, Nestorij, Eutichij, Manicheorum, Albigensium, cæterorumq; hæresum introductorum mendacia, falsitates, et adulterinæ sententiæ confutari, aut patefieri potuissent, nisi Hieronymi, Aug. Cirilli, Basilij, Dominici, aliorumq; illustrium virorum doctrina, virtute, ac singulari prudentia? qui et alij innumeri orthodoxæ fidei defensores monasticæ disciplinæ Principes, & professores extitere. Quæ mihi quidem ex animo perpendenti (Princeps glorioſiſſime) in mentem venit de religiosis rebus libellum componere, omnem religionum ferè materiam amplexantem, pro themate suscipiens interpretationem Authenticæ Ingressi quã sub Tit. de sacrosanc. Eccl. Iustinianei codicis compilatores posuere, in quo quidem componẽdo maximos suscepi labores, multumq; euigilaui præ temporis inopia, Nam sextus iam est annus cum Ioanne à Stunica Mirandæ comite, qui Regis vices in hoc Regno prudentiſſimè ac vigilantiſſimè gerit, iubente, Auditoris munere, tam in Prouincia Principatus Vltra, quam in Prouincia Principatus citra, & Basilicatæ sine vlla diei intercapedine, multiſq; etiam extraordinarijs grauiſſimis negotijs sum perfunctus. quamobrem quam debui diligentiam adhibere non valui, nec Typis quidem tradidissem, si religioſorum, amicorumq; vota ad id me non impulissent. Illum ergo sub tuis feliciſſimis auſpicijs edendum putaui. Tu enim is es qui à tot Imperatoribus, vjſq; Sanctiſſimis genitus, ea virtute refulges, vt Greg. ille XIII. optimus, ac prudentiſſimus Pontifex, adhuc impuberi Cardinalitiam contulerit dignitatem, et Philippus Rex noſter poſt hominum memoriam ſanctitate, ac prudentia glorioſiſſimus, Luſitani bellicoſiſſimi Regni nouiter adepti curam meritiſſimè commiſerit. In cuius regimine ita ſtrenuè te geſſiſti, vt inuaſoribus hæreticis Cardinalis terribilis, & miles religioſus apparueris. Inde tuam expertus virtutem, & religionem idem Philippus Rex noſter quietis iam propter ætatem, & labores cupidus Inuictiſſimi parentis virtutem, et religionem imitatus, te ad regnorum ſuorum, quorum gubernatio multitudine, locorum diſtantia, & nationum feritate difficillima reditur regimen aſſumpſit. In quo prudenter, & accuratiſſimè te gerens prudentiſſimi Regis inditium non eluſiſti. Sume ergo fortiſſime

tißime ac magnanime Heros laborum meorum fructus qualescunq; ſint, in ijs enim non verborum delectum, aut doctrinam rogo inſpicias, ſed maximam inſeruiendi tibi animi propenſionem, quam ſi vt adſoles benignè inſpexeris & me alacriorem ad maiora reddes, & omnium ſtudioſorum oculos in te conuertes Deus optimus Maximus tua ſemper vota fecundet, ac nobis per Neſtoreos annos concedat. Neapoli nonis Auguſti. M. D. L. XXXXIIII.

AD LECTOREM.

OPVS hoc, ſtudioſiſſime lector, in ſeptem diuiſum eſt partes. In prima de Religionum ingreſſu agitur, quibus namq; ad ipſas pateat acceſſus quibuſuè ſit prohibitus, & qui ab earum obſeruantia eximantur. In ſecunda Religionum antiquitatem, originem, ac ſtatum quam breuiſſimè fieri potuit inuenies. In tertia qualiter bona ab ipſis acquirantur. In quarta de trium votorum excellentia, & obſeruantia tractatur. Quinta quæ bona, & quo caſu monaſterij commodis applicentur indicabit. Sexta docet an Summus Pontifex in voto caſtitatis, & paupertatis diſpenſare poſsit. E' ſeptima quo caſu teſtari vel donare religioſis conceſſum ſit percipies, quæ omnia benigno oculo rogo inſpicias.

Del Col.º Catalino Letra f 1

CAROLI TAPIÆ IVRECONSVLTI COMMENTARIVS

In Authenticam Ingressi C. de Sacrosanctis Ecclesijs.

INGRESSI MONASTERIA IPSO INGRESSV, SE, SVAQ; DEDICANT DEO, IDEOQ; nec de his testãtur vtpote, nec Domini Rerum.

1 *INGRESSVS monasterium dicitur, qui professus iam est, è contra uerò qui professus non est impropriè dicitur ingressus, licèt aliqui etiam hunc propriè ingressum dicant, quod sequimur.*

2 *Ingressus à Iure præsumitur animo probandi.*

3 *Conditio in legato inserta, ut Monasterium ingrediatur, debet intra triennium adimpleri, aliàs, à legato cadit.*

4 *Legatum sub conditione relictum si ingreditur, non debetur ante pubertatem, etiam illo ingresso.*

5 *Legatum relictum Monasterio sub conditione, ut aliquem in Monachum recipiat, an sit validum, uel tanquam Simoniacum non debeatur; tres sunt opiniones: sed nos deberi cum Bal. tenemus, ex nouis authoritatibus.*

6 *Dare aliquid pro receptione in Monachũ est prohibitum, quãdo ex pacto datur.*

7 *Relictum Monasterio pro alimentis Monachi valet.*

8 *Moniales possunt certum numerum præfigere earum, quæ sunt nutriendæ de bonis Monasterij, & aliæ si uolunt ingredi conferant pecuniam.*

9 *Pecunia sponte oblata Monasterio, siue ante, siue post receptionem Monachi,*

iure licito illi acquiritur.

10 *Legatum sub conditione, si Monasterium ingrediatur, reiecta conditione debetur, licèt alij contra.*

11 *Legatum sub conditione relictum ne Monasterium ingrediatur, debetur reiecta conditione, si Monasterium est ingressus.*

12 *Legatis virgini mille si nupserit, & quingenta, si Monasterium ingressa fuerit, integra mille debentur si ingreditur, licèt alij contra, sed primam æquiorem, hanc veriorem arbitramur.*

13 *Exequutor deputatus ad virgines maritandas, non potest pecuniam conuertere pro illis monachandis.*

14 *Vouens ingredi religionem, non satisfacit voto, nisi profiteatur secundum Canonistas: sed contrarium tenent Theologi.*

15 *Vouens, si intendit perpetnò in religione permanere, tenetur profiteri.*

16 *Vouens ingredi, qui non intendit perpetuò remanere, nō tenetur profiteri quod tripliciter potest contingere.*

17 *Vouens cum libertate exeundi, uel remanendi, & sic animo probandi non tenetur profiteri.*

18 *Vouens simpliciter nihil ampliùs cogitans, non tenetur perpetuò remanere.*

19 *Vouens simpliciter, si intrat ut statim exeat, non satisfacit voto.*

20 *Innocentius, & alij doct. tenentes, quòd ingrediens non satisfacit voto ex ingressu, intelliguntur, ut possit vouens cogi ad votum implendum, & sic ad ingrediendum animo probandi.*

21 *Probatio religionis ad quid ordinetur.*

22 *Vouens, qui ingressus est, & egreditur, non satisfacit voto, si nullam rationem afferat, sed aliquam debet afferre ex enumeratis.*

23 *Ratio, quæ affertur à vouente, si respicit substantialia, non tenetur aliam probare religionem, secus si accidentalia.*

24 *Vouens nullam rationem tenetur afferre in foro Ecclesiastico, sed in foro conscientiæ ex mente Caiet. quod reprobamus.*

25 *Vouens in genere religionem, si illam, & locum eligit, & non recipitur, aliam tenetur perquirere, non tamen eam in quam animum non habuerit, uel sit remotissima.*

26 *Si religionem in specie vouit, & in vno conuentu non recipitur, aliud debet perquirere.*

27 *Si in nullo recipitur, sub Episcopi obedientia maneat: sed hoc de congruitate, non de necessitate.*

28 *Si de religione in specie, & loco particulari, & in illo non recipitur, non tenetur aliud perquirere.*

29 *Vouens ingredi religionem non satisfacit voto, si illam ingrediatur, in qua regula*

gula non seruatur, imò si illam uouerit absoluetur à voto.

30 *Vouens fieri Monachum, tenetur omninò profiteri, cuius contrarium tenet Caiet. quem sequimur. Num. 34.*

31 *Monachus non dicitur quis ante professionem.*

32 *Religiosus non dicitur, nisi qui perpetuò in religione permanet.*

33 *Religiosus ut quis efficiatur, tria regulæ substantialia debet profiteri, in aliqua ex approbatis religionibus.*

34 *Vouens fieri Monachum, non tenetur profiteri, & num. 30.*

35 *Religiosus dupliciter accipitur, ut in via, & ut in facto esse.*

36 *Vouens quòd erit Religiosus tenetur profiteri: sed nos contra.*

37 *Vouens perseuerare in religione, tenetur profiteri.*

38 *Vouens ingredi Religionem, in qua suæ conditionis homines non benè tractantur, non tenetur ad voti obseruantiam.*

39 *Vouens ingredi religionem, si repellatur ex eo quod grammaticæ sit ignarus, tenetur discere, si facultates suppetant.*

40 *Vouens, si à religione repellatur, non tenetur castitatem in seculo seruare.*

41 *Vouens ingredi religionem in genere, si eligit asperrimam, quam ferre non potest, non satisfacit voto si exeat*

42 *Vouens si religionem ingrediatur, & tanquam incorrigibilis expellatur, castitatem tamen in seculo tenetur seruare.*

43 *Intellectus ad hanc authenticam, triplex: sed verus est num. 51. & sequent.*

44 *Ingressi obligatio pura ab initio est, sub conditione resoluenda: sed contra.*

45 *Argumentum de matrimonio spirituali ad carnale tenet.*

46 *Subuentio, quæ debetur à vassallis pro filia maritanda, debetur etiam pro illa monachanda.*

47 *Constitutio dotis ab initio non est pura: sed conditionata, si matrimonium sequatur.*

48 *Nouitius retinet beneficium, omne dominium, & dignitatem Regiam.*

49 *Nouitius testamentum potest facere etiamsi sit ordinis minorum.*

50 *Nouitius gaudet beneficio. C. si quis suadente.*

51 *Intellectus uerus huius authenticæ.*

52 *Authenticorum tempore nulla erat professionis, & nouitiatus distinctio, quod non est simpliciter uerum.*

53 *Ignoti triennio probabant religionem in habitu seculari, noti uerò statim induebantur habitu monachali,*

CAPVT. PRIMVM.

1 INGRESSVS quidem monasterium is dicitur, qui professus iam est, ac religionis tria essentialia uota emisit; ut not. glos. 1. in hac authent. quam sequuntur Pet. Bar. Signorol. & Paul. Cast. in initio, idem Bar. in authen. si qua mulier. num. 20. infra eodem, & consi. 13. nu. 1. lib. 1. Fulgosi. & Alex. num. 10. in l. si quis hæredem. infra de inst. & subst. Ioan. de Imo. & Alex. num. 10. in l. in substitutione. ff. de vulg. & pup. And. Barb. in clemen. 1. col. 2. de elect. & consi. 38. col. 5. lib. 3. & Fel. in c. cum deputati, num. 1. de iud. & Angel. Clauasius in sum. verbo religiosus, nu. 24. quo circa horum inspecta sententia impropriè ingressus dicitur, qui adhuc professus non est: sed pendente probationis tẽpore in monasterio commoratur, quod ex hac authen. colligi potest à contrario sensu, nam cum ipso ingressu, se, & sua ingredientem dicare statutum sit, colligitur à cõtrario ante professionis tempus, quo se, & sua quis dedicat ingressum propriè non dici.

Non tamen desunt, qui eum propriè ingressum dici asserant, qui professus adhuc non est, & præcipuè Dec. hic, nu. 4. & Iason in l. si quis hæredem. num. 12. infra de instit. & substit. in qua significatione sæpe à sum. Pontifi. accipitur, in c. 1. c. beneficium & c. pen. de reg. lib. 6. idẽq; notant Gem. in d. c. 1. Philip. Franc. in d. c. pen. quod probatur etiam, in c. religioso. §. 1. de senten. excomm. lib. 6. in §. fiquis autem, in auth. de sanctiss. Episc. & Mathesil. sing. 144. num. 2. Qui ecclesiasticam personam post ingrẽssum dici voluit, ex cuius conclusionis veritate plurium quæstionum pendet decisio, quarum prima est.

An legatum ea conditione alicui relictum, si monasterium ingrediatur, debeatur ei semel ingresso, qui adhuc non facta professione à monasterio recesit, & non deberi decreuerunt Fulgosi. Paul. Castr. Alex. & Com. in l. si quis hæredem. infra de instit. & substit. Io. de Imol. & Alex. num. 12. in l. in substitutione. ff. de vulg. & pupil. Fel. num. 32. & Decius num. 201. in c. in præsentia, de prob. & idem Dec. consi. 329. num. 4. à quibus tacitè dissentire videntur Bar. quæst. indecisam relinquens in d. l. si quis hęredem. & expressè Roma. in l. permisceri. §. species, de acquiren. possess. Iason num. 13. & Decius num. 5. in d. l. si quis hæredem, quę posterior sententia rectè intellecta, vt intelligit Decius pro-

probabilior est, nec enim huiusmodi conditio ingrediendi, professionem necessariò importat, nec è conuersò in merum factum accipienda est, ita vt ex simplici ingressu legatum consequatur legatarius; 2 sed accipienda est. † vt ius intelligit, nempè, vt ingrediatur animo probandi, iuxta. c. ad Apostolicam de regul. cuius decretalis dispositioni se conformem reddere testator præsumitur l. si duo, vbi Bal. ff. de acquir. hære. not. Bart. & alij, præcipuè Ripa. qui communem dicit n. 75. in l. hæredes mei §. Cum ita. ad trebellia. Bald. in l. p. infra de impub. & alijs subst. & in l. pr. supra de Sacros. Eccles. Io. Imol. in l. fin. de Cond. & demonstra. Petr. Anchar in cap. p. q. 14. de const. Riminal. sen. con. 25. n. 15. Paris. cons. 129. n. 15. lib. pr. cons. 80. n. 38. & 89. n. 26. lib. 2. & cons. 20. n. 9 lib. 3. Rolan. à vall. con. 38. n. 44. & con. 59. n. 53. lib. 4. Iacob. Menoch. con. 62. n. 13. Io. Cephal. con. 276, n. 26. lib. 2. Cur. Iun. con. 22. n. 3. & Crauett. con. 75. n. 5. Quæ declaratio colligitur ex diu. Thom. 2. 2. q. 189. ar. 4. quem sequntur Archidia. n. 3. & Præpos. n. 2. & Ægidius Bellam. in c. scimus. 12. q. 1. Alberi. in dictiona: verbo Religio: iij. versi. an ille, qui vouit. Henri. Boich. in c. statuimus n. 9. de regularibus, & Siluester in sum. verbo religio. 2. q. 19. Et ex ijs, quæ dicemus infra in 2. quæstio. principali, dum dicemus quam debeat rationem afferre, cur in religione non permaneat. Nec obstat, quod opponunt aduersæ partis authores voluntati testatoris non satisfieri ex simplici ingressu absq; professione, nam præterquam quod dubitamus de eius mente, quę ex legis præsumptione nostræ opinioni accedit, non minus præsumi potest testatorem hac ratione eum voluisse disponere ad profitendum facta probatione, vt docet Ias. in d. l. si quis hæredem, & diu. Thom. 2. 2. q. 189. ar. 4. ad primum.

Ex quo successiuè quæritur infra quantum tempus debeat huiusmodi conditio adimpleri, ne legatum sit inane, in quo cum argumentum à carnali ad spirituale matrimonium valeat, vt inquit hic Bart. 3 & latius infra dicemus, videtur affirmandum † vt infra triennium à tempore pubertatis debeat ingredi, vt in matrimonio carnali concludunt Glos. Bar. & Io. Plat. in l. 2. §. ad filiorum C. quib. & quando quarta pars deb. lib. 10. & Guliel. Benedictus in c. Rainutius de Testam. verbo Cuidam Petro traddiderunt n. 4. quod tempus etiam à die mortis testatoris concedimus, si pubes reperiebatur ante illius mortem.

4 Hinc infertur primo an huiusmodi legatũ ei debeatur, qui ante legitimam ętatem est ingressus, & dicendũ est non deberi, prout in con-

ditione

ditione, si nupserit, non debetur ante perfectam ætatem l. penul. infra quãdo dies leg.ced.Io.Lup.in Rub.de donat.int.ui. & vxo. §.56.n.4.

5 Secundo infertur † an relictum monasterio, si aliquem in Monachum recipiat, debeatur reiecta conditione,an verò in totum vitietur, vel sit validum, & in hoc plures sunt opiniones; reperio etenim Bart. in l. 2. infra de instit. & substit. & in l.vxorem §. hæres de leg. 3. voluisse conditionẽ reijci, & legatũ deberi, & hanc magis Com. opin. affirmat Iason in d. l. 2. n. 3.

Altera est opinio Bart. in l. Titio centum §. p. de condi. & demonstra. qui nullum esse huiusmodi relictum tenet, tanquam simoniacum, & hanc probant inibi Angel. Paul. Cast. & Imola. Anan. in c. non satis de sim. Alex in l. 2. infra de institut. & substitu. communem asserit, eum tamen ibi sequitur Dec. n. 10. ex cap. non satis, & c. quoniam de Simon.

Tertia est opi. Bald· in d. l. p. n. 3. de instit. & substitut. qui voluit relictum valere, nec esse simoniam, cum hoc relictũ sit ad pias causas & pro anima testatoris,quod sequuntur ibi Angel. & Paul. Cast. & Raphael. Comen.in l. Titio Centum §. 1. de Conditio. & demo. Iason in d. l. 2. C. de instit. & substit. Bal. in l. 1. n. 42. infra de his, qui pen. nomine. videtur enim relictum puellæ pro anima testatoris: sicut etiam licitum est puellæ aliqua dedicare, ita etiam patri pro puella, quod ex consuetudine seruari dicit. Eu m etiam sequitur Greg. Lop. in l. 22. tit. vij. part. p. verbo *porque lo reciuan*. Hæc tamen quæstio. prout difficilis visa fuit sum. Pontif. in ca. quã pio. prima. q. 2. mihi videtur ẽt: sed illius summi Põtificis inhærendo authoritati,atq; do-

6 ctrinæ diui Tho mæ 2. 2. q.100. art. 3 ad 4.189.ar.9.in corp.dico † regulariter esse prohibitũ aliquid pro receptione in monachũ dare cũ res sit religiosa, atq; spiritualis, ideoq; simoniæ periculum adsit, quod intelligitur quando ex pacto conueniunt in aliquod prętium, quapropter in casu proposito opinionem Bal.constanter teneo,quod non uitietur relictum; nam vt inquit S. Thomas, sicut licitum est aliquem in monachum recipere facilius,ac aliquis reciperetur propter eleemosinas, quas facere monasterio est solitus, sic ergo licitum erit recipere in Monasterium hunc Monachum propter spem, quæ delegato consequendo habetur.Sed retenta conclusione,quod pro ingressu aliquid dare minime liceat, datumq; sit nullum ex mente Diu. Thom. & Caie. loc. cit. & Angel in sum. ver. Simonia 4. limito eam duobus modis.

7 Primo quãdo relinquitur aliquid, vel datur pro alimentis,vt concludunt

cludunt Bart. & Imol. in d. l. Titio centum §. 1. Imol. in l. ille autem col. p. ff. de hæred. instit. Bal. in l. fin. infra de sponsali. n. 20. & in l. Titia vbi Areti. ff. de verb. obliga. Bertran. cons. 135. n. 6. lib. 3. & Dec. in d. l. 2. n. 11. infra de institution.& substitu. Greg. lop. in l. 2. tit. 7. par. pri. verbo *porque lo reciuan en la orden*. Quod verum intelligunt Paul. Cast. & Imol. in d. l. Titia §. pr. & in lege Titio Centum. Bar. & Dec. dicto loco, vbi Monasterium esset tenue, & pauper ut probant Angel. in Authen. ut ea, quæ vocantur in principio vers.

8 quod noto ad legata, & declarat Caiet. d. qu. 100. ar. 3. † Dicens licitum esse monialibus certum numerum præfigere alendis de bonis monasterij, quòd si aliæ uolunt ingredi, afferant aliquam partem, quod probatur per ca. primum §. pr. de sta. reg. in 6. sic ergo licet pro substẽtatione aliquid accipere,& hanc opinionẽ diu.Thom. tutam esse in conscientia docet Angel. d. ver. Simonia4. Silu. verbo Simonia quæst. 15. & respondẽtes ad c. quoniã de Simonia,dicunt locum habere in foro contentioso propter fraudes, & sic fundat se super præsumptione: sed in foro interiori verior est Abbatis opinio in d. c. quoniam simonia, & sic absq; protestatione & intimatione legatum uel promissum petere non posset.

9 Secundo fallit cùm pecunia † sponte offertur loco, siue ante, siue post receptionem, quod dicunt Inno. & Abbas in c. Cùm M. Ferrariensis de constit. Dec. in d. l. 2. de institu. & substit. num. 11.

10 Tertio infertur, † an legatum relictum virgini, si monasterium ingrediatur, debeatur reiecta conditione,tanquam inducente viduitatem, in quo Bar. cons. 184. quod incipit Domina nostra tenet,legatum reiecta conditione deberi. Nam hoc legatum continet simoniam respectu monasterij. In contrariam sententiam, & rectiùs abierunt Bal. Paul.Castren. & Ias. in Authen. Cui relictum infra de indi. uid. tolle. Paul. Cast. in l. Titio centum §. pr. num. 5. de condit. & demostra. Guliel. Bened. in c. Rainutius uer. Cuidam Petro traddiderunt num. 12. Couar. lib. pr. uaria. resolu. c. 19. num. 10. uer. non tamẽ. Anto.Gomez tomo pr. uaria. resolu. c. 12. de legatis n. 78.

11 Alius casus est cùm relinquitur aliquid † si non ingrediatur monasterium, in hoc Bal.in l. cùm ita de condi. & demostra. vult reijci cõditionem, & deberi legatum, dummodo non esset facta prohibitio ne ingrederetur aliquod particulare monasterium, quod latè probauimus in verbo sua, in quæst. an bona sub conditione relicta, ne alienentur in monasterium transeant c. 12. num. 39. quicquid in contrarium teneat Paul. Cast. in d. l. Titio centum §. pr. num. 6.

Tertio

12 Infertur quarto ad aliam notabilem quæſt. † an ſi relinquantur alicui virgini mille, ſi nupſerit, & quingenta ſi monaſterium ingrediatur, debeantur ei integra mille, ſi illud fuerit ingreſſa, uel tantùm quingenta. In quo duæ ſunt opiniones, quarum altera eſt affirmantium integra mille deberi, eſſet enim cauſa expulſiua à religione, ut priuaretur illis mille propter maius bonũ quod elegit. Præterea dicunt ipſi, ſi fauore matrimonij hæc conditio reijcitur, ut l. Titio, ſi non nupſerit ff. de conditio. & demoſtra. tanto magis debet id religionis fauore decerni, quibus, alijſq; rationibus moti, hãc ſunt amplexi ſententiam Io. And. in addit. ad ſpecul. tit. de ſtatu monac. Ant. But. num. 27. Abb. num. 49. & ibi additio. Areti. num. 72. Felyn. num. 32. & Bero. 494. in c. in præſentia de probatio. Idem Abbas in c. Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de conſtitut. num. 35. Bar. Alexan. & Socci. in l. 2 de his, quæ pœnæ nom. Alberi. in l. Deo nobis num. 7. infra di Epiſcopis, & cleri. & in tracta. ſtatuto 2. par. quæſt. 104. Rom. in l. ſtipulatio hoc modo concepta num. 16. de uerb. obligat. Iaſ. in Authen. ſiqua mulier num. 9. hoc tit. Rip. in l. pr. nu. 61. ſolut. matr. Hippol. mar. in l. vni: num. 45. infra de rapt. virg. Hippol. Rimi. conſ. 84. lib. pr. per totum. Campeg. tract. de dote pr. par. q. 30. Matthæſila. ſing. 52. & inibi Gabriel Saraina, Boeri. deciſ. 3. num. 14. & communem dicunt Ioan. Crot. in l. Nemo poteſt deleg. prim. Iaſ. in dicta Authen. ſiqua mulier. Alex. conſ. 121. num. 14. Socc. cõſ. 241. num. 3. & 269. lib. 2. Ruin. conſ. 68. in fine Socci. Iun. conſil. 160. num. 68. lib. 2. & poſt Dec. conſ. 419. & Duran. in art. teſta. tit. 6. cau. 64. eam eſſe communem affirmat. Viglialo lib. comm. opin. ver. relictum. ſequitur Aquili. in §. & quid ſi tantùm de lib. & poſthum.

Sed contrarium veriùs arbitrati ſunt Bal. num. 11. Paul. Caſtrẽ. Sali. & Raphael Com. in Authen. Niſi rogati infra ad Trebellia. Iacobus Beluis. & idẽ Bal. Paul. & Sali. in l. Deo Nobis infra de Epiſc. & cleri. Paul. Caſtren. in l. Titio centum la prima de condi. & demõſtra. Imola in l. Lutius la ſecun. de hære. inſtit. col. ulti. Anchara. in Reg. Nemo poteſt quæſt. 7. de regul. Iur. lib. 6. Dec. in c. in præſentia num. 59. & Io. Crotus in d. l. nemo poteſt. Guliel. Bened. in cap. Rainutius ver. & dotem, quam dederat in princip. & in ver. qui cũ alia num. 32. Comens. in l. ita quis §. is cui deleg. 2. Duran. de arte teſta. titu. de lega. caut. 64. Bal. conſil. 82. lib. 5. Dec. conſ. 419. Fulgoſ. conſ. 53. Ruin. conſ. 43 lib. 3. conſ. 98. num. 2. lib. 2. Riminal. Iun. conſ. 85. num. 19. Menoch. conſ. 169. num. 18. Sena. Pedemonta-

mont. deciſ. 126. nu. 22. Viuius lib. comm. opin. ver. filius relinquens in teſtamento, & Couar. var. reſolu. lib. pr. cap. 19. nu. 9. & 10. quam opinionem in iure veriorem arbitror, per ea quæ infra dixi in verbo ſua, in quæſt. an bona prohibita alienari tranſeant: verùm æquiorem primam, & ſecundum eam pronuntiandũ fore teneo.

13 Et tandem ex his infero † an exequutor deputatus ad virgines maritandas poſsit pecuniam conuertere, ut ingrediatur monaſterium, in quo negatiuè, & rectè per rationes ab eo adductas concludit Bal. in l. pr. in fine infra de his, quę pen. nom. & ſequitur Guliel. Bened. in c. Rainutius ver. qui cùm alia contrahens num. 31. Io. Lup. in c. per veſtras de donat. inter vir. & vxor. §. 12. verſ. dictus Rex, vbi conſtituit differentiam, an relinquatur in genere, vel in ſpecie.

14 Secunda quæſtio eſt, † an is qui religionem ingrediendi votum emiſit, videatur adimplere votum, ſi religionem, quam ingreditur non profiteatur: In qua magna eſt controuerſia inter Canoniſtas, & Theologos. Inno. enim Hoſt. nu. 5. Ioan. Andr. & Anton. But. num. 6. Abb. nu. 2. & Io. Anan. nu. 4. in cap. ex parte de cenſi. Archidiac. in c. 3. nu. pr. de regular. lib. 6. Luc. à Pen. in l. ſtigmata nu. 9. de fabricenſ. lib. 11. Io. And. in cap. penul. de regul. lib. 6. Gem. in cap. ſcimus num. 2. 12. quæſt. pr. Idem Gem. & Phili. Fran. in cap pr. & in cap. penul. de regul. lib. 6. Aſſerunt omnino teneri huiuſmodi vouentem profiteri aliquam religionem, nec ſatisfacere voto ex ſimplici ingreſſu.

Contrarium tamen ſcripſerunt Hoſt. num. 2. Ioan. And. num. 6. Henri. Boich. nu. 2. & Ant. But. nu. 16. in. c. porrectum de regular. & ex Theolog. diu. Thom. 2. 2. quæſt. 189. art. 4. quem ſequuntur Riccard. in quarto ſent. diſt. 38. art. 4. quæſt. 3. Archidia. Egid. Bellam. & Præpoſ. num. 2. in ca. ſcimus 12. q. pr. Card. à Turre Crem. 10. quæſt. pr. in Summa num. 4. verſ. ad tertium. Alberi. in dictionario verbo Religio 3. verſ. An ille, qui vouit. Henri. Boich. in c. ſtatuimus nu. 9. de regulari. & in cap. per tuas nu. pr. de voto. Dec. in cap. in Præſentia nu. 203. de proba. D. Couarr. in c. quamuis pactũ pr. par. §. 3. nu. 12. de pact. lib. 6. & Iaſon in l. ſiquis hæredem n. 13. infra de inſtitu. & ſubſtitu. S. Anton. 3. par. tit. 16. c. 2. §. 4. Ioan. de Friburgo in ſum. Confeſſor. lib. pr. tit. 8. de voto quæſt. 5. & lib. 3. tit. 28. qu. 9. Angel. Clauaſ. in ſum. verbo votum 3. nu. 18. Silueſter verbo Religio 2. nu. 9. Sum. Armilla verbo Nouitius nu. 10. ex quorum dictis plures colliguntur caſus.

15 Quorum primus eſt, † cùm vouens intendit perpetuò in religione

C rema

remanere, vel vouit se religiosè victurum, eamq; perpetuò seruaturũ, & hoc casu tenebitur omninò in religione permanere, & profiteri

16 Secundus casus est † cùm vouens non intendit remanere, & ad religionis ingressum perpetuò se obligare, & tunc planum est non teneri, ut voluit Nauar. c. 12. nu. 27. quod tripliciter contingere potest aut enim vouet ingredi, ut exeat, aut vouet ingressum, & exitũ, aut tertio vouet ingressum concomitante proposito exeundi, & his omnibus casibus votum est illicitum: primo enim casu vouet ob malum finem, Secundo temerariũ: Tertio peccatum est: & temerariũ, si operã non dat, vt propositum immutet suum. Henri. Boich in c. per tuas n. 1. de voto, & Angel. in d. verb. votũ 3. Aut 4. sub conditione quis vouet, ut probet per annũ, si forte illũ Deus alliciat, ita tamẽ quòd posthoc tẽpus liceat sibi exire, & hoc etiam casu votũ nullũ est, ideoq; potest absq; causa exire; author est Palud. in 4. sent. distinct. 38. q. 4.

17 Tertius casus est † cùm ad ingressum experiendi causa se obligat, cum libertate tamen remanendi, uel non, & manifestum est eum nõ teneri remanere, ut patet ex infra proximè dicendis.

18 Quartus casus est † cũ vouẽs de religionis ingressu simpliciter cogitat, nihil tñ de libertate exitus, vel perpetuitate remanẽdi discernẽs, & hic ad ingressũ obligari videtur secundum formam iuris communis, quæ est ut annus probationis ingredientibus detur, vnde perpetuò in religione permanere non tenetur.

19 Quintus casus est † cũ vouens simpliciter intrat: ut statim exeat & hic nõ videtur satisfacere voto. quod ab initio hac intentione nõ emisit, ideoq: mutare propositũ tenetur, ut saltim experiri velit: an ei in religione permanere expediat, sufficit tamẽ si ingrediatur animo exeundi cũ voluntate dandi operã, ut Deus immutet propositũ suum, ut post Riccard. tradunt Angel. d. ver. votũ 2. Siluest, in sum. verb.

20 Religio 2. q. 19. In hoc tamẽ articulo aduertendũ est † non necessariò colligi ex Inn. Host. Io. And. Abb. & Io. Ana. in d. c. ex parte Archidia. in d. c. 3. & Luc. à Pen. in d. l. stigmata ad profitendũ teneri eum, qui religionẽ ingredi vouet, ut Ant. But. & alij collegerũt cum simpliciter ad implendum votũ ab Eccles. cogi posse fateantur, quod tamen intelligendũ est, ut ad ingrediendũ animo experiendi possit compelli, ut idẽ Host. & Io. And. in supra citato loco pro nostra opinione affirmant.

21 Hæc quidẽ probatio ordinatur ad hoc, ut si omnes religionis cõditiones probanti placent, acceptet, & in religione profitendo perma-

22 neat. † Ideoq; ex sola libertatis exeũdi ratione retrocedere non põt:

Sed

Sed oportet, ut aliquã sibi non gratam religionis conditionẽ in medium afferat, istam saltim quod probata religio minorẽ sibi fortitudinem, ac robur minus animi pariat: Ideoq. timet ne tẽporibus procedentibus tepidus inueniatur, & propriæ saluti sit malè consultũ, ut docet Caiet. 2. 2. q. 189. ar. 4. in resp. 3., vel quod modus ille viuendi displiceat, ut voluit Nauar. c. 12. n. 47. in fine: qui differentiam inter votum ingrediendi, & profitendi constituit, ita ut 2. casu ante dispensationem ex iusta causa viri prudentis arbitrio, ingressam Religionem deserere minimè possit.

23 Quæ quidẽ non grata conditio, si religionis, quã ingreditur substantialia respicit, non tenebitur aliam probare regulã, cùm in omnibus eadem sint substantialia communia, siuerò aliquod extrinsecum respicit, quod in victu, vestitu, alijsue accidentalibus versatur, alias religiones, in quibus tanta asperitas non reperitur tenebitur experiri: Qua probatione facta, conditionibus ei non satisfacientibus erit à voto absolutus † nec vllam in foro Ecclesiastico iustã causam afferre tenebitur, in foro tamen conscientiæ secundum rectam

24 rationem aliqua exigitur ratio, qua non existente ingressus ex voto mortaliter peccat, sine voto venialiter, ut traddit Caiet. supra citato loco. Cuius opinio circa id, quod nullam teneatur in foro Ecclesiastico causam afferre non placet, ea potissimum ratione, quia sicut Ecclesia potest cogere ad ingrediẽdũ c. licèt de voto, ut supra probauimus, ita potest cogere ad permanendum iusta causa non allata, alioquin frustra compelleret Ecclesia ad ingrediendum, si ingressus posset statim retrocedere non allegata iusta causa.

Hæc uerò quæ diximus locum habent in vouente, qui ex iusta causa in religione permanere recusat. Quid autem in eo, qui post ingrediendi votũ, religionẽ vult ingredi, & in ea nõ recipitur dicẽdum sit, videamus in quo alia adhibẽda est distinctio ex doctrina D. Tho. 2. 2. q. 88. ar. 3. ad 2. Riccar. in 4. sent. dist. 38. ar. 5. q. 5. Io. de Friburg. in sum. conf. lib. 1. tit. 8. de voto q. 5. Alber. in diction. ver. Religio 3. Archid. n. 2. Præpos. in c. scimus 12. q. pr. Ang. in sum. ver. votũ 3. n. 10 Silu. verb. religio 2. n. 16. Sum. Armil. verb. votũ n. 18. & Na-

25 uar. c. 12. n. 46. † Aut. n. quis votum emittens de religione simpliciter cogitat, deinde uerò religionẽ, & locũ sibi eligit, & tunc si nõ recipitur, alã tenetur ingredi: locus. n. non est de natura voti. In quo tamen casu maximè inspiciẽda est vouentis intẽtio, nec. n. eam tenetur ingredi religionem, ad quam verisimiliter se non obligasset, vel in remotissimis regionibus aliam, quæ eum recipiat perquirere,

cùm id verisimiliter non esset facturus, ut notant Ang. in sum. verbo votum 3. nu. 11. Siluest. ver. Religio 3. quæst. 16. Nauar. cap. 12. n. 48. immò etiã si absolutè religionẽ vouisset, non omnes, & in remotissimis partibus teneturperquirere: cùm naturæ ius ipsum nos doceat intra nostrum Regnum huiusmodi vota esse adimplenda, nemo enim voueret, si teneretur ignotas gentes inuisere, ut docet Dom. Soto lib. 2. de Iust. & Iure quæst. 3. ar. pr. circa finem; ad quod facit quod tradiderunt Archidiac. & Turre Crem. in fine in Can. nullus 19. quæ. 2. tunc dici monachos sui ordinis monasterium inuenire nõ posse, cum in sua prouincia, vel proxima non possunt.

26 Aut verò de aliqua religione cogitat in specie, & tunc si in aliquo illius claustro non recipitur, aliud tenetur ingredi, in quo si non recipiatur, in seculo remanere libere poterit, licèt Inno. nu. 6. Host. Ioan. And. nu. 4. & Ant. But. num. 11. in c. porrectum de regul. An-
27 char. & Philip. Fran. in c. penul. de regul. in 6. Prepos. in c. cõmissum nu. 5. &. 6. de sponsali. velint † quod si in nullo recipiatur, tenebitur sub Episcopi obedientia remanere certa viuendi forma statuta, quod tamen de congruitate solùm verum intelligo, cùm indistinctè in hoc loquantur. Angel. in sum. verbo votum 3. num. 11. Siluest. in sum. verbo religio 2. nu. 17. quæst. 17. Caiet. 2. 2. quæst. 189. art. 3. Nauar. d. nu. 48. quod verum arbitror; aliter enim præcedens D. Thom.
28 opinio nunquam locum haberet

Aut deniq; tertio cogitat vouens de aliqua religione in specie, loco, & situ particulari, & si in loco illo non recipitur, aliud claustrũ ingredi non tenetur., cùm ad hoc tantùm se obligauerit, quod verũ est in voto de futuro, ut cum in tali ordine se professurum quis promittit, secùs si de præsenti profiteatur, nihil enim interesset, an professio sit generalis, vel specialis: nam ex quo est de præsenti, nec diem nec conditionem recipit, ut notant Inno. Host. & Ioan. And. nu. 4. in fine, & Anton. nu. 12. in cap. porrectum de regulari.

29 † Est tamen valde notandum religionem ingredi vouentem non satisfacere voto, si illam, in qua regula non seruatur, & cum dissolutione viuitur, ingrediatur: quòd si aliam præter eam ingredi vouens non intendebat, nec illam pristinæ integritati breui restitutum ire sit aliqua spes, nec illam tenebitur, nec aliam ingredi, etiam si monasterium aliquot nomine tenus reformatum dicatur. Io. Maior. 4. senten. dist. 84. 20. col. Caiet. 2. 2. quæst. 189. art. 3. Nauar.
30 cap. 12. num. 46.

Sed alia quidem occurrit difficultas, an ille, qui monachum, vel reli-

religiosum fieri vouit omnino profiteri teneatur. Cuius dubium ex
31 eo pendet † quod monachus ante professionem nemo dicitur c. porrectum, & cap. ex parte de regulari c. consuluit qui cleri. vel vouẽt. quod notarunt Luc. à Pen. in l. stigmata nu. 8. de fabricens. lib. 11. glos. in c. pr. verbo dedicandam de religio. dom. Bal. cons. 199. in fin. lib. 5. Inno. Host. & Ioan. And. in cap. statuimus de regul. Io. Anan. in c. vidua nu. 9. eodem tit. Gem. in cap. si seruus num. pr. 54. distinct. & in c. pr. num. 3. de regula. lib. 6. Ita etiam non dicitur
32 religiosus †, nisi qui in religione profitendo perpetuò permanet ca. religioso. §. pr. de sent. excom. lib. 6. not. Archid. in cap. beneficium de regular. lib. 6. Bart. in l. 2. C. ne fac. baptis. reiteretur. Gem. in c. 2. nu. 12. de regul. lib. 6. & Iason in Authen. siqua mulier nu. 58. infra eodem aduersus Card. in Clement. pr. num. 2. de electio. Ioa. Ana. post Anchará. in c. statuimus de regula. huiusmodi enim verbũ religiosi in potiori significatione est accipiendum, qua inspecta ra-
33 tione, ut † religiosus efficiatur tria vota in aliqua ex regulis approbatis profiteri debet, ut habetur in c. ad monasterium de stat. regul. & in summa & l. pr. tit. 7. *de los Religiosos* partita 2. & Diu. Thom. 2. 2. quæst. 86. art. 3. 4. & 5. & Greg. Lop. in glos. d. l. pr. docet Abbas in. rubrica de regulari. num. 3. Angel. in summa verb. religiosus in principio. qua ratione motus Specula. in titulo de regulari. quæ. 17. asserit huiusmodi votum emittentem profiteri omninò deuinctum esse, quod sentiunt quoq; Archidia. & Ægid. Bellam. in cap. Gonsaldus 17. qu. 2. & Inno. in c. consulti num. 2. de regular. asserentes in terminis illius can. ideò non fuisse coactum Gonsaldum, quia non emiserat votum, quod fieret monachus, sed emissurum se votum promiserat: quamuis Diu. Thom. 2. 2. qu. 189. art. 3. ad primum intelligere videatur illum text. in voto simplici, quod in foro animæ implere tenetur, ut saltim probet, licèt perpetuò remanere non teneatur, ut inibi explicat Caiet. in pr. dubio, idem etiam videntur sensisse Gemin. & Præpos. in can. si seruus in initio 54. distin. qui docuerunt legatum relictum alicui quàndo monachus efficietur, non deberi ante professionem.

34 Contrarium tamen expressè tradidit Caietanus 2. 2. q. 189. art. 4. in resp. ad primum nullam constituens differentiam inter huiusmodi votum, & votum ingrediendi religionem: Nam cùm † huius-
35 modi religiosi verbum possit dupliciter accipi. ut in via, & sic in nouitiatu consistit, & ut in facto esse, & consistit in professione, & in hoc casu Neutrum de cognitione, & intentione vouentis fuisse sup-

ponatur

ponatur, accipiendum est votum hoc, quòd fiat religiosus, prout in via, quod idem est, ac si religionem ingrediatur, ut nouitius: nihil enim aliud est nouitiatus, quàm via ad Religionem.

36 Secus tamen esse asserit Caiet. cùm hoc pacto nouet quòd erit scilicet religiosus, quo casu ex voti natura profiteri tenetur, cùm nouitij religiosi propriè non sint. Caiet. Sequitur Couar. in c. quamuis pactum. §. 3. num. 12. par. pr. de pact. lib. 6. in fine. Cuius contrarium teneo ex dictis Caiet. proxima quæst. quod videtur etiã sentire D. Couar. ibi.

37 Idem etiam si vouit perseuerare in religione, vel profiteri, ut tradunt diu. Thom. Riccar. Hostien. Io. And. Ant. Henric. Boich. Archidiac. Ægid. Bellam. Card. Turre Crem. Præpos. Alberi. Io. Friburg. D. Ant. & alij superius in ea q. adducti. Caie. di. loco & qu. 88. ar. 3. & opuscul. 17. quæst. 7. Nauar. c. 12. num. 47. quicquid contra senserit Dom. Sotus lib. 7. de Iust. & Iure quæ. 2. ar. pr. ad 3. & Mantio quæst. 88. art. 3.

Sed plures occurrunt dubitationes quid scilicet dicendum sit, cũ à religione quis repellitur, an sit à voto absolutus, & primo quidẽ

38 dubitatur † an is qui religionem aliquam ingredi vouit, in qua suæ conditionis homines non bènè tractantur, ut si est nouiter ad fidem conuersus, idq; à fide dignis sibi notificatur, & hoc casu religionem ingredi nullo pacto teneri dicendum est, cùm æqualẽ, ac communem vitam cum alijs vnusquisq; voueat, & ita concludunt Mantio. & Pat. Henric. 2. 2. quæst. 88. ar. 3. in suis scriptis.

39 Secundum quod occurrit dubium est, an is, qui repellitur quòd grammaticæ sit ignarus, cùm religiosus clericus intenderet esse, teneatur addiscere, & deinde ingredi, & tunc ex natura voti eum teneri verisimum est, si facultates suppetant, siverò non sufficiant, est difficultas: nam Do. Sot. lib. 7. de Iust. & Iur. q. 2. ar. 1. docet teneri eum ingredi, ut fiat laicus, à quo tamen dissentit Mantio loco superius adducto, cùm ab initio voti clericum religiosum se futurum in animo habuerit, cuius opinio rationi magis est consona: Cùm hic procul dubio illam religionem non veniret, nisi Clericum se futurum arbitratus esset, per rationem superius adductam in eo, qui votum religionis simpliciter emisit: quia si in vna non recipitur, & si alias perquirere teneatur, non tamen obligatur eas perquirere, quæ extra prouinciam sunt, cùm verisimiliter ad eas se non obli-

40 gasset, prout Angel. & Siluester ibi allegati notant.

Dubitatur tertio an is qui à religione repellitur continentiam in seculo

seculo seruare debeat, & verius quidem est non teneri, quamuis impossibilem se culpa sua reddiderit, ut concludunt Caiet. Dom. Sot. & Mantio d. art. 3. quæst. 88. aduersus Siluestr. verbo votum 2. §. 2.

41 Quarta dubitatio est, an is, qui post religionis votum in genere emissum asperrimã ingreditur religionẽ, quã delicatus cùm sit ferre non possit, voto satisfaciat si exeat, & proculdubio non satisfacere dicendum est: Oportet enim ut religionem mediocrem, & sibi congruam eligat, ut sentit Pater Henri. è societ. Iesu 2. 2. quæst. 88. art. 1.; & 2., ex ea potissimum ratione, quod facta probatione sui voti intentioni non satisfeciisse conscientia docet.

42 Et demum quinto dubitatur quo sit adstrictus vinculo monachus, qui post votum, ut incorrigibilis expulsus est, quo casu si religionẽ illam in specie vouit, ad aliam transirè non tenetur; siverò in genere votum emisit, aut ante professionem & est obligatus, post uerò non. cùm simplex votum per sollemne sit extinctum. castitatem uerò quam formaliter promisit, tenetur in seculo seruare, ut concludunt in scriptis Mantio & Pat. Henriquez d. art. 3, 13. dubio.

43 Ex supradictis ergo veriorem sententiam esse affirmantium etiã ingressum dici posse eum qui professionem non emisit, clarissimè, & manifestè constat, quod ita cùm sit, necesse est † ut de istius Authen. intellectu quæramus, quę eum ingressum appellat, qui se suaq; Deo dicauit, quod sola fit professione tacita, vel expressa, quã difficultatẽ, ut effugerent Petr. Bar. & alij in hac Authen. supra relati asseruere ingressum propriè non dici, nisi professione facta: quòd falsum esse superius probatum est.

Aliter autem intelligunt hanc Authen. Pet. Anchara. cons. 68. col. fin. Io Ana. in c. statuimus num. 4. de regul. & Dec. hic num. 4.

44 Asserentes † obligationem monasterium ingredientis ab initio quidem esse puram, quæ tamen in conditionis euentum resoluatur, si non placuerit intra annum, quod docet Dec. in hac Authen. colu. 4. qui Iure Canonico contrariũ verius asserit: hunc tamen intellectũ non admitto, cùm ingredientis obligatio non pura, sed cõditionalis ab initio existimanda sit, si intra probationis annum placuerit, ut expressè tradiderũt Roffre. q. 4. Sabatina Glos. in c. statuimus ver. nisi euidẽter de regu. Ancha. sibi cõtrarius in c. accessoriũ col. 14 de regu. Iur. idq; sentit etiã Paul. Castr. cons. 432 col. 2. li. pr. qui professionẽ ad tempus probationis non retro trahi respondit, ad quod

45 optimè facit † argumentũ de matrimonio carnali ad spirituale: quo vtitur glos. in l. Generali ff. de ritu nupti. scribentes in Authen. Sed

quam-

quamuis,infra de rei vxor. actio. & in authen. noſtra, & in c. illud de præſumptioni. quo argumento moti concludunt Iacob. in inueſti. verbo qui quidem inueſtiti nu. 80 capi. in inueſti. verb. feudorum adiutoria col. 4. Cocta in memoriali verbo vaſſalli nõ tenent, & Bo-
46 erius deciſ 126. in fine † ſubuentionem à vaſſallis deberi tam pro fi-
47 lia maritanda, quàm monachanda, †ſicut è contrario cõſtitutio dotis non eſt ab initio pura, ſed tacitam habet conditionem, ſi matrimonium ſequatur l. ſtipulationem l. promittendo l. dotis promiſsio. ff. de iure dot. l. Item quia §. pr. vbi gloſ. Alberic. & Bald. not. ff. de Pactis, quod, & in legato dotis intelligendum eſſe ſcripſerunt Bar. Paul. Caſt. & alij in l. Titio centum §. Titio genero de condi. & demonſtra. ita etiã conditionalis ingreſſus ab initio exiſtimãdus eſt.
48 Atq; hinc dicimus eum, qui adhuc profeſſus non eſt beneficium retinere c. beneficium vbi omnes not. de regul. lib. 6. ac dominium omnium bonorum etiam feudalium vt ſcrib. Mart. laud. & Præpoſ. in c. pr. §. qui clericus ſi de feud. fuerit cõtrouerſia aduerſus And. Iſer. ibidem: Item etiam dignitatem regiam, ut ſcribit Alberic. in hac Authen. num. 31. † Hinc etiam dicimus pendente probationis tem
49 pore nouitium teſtamentum poſſe facere, ut not. Hoſt. in ſum. de teſtamen. §. quis poſsit verſ. idem puto, Idem Hoſt. Io. And. Abb. Imo. Anan. & D. Couar. in c. 2. de teſtamen. Archidia. & Philip. Fran. in c. 2. de regul. lib. 6. poſſe etiam capere ex teſtamento, licèt ſit ordinis minorum obſeruantium ex doctr. Bar. 4. minori. c. 3. & generaliter quoad perſonæ conditionem iuxta ſtatum, in quo ingreſſus tempore erat iudicari. ut ſcribit Gem. in c. 2. num. 12. de reg. lib.
50 6. † licet ex ſpeciali ratione gaudeat priuilegio: can. ſiquis ſuaden te diabolo 17. q. 4. quod voluit Card. à Turre Crem. diſt. 91. num. 14. in ſumma de quo latius dicemus in verbo, ſua, in quęſtione de nouitio.
51 Tertio hanc authenticam intelligit modernus Paris. in addition.
52 ad Dec. hic, authenticorum inſpecto tempore † quo nulla erat probationis, & profeſsionis inducta differentia, qui intellectus generaliter non eſt admittendus: nam iure quoq; ciuili quædam erat pro
53 batio, quæ in exteris, atq; ignotis ſeruabatur † qui habitum non ſtatim obtinebant, ſed tonſura, & veſte laicorum, diuina addiſcentes eloquia triennio expectabãt, ita ut explorare poſset Abbas eorum conuerſionem, tollerantiam, honeſtatem, & deſiderium, in notis uerò nulla probatio ſtatuebatur, ſed ſtatim ad monachorum conſortiũ admittebantur, & monachali inueſtiebãtur ordine, ut expreſsè probatur

batur in authen. de mona. §. ſancimus, & in authen. de ſanctiſſ. Epiſcopis §. ſiquis autẽ, quo caſu verus eſt huius authen. intellectus, qui enim ſtatim recipiebantur, ſe, ac ſua ipſo ingreſſu Deo dicabant, atq; in hunc ſenſum accipit, quod diſpoſitum eſt in hac authen. Grego. relatus in c. quia ingredientibus 19. quæſt. 3. dum aſſerit Ingredientes conuertendi cauſa, ſe, ac ſua dicare Deo. Colligimus itaq; ex omnibus quæ diximus ingreſſum pro profeſsione in hac authen. vſurpari, neceſſarium ergo eſt ut aliqua de profeſsione videamus.

SVMMARIA EX CAP. II.

1 *PROFESSIO quid ſit, & hæc tacita; & expreſſa.*
2 *Profeſſio tacita inducitur ex euidentibus ſignis.*
3 *Profeſſio tacita inducitur per delationem habitus monachalis per annum.*
4 *Profeſſio tacita non inducitur per delationem habitus diſtincti inter profeſſos, & nouitios.*
5 *Habitus diſtincti patenter, & latenter quomodo cognoſcantur.*
6 *Profeſſio tacita non inducitur ex delatione habitus, cum in monaſterio requiritur de conſuetudine verbalis profeſſio.*
7 *Nec quando habitus per annum defertur extra Monaſterium.*
8 *Monachus dicitur eſſe extra Monaſterium cum non eſt ſub obediẽtia Abbatis.*
9 *Nec inducitur ſi religionem ingreditur in qua non ſeruatur regula.*
10 *Item quando ſimulatè ingreſſus eſt, animo ſe non obligandi, licèt diſtinguant aliqui inter expreſſam, & tacitam profeſſionem.*
11 *Profitens animo promittendi, non tamen ſeruandi, tenetur aliàm Religionem ingredi.*
12 *Profitens animo proferendi illa verba, ſed non obſeruandi promiſſum, non tenetur ſeruare votum ratione voti; ſed ratione ſcandali in foro conſcientiæ, quod qualiter fieri poſſit vide.*
13 *Non dicitur fieri poſſe quod abſq; peccato, aut dedecore fieri non poteſt.*
14 *Profitens animo profitendi, & promittendi vota ſollemnia: ſed non ſe obligandi, ſciens tamen homines poſt votum obligatos eſſe religioni, obligatus remanet, ſed contrarium tenemus.*
15 *Qui vult cauſam, vult effectum neceſſariò conſequentem.*
16 *Qui vult ſacris initiari, vult etiam caſtitatis voto conſequenter obligari.*
17 *Votum intrinſecè includit voluntatem obligandi.*
18 *Votum eſt lex particularis.*

19 *Matrimonium ſub conditione contractum, vt maritus, perpetuò non obligetur nullum eſt.*
20 *Profeſſio tacita non inducitur, cum quis proteſtatur ab initio nolle ex lapſu anni induci tacitam profeſſionem.*
21 *Proteſtatio cõtraria facto illa dicitur, quæ aduerſatur facto ad illud tollendum.*
22 *Profeſſio tacita non inducitur, quando quis habitum defert per annum in religione non approbata.*
23 *Profeſſus tacitè dicitur, qui tempore ingreſſus expreſſit ſeculi renuntiationem, teſtamentum fecit, bona in hæredes ac legatarios tranſtulit, habitum mutat & poſtea animum firmum in religione permanendi habuiſſe confitetur.*
24 *Deliberatio, & propoſitum ſufficiunt ad perficiendum votum religionis ſecundum Canoniſtas: ſed Diuus Thom. & alij requirunt deliberationem, propoſitum, & promiſſionem.*
25 *Profeſſus tacitè quis dicitur quando profeſſorum actibus ſe immiſcet, vt ſi habitum profeſſorum ſuſcipiat.*
26 *Habitus profeſſorum delatio profeſſionem inducit, ſi ſolleniter ſuſcipiatur.*
27 *Item vt fiat à ſciente hanc aſſumptionem de iure vel conſuetudine ad profeſſos pertinere.*
28 *Item requiritur perſeuerantia tridui poſt ſuſceptionem habitus, quod pluribus caſibus ceſſat.*
29 *Item requiritur vt fiat ſpontè.*
30 *Vt recipiatur animo profitendi.*
31 *Profeſſorum actibus ſe immiſcere dicitur cum oblationem offert cum profeſſis.*
32 *Item ſi actibus Capitularibus cum profeſſis interueniat.*
33 *Si facit magnam Tonſuram.*
34 *Si ex delicto commiſſo acceptat pœnam, quæ profeſſis imponi ſolet.*
35 *Et ſi acceptat beneficium, quod hodie tantũ procederet cum per viam poſtulationis, vel prouiſionis crearetur Abbas, non autem electione.*
36 *Et vltimo ſi infra annum ad ſacros Ordines patitur promoueri.*
37 *Profeſſus tacitè dicitur, qui expreſsè ſe, & ſua monaſterio dedicauit.*
38 *Item is dicitur qui iuramento firmauit ingreſſum.*
39 *Item dicitur profeſſus cum ordinatur ſub titulo monaſterij.*
40 *Et ſi fuerit cum hac conditione manumiſſus.*
41 *Vel poſt votum religionis ingrediendi, habitum ſuſcipit, aut eodem tempore habitum ſuſcipit, & votum emittit.*

CAPVT

CAPVT SECVNDVM.

1 EST autem profeſsio certæ religionis ſollemnis promiſsio, ut definitur in l. 2. tit. 7. *de los Religioſos* parti. pr. Archidiac. in cap. pr. de regular. lib. 6. quem ſequuntur Io. Andr. & Gem. eodem loco nu. 9. Lapus alleg. 129. num. 10. & Silueſt. verbo religio 3. in principio, quæ in expreſſam tacitãq; diſtinguitur.

2 Tacita autem profeſsio pluribus modis inducitur, & primo quidem ex euidentibus ſignis, ca. ſtatuimus de regulari. cap. 2. eodem titu. lib. 6. Hæc autem ſigna, & inditia plura eſſe poſſunt, & primum † quidem eſt, ſi per annum habitum monachalem geſtauit, cap. ex parte de regular. cap. 2. eodem titu. libr. 6. Clementin. eos. eodem titu. lib. 7. titu. 7. partit. prima.

4 Limitatur tamen primo quando habitus eſſent patenter diſtincti, eo enim caſu nullo tempore tacita profeſsio, ex huius habitus delatione inducitur; ſecus verò ſi eſſent indiſtincti, vel latenter diſtincti

5 patens † autem diſtinctio in colore, ſciſſura, aut forma verſatur: latens verò in benedictione veſtium, loco in quo dantur, uel perſona à qua dari ſolent. Clem. eos. ubi gloſ. Card. Abb. & Bonifat. not. de regul. Idem Abb. poſt alios in ca. ex parte eodem tit. & Grego. Lopez in l. 4. titu. 7. *de los religiosos* part. pri.

6 Secundo non procedit cum ex conſuetudine monaſterij requiritur verbalis profeſsio, vel alia ſollemnitas, ut docent Inno. & Ioan. And. num. 2. & Anton. But. in cap. 2. num. 15. de regula. & Card. in Clem. eos q. 4. num. 5. eodem tit. quidquid ſentiat Bonifac. in dict. Clemen. eos de regul. diſtinguens an ſit cõſuetudo, quòd non intelligatur profeſſus, alias ſecus. præcedens tamen Inno. & aliorum opinio tunc vera eſt cùm expreſsè apparet non fuiſſe factam verbalem profeſsionem, vel aliam ſollemnitatem requiſitam ad habitum, nam in dubio ex delatione habitus præſumitur interueniſſe, ex doctrina Inno. in cap. 2. num. 2. & Ioan. And. in c. 2. num. 2. de regula.

7 Tertio non habet locum præcedens concluſio, cùm habitus fuit delatus per annum extra monaſterium: facit tex. in c. ut clerici de regular. not. gloſ. in dict. Clemen. eos d. verbo in aliqua, vbi Bonifa.

num. pr. de regulari. Hoſtien. in c. 4. de regular. Archidia. in c. de viduis lo primo nu. 4. 37. quæ. 1. Gem. nu. 3. & Philip. Franc. nu. 2. in cap. 1. §. qui uerò, de regula. lib. 6. Abb. in cap. porrectum nu. 8. eod. tit. Bart. in l. interdum §. quoties de publi. & vectigal. Ioan. de Friburgo in ſum. confeſſ. lib. 1 tit. 8. de voto quæ. 11. dicitur autem
8 eſſe † extra monaſterium, cùm non eſt ſub obedientia Abbatis ut tradit Angel. in ſum. verbo nouitius num 12. & Silueſt. verbo Religio 3. quęſt. 19.

9 Quarto ceſſat cùm quis religionem ingreditur in qua nõ ſeruatur regula, nec ad eius obſeruationem ſe adſtrinxit, ut docuerunt Hoſt. in ſum. de regulari. §. ad quid teneatur num. 6. Idem Hoſtien. & Io. And. in cap. 3. de regula. Idem Anton. But. & Imol. in cap. 2. num. 15. de teſta. Archidiac. & Gem. num. 5. in cap. pr. de regulari. lib. 6. Henric. Boich in cap. ad noſtram num. 6. eodem titu. Ioan. Ana. in cap. ſtatuimus eodem tit. Ioan. de Friburgo in ſum. confeſſ. titu. 8. lib. pr. quæſt. 17. licèt hanc opinionem non tutam aſſerat Imol. d. loco num. 17,

10 Quinto fallit cùm quis ſimulatè ingreſſus eſt monaſterium animo ſe non obligandi, nt not. gloſ. Hoſt. Io. Andr. Abb. & Dec. num: 33 in cap. tuarum de priuileg. Archidia. in cap. 3. de regulari. lib. 6. Archidia. & Præpoſ. in ca. ſiquis 3. quæſt. 4. & Io. And. in ca. 2. nu. 5. de regula. Contrarium tamen ſubſtinent Goffred. in cap. ut Clerici de regular. Bartholo. Brix. in quæſt. incipiente Iuuenis quidam Archidiac. in cap. quod interrogaſti num. 6. 27. diſtinct. & ſentit Alberi. Hic num. 38. Gem. uerò nu. 7. & Præpoſ. nu. 13. in d. c. quod interrogaſti, diſtingunt profeſſionem expreſſam à tacita, & in tacita profeſſione indiſtinctè ſequuntur limitationem ſuperius poſitam, ut non teneatur præcisè in religione permanere, licèt cauſatiuè compelli poſſet, ut aliam religionem ingrediatur, ob fraudem, & dolum, in quam ſi ingredi denegaret, pœna capitis puniendus eſſet, ut not gloſ. in d. cap. tuarum de priuileg. & ſpecula titu. de ſta. monac. quęſt. 38. num. 44. In expreſſa uerò profeſſione; ſi apparet profitentem fuiſſe huiuſmodi propoſiti, ut nollet alteri religioni ſe obligare, quam illi quam profitebatur, nõ tenebitur, nec in ea permanere, nec aliam ingredi, repugnante prohibitione, ne maſculi profiteantur in monaſterijs monialium cap. Definimns 18. quæſt. 2. ex eo enim quod non fuerit valida profeſſio iſta, non eſt obligatus religioni in genere, cùm conſtet illi, tantum voluiſſe ſe obligare, Authoritate Gloſ. in cap vnico, verbo receptio de religioſis Domi,

libro

lib. 6. Archidia. & Præpoſitus in cap. ſcimus 12. quæſt. pr.

11 Si verò ſimpliciter profitetur animo promittendi, licèt non ſeruandi tenetur aliam religionem ingredi, ut præter Gem. & Prępoſitum loco ſuperius adducto, docet Caiet. 2. 2. quæſt. 88. art. pr. verſ. in eod. art. circa tertiam conditionem. ſum. Armil. verbo votum num. 5. & 6. & Nauar. cap. 12 num. 27. & 38. Dom. Sot. lib. 7. de Iuſt. & Iur. quęſt. pr. art. 2.

12 Quòd ſi profiteatur abſq; animo obſeruandi promiſſum, habens ſolum animum proferendi illa verba promiſſoria profeſſionis, non tenetur ratione voti in foro conſcientiæ, cùm deficiat conſenſus, ut ſtatutum eſt in matrimonio carnali, in cap. tua nos de ſponſal. & in profeſſione notat Archidiac. Card. Turre Crem. Egid. Bellam. Præpoſ. & Gem. in Can. quod interrogaſti. 27. diſtinct. tenebitur tamẽ in foro Eccleſiaſtico ratione ſcandali, & fraudis, dict. cap. quod interrogaſti, nec credendum eſt ab Eccleſia eius iuramento, ut tradit Card. Turre Crem. in dict. Can. quod interrogaſti. Caiet. & Nauar. loco citato. Immò tenetur hoc caſu mutare propoſitum, & reconualidare profeſſionem interno conſenſu, ut ſcribunt Caieta. & Dom. Sot. locis adductis. Franciſcus Victoria, Mantio, Pegna, & P. Henriquez in ſcriptis 2. 2. quæſt. 88. art. primo.

Quod abſque dubio locum habet in moniali; quæ vix poteſt abſq; graui ſcandalo diſcedere, cùm ergo non poſsit abſq; ſcandalo, non dicitur poſſe. Qui enim ſcandalizauerit (inquit Dom. noſter Matth. 28.) vnum de puſillis iſtis, qui in me credunt, expedit ei, ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo ſuo, & demergatur in profundum maris, de quo latisſimè D. Bernar. epiſtola 7. ad Adam monachum, faciunt etiam aureum Iuriſconſulti dictum in l. filius, qui de condi. &
31 inſtit. & Can. faciat homo 22. quæſt. 2. † quibus probatur id fieri nõ poſſequod abſq; peccato aut dedecore fieri nõ poteſt. tenetur autem interno ſaltim conſenſu approbare primam profeſsionem, ne in iuſtè recipiat victum, & veſtitum à monaſterio, ſufficit autem interna reconualidatio, & approbatio, quæ tacitè explicatur, & acceptatur geſtatione habitus profeſſorum, & exercitio in actibus proprijs profeſſorum, vt latè explicat in ſcriptis Pater Henriquez 2. 2. q. 88. art. pr. quod ſi ſurripere ſe poſſet Monachus abſque ſcandalo, ac in aliam ſe Prouinciam conferre, in qua tanquam ignotus abſq; ſcandalo viueret, Eccleſiaſticæ ſententiæ ſubmittere ſe non tenetur, vt docent Dom. Sot. lib. 7. de Iuſti; & iure queſt. pr. art. 2. Mantio. & Pater Henriquez 2. 2. quæſt. 88. art. pr.

Sed

14 Sed maior est dubitatio † an is scilicet obligetur voto, qui animum quidem habuit profitendi, ac promittẽdi substantialia, non autem se obligandi, sciens homines post votũ obligatos esse, & obligari quidem tradididerunt Scot. & Io. Maior. in 4. senten. distinct. 38. D. Sot. lib. 7. de Iust. & Iure quæst. 1. art. 2. Victoria, & Mantio in
15 scriptis 2. 2. quæst. 88. art. 1. qui hac ratione mouentur † quòd qui vult causam, vult consequenter effectum necessariò consequentem: cùm ergo quis vult vouere, & promittere, necessariò incurrit in o-
16 bligationem consequentem, licèt id non intendat, sicut etiam † qui vult sacris initiari, consequenter vult obligari voto Castitatis interno, licèt se obligare non intendat, & qui vult iurare, vel nubere. quamuis nolit se obligare, remanet tamen obligatus.

Contrarium tamen affirmauerunt Glos. Innocen. Host. num. 1. Io. And. num. 6. & Abb. num. 2. in cap. literaturam de voto D. Anto. in 2. par. tit. 11. cap. 2. Angel. & Siluest. verbo votum nu. 4. Nauar.
17 c. 12. num. 24. quod magis probandum est † Votum enim intrinsecè voluntatem includit se obligandi: cùm obligationem quandam importet, ut inquit D. Thom. 2. 2. q. 88. ar. 1. 3. & 7. Idẽ D. Thom. D. Bonauent. & Pet. Palud. in 4. sent. distinct. 38. quæ. 1. art. 1. quæ cùm hic desit non videtur eum voto obligatum.

18 Præterea votum est quædam lex particularis teste D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 10. ad 2. Sicut ergo qui legem condit vult obligari, eadem ratione, qui votum emittit, vult essentialiter obligari, ut obiectum, quod hic cessat, ergo & votum.

Rursus promissio nihil addit voto præter obligationem, cùm promissio pertineat ad virtutem fidei, seu fidelitatis, cùm sit expressim fides obligata, ergo idem est in materia voti, ad idem facit cap. fin.
19 de conditioni. appositi. †. quo probatur matrimonium contractũ sub conditione, ut ille non obligetur perpetuò vxori, nullum esse, ergo & votum eadem ratione nullum erit.

Nec obstant contraria, licèt enim quis velit vouere, iurare, vel nubere, si tamen effectum excludit, nempe obligationem, nec vouet, nec iurat, nec nubit, non secus, ac is, qui vouet animo nõ promittẽdi, virtualiter n. vouere non vult, qui se voto obligari recusat cũ voti effectu destructo, nempe obligatione, cuius causa promissio est, destruatur & votum, ut latius prosequitur P. Henriqu, in scriptis 2. 2. quæst. 88. art. primo Caiet. tom. pr. tract. 31. art. 5. resp. 3. & 7.

20 Sexto conclusio nostra principalis cessat, cùm protestatur quis ab initio nolle ex lapsu anni censeri inductam tacitam professionem, si credi

dimus glos. & Card: in Clem. eos in fine de regul. glos. & Io. And. in cap. ex par. eod. tit. Host. in c. 3. eod. titu. in cap. 2. vbi Imol. nu. 14. de testa. Idem Host. in cap. ad Apostolicã de regul. specula. in tit. de stat. Monac. quæst. 63. num. 70. Archidiac. in cap. quia ingredientibus 19. quæst. 3. Ioan. And. Gem. & Philip. Fran. in c. pr. de regula. lib. 1. Alberic. in hac authen. num. 5. Henri. Boich. in c. statuimus num. 3. de regul. Anton. But. in Cap. ad nostram nu. 14. de regul. & in cap. porrectum num. 9. eod. tit. Abb. & Dec. num. 33. in c. tuarum de priuileg. Angel. in sum. verbo Nouitius num. 17. & Silu. verbo Religio. 3. quæst. 19. & sum. Armil. verbo Nouitius num. 10. quæ limitatio verissima certè est. Nec quidquam refragatur, quod Lapus, & Lignanus opponunt in cap. 1. de reg. lib. 6. asserentes huiusmodi protestationem ut facto contrariam nihil prodesse: Facillimè enim responderi potest, non esse facto contrariam protestatio-
21 nem hanc, † Illa enim dicitur protestatio contraria facto, quæ aduersatur facto circa idem, ad tollendum ipsum factum ex doctrina Bart. in l. pr. C. delit. contesta. quam probat Ripa in ca. cùm M. Ferrariensis num. 7. de constitutio. Hæc autem protestatio, qua quis se suscipere habitum asserit animo non profitendi, non est huiusmodi. Declarat enim factum dubium, ac multipliciter intelligibile, tollitq; mentem à facto, cuius effectui aduersatur, qua responsione vtuntur Card. in d. Clemen. eos de regul. Gem. & Philip. Franc. in dict. cap. pr. de regul. lib. 6. Ripa in d. cap. cum M. ferrarien. n. 70. & Aquili: in l. nõ solum §. morte n. 230., & 231. de oper. no: nũtiat.

22 Septimo non habet locum quãdo defert per annũ habitum in religione non approbata, à qua potest recedere cap. pr. de voto lib. 6. vbi notat, & latè scribit Henric. Boich. & in c. pr. nu. pr. de regula.

23 Secundum principale signum tacitæ professionis inducendæ est, cum ingressus tẽpore seculo & pompis eius se uelle renuntiare quis dixit, fecit testamentum, & omnia bona sua in hæredes ac legatarios transtulit, atq; habitum mutat, Idem si ex post facto est confessus ab initio firmam, & deliberatam se habuisse voluntatem seculum dimittendi & in religione remanendi cap. consulti cap. statuimus, vbi Inno. Ioa. And. Host., & Ant. But. not. de regula cap. 2., & c. beneficiũ eod. tit. lib. 6. l. 7. tit. 7. parti. pr. not. Host. in sum. de regul. n. 7. Archidia, & Phili. Fran. num. 6. in cap. pr. de reg. lib. 6. Ant. But. in cap. fin. qui Cleri; vel vou. Idem etiã si in ingressu renuntiaret beneficio. Glos. Io. And. & Phili. Fran. in cap. 2. num. 4. de regul. lib. 6. & Bar. in hac Authen. num. 7.

Hæc

Hæc autem concluſio, vt apertius intelligatur, animaduertendum eſt eius deciſionem, ex ea quęſtione pendere, an deliberatio, & propoſitum ingrediendi religionem perficiant votum, & obligent religioni quoad Deum, abſq; promiſsione, in qua duplex eſt opinio; Altera communis Canoniſtarum, Altera Comm. Theologorum

24 Prima quidem eſt, quæ aſſerit † deliberationem, & propoſitum ſufficere ad perficiendum votum religionis abſq; promiſsione, & hęc ſubſtinetur à Gloſ. 17. quæſt. pr. in ſum. Hoſt. in ſum. de uoto §. pr. num. pr. Idem Hoſti., & Io. Andr. num. 4. in c. conſulti de reg. Innoc. Hoſt. num. 2., & 3. Io. And. num. 3. & Henri. Boich. n. 2. in cap. literaturam de voto. Idem Henr. in c. ſtatuimus n. 9. de regul. Palud. in 4. ſent. diſtin. 38. q. pri. art. pr.: & D. Ant. 2. par. ſuæ ſum. tit. pr. cap. 2. §. pr. & hanc Communem aſſerit Ab. in d. ca. literaturam.

Altera verò, & verior eſt ſententia D. Thom. 2. 2. q. 88. art. pr. aſſerentis ad perfectionem voti deliberationem, propoſitum, & promiſsionem requiri, qua promiſsione deficiente nemo tenetur, quamuis determinatum propoſitum exequutioni mandauerit. D. Thom. ſequi videntur Ioan. And.; & Ant. But. in d. cap. literaturam, vbi pro hoc litera facit, & Alber. in hac authen. n. 35. & expreſsè receperunt. Idem Alberic. in dictionario verbo votũ pr. Archidia. n. 3. & Ægid. Bellam. num. 17. in cap. qui bona 17. quæſt. pr. Idem Bellam. in cap. vouentibus num. 11. 17. quæſt. pr. Card. à Turre Crem. 17. quæ. pr. in ſum. num. 3. Abb. in cap. literaturam num. 2. Io. de Friburgo in ſum. Confeſſ. lib. 1. tit. 8. de voto quæſt. 2. Ang. in ſum. ver. votum 1. num. 7. Silueſt. verbo votum 1. quæſt. 2. Sum. Armilla ver. votum in principio Nauar. cap. 12.. num 26. Grego. Lopez in l. pri. tit. 8. *de los votos* part. 1. verbo *arrebattadamente*, & latius in l. 7. titu. 7. *de los religioſos.* partita pr. verbo *ſi quando entra en la orden.*; Idem in l. 8. eodem tit. 7. gloſ. vlt. & D. Couar. in cap. quamuis pactum §. 3. parti. prima num. 12.

Nec obſtant cap. qui bona 17. quæſt. 1. c. conſulti. cap. ſtatuimus, & alia ſuperius adducta iura, in quibus ſolum propoſitum conſiderari videtur; Illud enim propoſitum accipiendum eſt de propoſito, promiſsione ſaltem implicita, aut tacita firmato, ut explicant Abb. in c. literaturam. num. 3. Angel. in ſum. verbo Nouitius. num. 12. & verbo votum 1. num. 7. Silueſt. verbo Religio 5. num. 8. Caiet. 2. 2. quæſt. 88. art. pri. verſ. in eodem art. Nauar. d. cap. 12. num. 26. & D. Couar. dict. §. 3.

25 Tertium principale ſignum, & frequentius eſt, cùm ingreſſus profeſſo-

rum actibus ſe immiſcet, eorum habitum ſuſcipiendo, cap. ad noſtram. cap. ſuper eo de regulari. cap. pr. eod. tit. lib. 6. quod quidem verum eſt quando habitus eſſet diſtinctus diſtinctione patenti, vel latenti, dummodo ſuſcipiens, habitum, illam qualitatem latentem, puta benedictiones non ignoret, ut optimè tradit Anton. But. in cap. ſtatuimus. num. 5. de regulari. Calderin. conſil. 15. titu. de regulari. cuius deciſionis ratio ea eſt, quam afferunt D. Thom. 4. ſenten. diſtinct. 38. art. 8. verſi. ad ſecundum. Ioan. Andr. & Ant. in dict. cap. ſtatuimus, quia huiuſmodi habitus habetur, ut nouus habitus.

26 Ad hoc autem ut huiuſmodi habitus delatio profeſsionem inducat, neceſſe eſt, ut ſuſcipiatur ſollemniter, ut vocatis parentibus, de altari, ab Epiſcopo, uel Abbate, vel ſimplici monacho, aut ſacerdote, vel eo conſentiente, interueniente quidem benedictione, ut explicant Hoſtien. in cap. 4. de regulari. Idem Hoſti. num. 4. & Io. Andr. nu. 2. in cap. porrectum eod. tit. Inno. Hoſt. Anton. & Anan. num. 6. in cap. vidua eodem tit. Archidia. in ca. 3. eod. tit. lib. 6. Calderinus conſ. 15. de regulari. Angel. in ſum. ver. Nouitius num. 12. Silueſt. verb. Religio 3. qu. 19. hic tamen habitus, & ſi ab initio abſq; ſollemnitate ſit aſſumptus, ſi tamen ex poſtfacto de aliquo actu conſtet ab eo geſto, qui habitum ſuſcepit, ex quo voluntas mutandi vitam colligi poſsit, vel qui ad profeſſos tantum pertinebat, profeſsio tacita inducitur ut notat Hoſtien nu. 6. & Anton. num. 8. in d. ca. vidua, Idem etiam ſi antequam habitum ſuſciperet, votum emiſerat, ut docet Archidia. in cap. 3. de regula. lib. 6.

27 Secundum requiſitum in huiuſmodi profeſſorum habitus aſſumptione, illud eſt, ut fiat à ſciente hanc aſſumptionem de iure, uel cõſuetudine ad profeſſos pertinere, cap. 3. de regula. lib. 6. in fine not. Hoſt. nu. 6. Anton. num. 7. in d. cap. vidua.

28 Tertio, trium dierum perſeuerãtia poſt ſuſceptionem habitus cõcurrere debet c. ad noſtram, de regu. c. 3. eod. tit. lib. 6. Quæ perſeuerãtia tridui nõ requiritur: primo cũ is qui habitũ ſuſcepit, aliũ ẽt actũ profeſſorum facit, ut docet Anton. in c. vidua nu. 11. de regular. Secundo non requiritur perſeuerantia cùm antecesſit probatio. Authore eruditiſſ. Archid. in c. 3. de regul. li. 6. Tertio quidẽ nõ eſt neceſſaria, cùm votũ præceſsit. Archidia. in d. c. 3. nu. 2. Hoſtien. & Io. And. num. 2. qui ita deciſum refert à Clemen. IIII. in c. ad noſtram de regu. quarto cũ habitus in infirmitate recipitur Innoc. & Ioan. Andr. in cap ad noſtram verſ. & eſt ratio, licèt contra Philip. Fran.

in cap. 3. num. 9. eod. tit. lib. 6. & Abb. in d. cap. ad noſtram, cùm minor deliberatio interueniat in infirmitate, quod verius arbitramur.

29 Quarto neceſsè eſt, ut habitus huiuſmodi profeſſorum ſuſceptio fiat ſpontè dict. cap. 3. de regular. lib. 6.

30 Quinto ut recipiatur eo animo, d. cap. 3. nam ſi de contraria voluntate conſtaret, non obligaretur. Card. Turre Crem. poſt Ang. 27. quæſt. pr. in ſum. num. 17. in fine.

31 Secũdo quis dicitur ſe profeſſorum actibus immiſcere cùm offert oblationem cum profeſsis.

32 Tertio ſi nouitius ſe immiſceat cum profeſsis, aut alijs actibus capitularibus interueniat, à quibus remouetur nouitius ut docet Anton. Butr. in cap. ſtatuimus num. 5 & Abbas in cap. vidua num. 7. de regulari. & Ioan. de Friburgo in ſumm. confeſſo. titu. 8. de voto quæſt. 11.

33 Quarto ſi nouitius facit magnam tonſuram, ut ſentit Anton. in c. 2. num. 22. de regul. & expreſsè Gem. & Philip. Fran num. 6. in ca 2. de regul. lib. 6.

34 Quinto ſi ex delicto commiſſo acceptat pœnam, quę profeſsis tãtùm imponi conſueuit. Lap. Gem. num 12. & Philip. Fran. num. 6. in dict. cap. 2. de regula.

35 Sexto ſi nouitius acceptat beneficium, prioratum, & aliam dignitatem c. 2. vbi Imola, & D. Couar. poſt alios not. de teſtam. quod tamen hodie locum non haberet, cùm per viam electionis aliquis Abbas eligeretur ad dignitatem, vel prioratum, cùm nemo non profeſſus eligi poſſet c. nullus. cap. indemnitatibus de electio. libr. 6. ſed tunc demum hoc procederet, quando per viam poſtulationis, uel prouiſionis crearetur, ut docent Io. Andr. Anton. But. & Imola in d. cap. 2. de teſta. num. 17. atq; ita intelligendus eſt Calderi. conſil. 5. de regulari.

36 Septimo ſi infra annum paſſus eſt ſe ad ſacros ordines promoueri, Calderi. conſ. 5. de regular.

37 Quartum inditium eſſe poteſt cùm expreſsè ſe, & ſua monaſterio dedicauit, ut not. Hoſt. & Anton. Butr. num. 10. in cap. ſtatuimus de regulari. & Philip. Fran. in cap. 2. num. 6. de regu. lib. 6.

38 Secundo Itaq. principaliter dicitur quis tacitè profeſſus, quando iuramento firmauit ingreſſum huiuſmodi: Cùm iuramentum ſit omninò ſeruandum, cap. ſi uerò, & cap. cùm contingat de iure iur. quod tradunt Hoſtien. Ioan. Andr. & Philip. Fran. num. 4. cap. pri. §. qui

§. qui uerò de regulari. lib. 6. Idem. Hoſtien. in cap. ſuper eo num. 5. eodem titulo.

39 Tertio cum religioſus ordinatur ſub titulo monaſterij, cui non facta profeſsione eſt perpetuò obligatus cap. ſanctorum 70. diſt. docet Alber. in dictionario verbo profeſsio regularis.

40 Quarto quando ſub hac conditione fuit manumiſſus cap. eo libentius de ſeruis non ordinand. cap. 2. de cond. appoſi. not. Hoſti. & Anto. num. 10. in cap. ſuper eo de regulari.

41 Quinto cum poſt votum religionem ingrediendi, habitum ſuſcipit, vel eodem tempore votum emittit, & habitu induitur, ex doctrina Innocen. in cap. fraternitatis numer. 5. de frigid. & malef. quem ſequuntur Card. in Clemen. eos. quæſt. 2. de regula.. & Guido. Papa deciſ. 502. num. primo.

Et hæc de tacita profeſsione dixiſſe ſufficiat, his tamen quatuor caſibus vltimo loco relatis non poteſt proprie tacitè profeſſus dici, ſed obligatus ad profitendum expreſsè.

SVMMARIA EX CAP. III.

1 PROFESSIO *expreſſa qualiter fiat.*

2 *Profeſſio nulla eſt forma ſcripta non ſeruata: ſed contrarium ſubſtinemus.*

3 *Profeßio valida eſt ſi quis aſſerat inuiolatè obſeruaturum religionis propoſitum.*

4 *Profeſſus monachatus Ordinem generaliter profeſſus dicitur.*

5 *Profeſſus dicitur, qui alicui monaſterio ſe dedicat, tribus ſubſtantialibus non expreſſis.*

6 *Item qui regulam ſeruare promittit, vel viuere ſecundum regulam, vel obedientiam regulæ.*

7 *Profeßio valida eſt aliquo ex tribus ſubſtantialibus expreſſo, quod intelligitur, quando obedientia promittitur.*

8 *Profeßio expreſſa à tacita in pluribus differt.*

CAPVT TERTIVM.

1 EXPRESSÆ verò professionis communis forma est huiusmodi. Ego .N. promitto Deo, & sanctis eius, & vobis Abbati, uel Priori; me seruaturum continentiam quantùm Deus fragilitati meæ permiserit, renuntio proprijs, & vobis obedientiam, & reuerentiam promitto.

Ita tradunt Speculator titulo de regular. in principio. Archidiac. Io. And. & Gem. num. 9. in cap 1. de regula. lib. 6. Lap. alleg. 129. num. 5. Card. consil. 21 nu. 2. pract. Pap. in forma libelli, in actione reali num. 41. Paul. Castren. in hac authen. num. 2.

In qua forma animaduertendum est Lapum d. alleg. 129. num. 5. Gem. in cap. constitutionem nu. 11. de regular. lib. 6. & Paris. cons. 2 65. num. 6. lib. 4. fuisse in ea sententia † ut existimarent nullam esse professionem factam hac communi forma non seruata, eorum tamen opinio nulla ratione admittenda est: nam licèt ex varijs religionum institutis certa sit vnicuique religioni forma attributa in professione facienda, numquam tamen forma hæc ut substantialis fuit apposita.

Ideoq; valida est professio quibuscunque verbis profiteatur, forma de qua diximus non seruata, cum enim obligatio Deum respiciat, defectus formæ actum non vitiat, non secus ac in excommunicatione dicitur ex notat: in c. sacro. de senten: excommunicationis, qua ratione id expresim docuit Abbas num. 13. in cap. porrectum de regular. quem receperunt Iason in l. nemo potest pr. lectura, de leg. pr. in l. etsi inutiliter num. 4. infra de fideicomm. & in l. post diuisionem infra de iure, & fact. ignor. Angel. verbo professio. Siluester verbo Religio 3. quæst. pr. Summ. Armil. verbo Nouitius num. 14. Boerius decis. pr. num. 14. & Gregor. Lopez l. 3. verbo *vn año* titu. 7. parti. pr. quod scripsit etiam Paul. Castren. in hac authent. num. 3. qui voluit validam esse professionem quibuscunque verbis importantibus fiat.

3 Atq; hinc dicimus validam professionem, cùm aliquis religionis pro-

positum inuiolatè seruare velle se asserit. c. vidua. 20. quæst. pri.

Item etiam si dicat, Renuntio seculo, cap. 2. vbi Gem. not. num. 3. de regulari. lib. 6. & docet Bald. in cap. pr. num. 2. de mili. vassal. qui arm. Belli depos.

4 Idem etiam procedit si generaliter monachatus ordinem profiteatur, nam approbatam Religionem profiteri videtur. Glos. Hosti. num. 6. & Anton. num. 10. in cap. porrectum de regulari. Lap. alleg. 129. num. 16. Card. in Clemen. pr. de Religio. Domi. ibiq; Bonifa. num 36.

5 Professus ille quoque censetur, qui se alicui monasterio dedicat tribus substantialibus non expresis. cap. porrectum, vbi Glos. Anton. & Abbas not. de regulari. Lap. Alleg. 129. num. 10. & Paul. Castren. hic num. 3.

6 Hæc autem professio admittenda quoque est, cùm quis regulam seruare promittit, vel secundum regulam viuere, vel obedientiam regulę pollicetur, ut notat Siluest. verb. Religio 3. quęst. pr.

7 Est deniq; valida professio, quæ fit vnius ex substantialibus regulæ expresis, ut concludunt Ioan. And. & Anton. But. in cap. porrectum de regulari. Ioan. Anan. in cap. Consulti nu. 6. eod. tit. Præpos. in cap. consuluit, qui Cler. uel vouen. & Gem. in cap. quidem num. 2. 27. distinct. Abb. in cap. pr. num. 6. de oblig. ad ratio. non ord. qui omnes id verum esse affirmant, cùm obedientiam promittit. & quamuis specula titu. de statu. Reg. quæst. 36. num. 44. Inno. Hostien. Ioan. And. & Anchara. in. ca. consuluit qui cleri. vel vouen. Archidiaco. & Ægid. Bellam. in can. ut lex continentiæ 27. quæst. 1. Card. in Clement. eos qu. 3. vbi Bonifa. num. 40. de regulari. Idem Bonifa. in Clemen. cùm ex eo num. 62. de senten. excommunicatio nis Lap. alleg. 129. num. 16. Calderin. consil. 31. de regulari. Ang. in verbo Professio colum. 2. id solum verum asserant cùm quis Monachalem obedientiam spondet, quorum sententia communis est ut testatur Mandos. in addition. ad Lapum dict. alleg. 129.

Verius tamen videtur simplicem obedientiæ promisionem sufficere, nam cùm huiusmodi promisio ad certam, & determinatam regulam terminetur, in dubio de Monachali obedientia est intelligenda, Regulæ, cui se adstringit, qualitate inspecta, ad hoc ut verba accipiantur secundum subiectã materiã, ut arguit Gem. d. loco.

8 Hæc autem expressa professio à tacita in pluribus differt, & primo quidem in eo. quod expressa obligat Religioni in specie, tacita uero solùm in genere, capite vidua, vbi Antonius Butrius &

Anan.

Anan. not. cap. 4.c. ſuper eo,vbi ijdem notant cap. porrectum,cap. ſignificatum de regular. cap. 3. eod. tit. lib. 6. & latè probat Auguſtin. Berous in cap.in præſentia num.565. de probation. quod tamen verum non eſt eo caſu, quo tacita profeſſio inducta eſt per delationē habitus indiſtincti per annum, notat gloſ. Card. & Bonifa. in Clem. eos de regula. Gem. in cap. 3. num. 9. eod. tit. lib. 6.

Secundo in perſeuerantia tridui, quæ in expreſſa minimè requiritur Hoſtien. in c. ſtatuimus num. 7. de regul.

Tertio differunt,nam tacitè profeſſus ad aliā religionē abſq; ſuperioris licētia trāſire poteſt, ut ſcribit Anto. in cap. non eſt de regul.

Quarto quoad regulares obſeruātias, ad quas tacitè profeſſus nō tenetur tribus ſubſtantialibus exceptis, & præcipuè ſi ſit ruſticus. D. Thom. 4. ſent. diſtinct. 78. Alberic. verbo religio 4. verſ. an ille qui fecit Ioan. de Friburgo in ſumm. confeſſ. lib. pr. tit. 8. de voto quæſt. 13.

SVMMARIA EX CAP. IV.

1 PROBATIO *debet profeſſionem præcedere, vt Monaſterium ingredientis mores, & ille ipſius regulæ aſperitatem experiatur.*

2 *Probationis tempus aliud datur in incognito, aliud in eo, qui cognitus eſt.*

3 *Probationis tempus anno vno clauditur.*

4 *Probationis anno poterat, ex monaſterij, & ingreſſi renuntiari conſenſu, quod non admittitur in ordinibus mendicantibus, & ad moniales eiuſdem ordinis extenditur.*

5 *Profeſſus in ordine mendicantium infra annum obligatur religioni in genere, ita vt nec per lapſum anni religioni illi obligetur in ſpecie.*

6 *Profeßio ante annum in quouis ordine facta nulla eſt ipſo iure, nec obligat profitentem ad aliquid.*

7 *Annus probationis datur nouitijs, quo finito ſunt admittendi vel eijciendi.*

8 *Fallit in clericis ſocietatis Ieſu, qui longo poſt tempore ad profeßionem admittuntur, ſed biennio completo quoad ſe ex uoto, quod eo tempore emittunt, profeßi remanent.*

9 *Annus probationis poteſt cōſtitui interpellatis temporibus, licet contrarium, quod integer requiratur teneamus.*

10 *Receptans Banditos biduo interpellatè non tenetur pœna ſtatuti pœnam imponentis*

nentis biduo receptanti.

11 *Statutum eximens à Carceribus illos, qui per annum permanſerunt, non prodeſt illis qui diuerſis temporibus, tanto tempore illic fuerunt.*

12 *Immunitas conceſſa habitantibus decennio, non competit, niſi per integrum tempus habitauerint.*

13 *Famulus, qui promiſit ſeruire per annum, ſi ſeruit per ſemeſtre, & inde exeat & reuertatur non ſatisfacit promiſſo.*

14 *Temporis mentio accipienda eſt de continuo.*

15 *Fallit fauore libertatis.*

16 *Item non admittitur in materia fauorabili.*

17 *Priuilegium conceſſum Clerico ſtudenti triennio Iuri ciuili, non intelligitur de continuo.*

18 *Item vbi eſt eadem ratio.*

19 *Recedenti à Monaſterio poſt annum completum non datur alius annus ad probandum.*

CAPVT QVARTVM.

IVS MODI autem profeſſio ut valida ſit, plura requiruntur † & primo quidem probatio, quæ præcedere debet, ut & monaſterium ingredientis mores, & ingrediens rigorem, atq; aſperitatem regulæ experiatur † cuius probationis tempus triennio concluditur in ignoto, ut ſtatuit Imperator in Authē. de monach. §. ſancimus, & in §. ſi quis autem de ſantiſſ. Epiſcopis in cap. ſiquis incognitus 17. quæſt. 2. quod intelligunt Abb. & Henri. Boich in cap. ad Apoſtolicam de regular. verum eſſe cùm ingredientis conditio, & vita ſunt incognita, ſi autem ſolùm vita ignoretur bienninm tantum ſufficit, cap. monaſterijs 19. quæ. 3. quæ temporum diſtinctio conſuetudine

3 ſublata eſt, ut tradit Henri.Boich. in dict. c. ad Apoſtolicam n. 3. † Et ad vnius anni tempus eſt probatio coarctata cap. Gonſaldus 17. qu. 2. cap. ad Apoſtolicam de regulari. cap. 2. eod. tit. lib. 6. & l. 3. tit.

4 7. parti. pr. not D. Thom. 2. 2. quæſt. 88. art. 9. In tertio Argu. † cui temporis ſpatio ex ingreſſi,& monaſterij conſenſu renuntiari poteſt ut deciſum eſt in d. c. ad Apoſtolicā, cui derogatum eſt à Bonifacio 8. in c. 3. & ſequenti. de regulari lib. 6. quoad ordines mendicantium

tium, quibus expreſsè prohibitum eſt ante annum expletũ aliquem ad profeſsionem admittere.

Quæ conſtitutio extenditur quoq; ad moniales eorumdem ordinum, quæ ex profeſsione proprium in communi habere non poſſunt, non autem ad eas, quæ licèt obtineant mendicantium priuilegium, poſſunt tamen proprium habere in communi, ut ſunt moniales ordinis prædicatorum, & minorum, exceptis monialibus S. Claræ, ut concludunt Lap. alleg. 4. poſt Archidiac. & Petrum de Palud. Angel. in ſum. verbo Nouitius num. 6. Silueſt. verbo religio 3. quæſt. 3. & ſum. Armill. num. 3. verbo nouitius.

5 Licèt autem in huiuſmodi religionibus mendicãtium fuerit quis profeſſus ante annum, nec teneatur in ea religione permanere, religioni tamen in genere eſt obligatus cap. 3. vbi omnes notant de regulari. lib. 6. & à religioſis aliorum ordinum, & eiuſdem qui non deliquerunt poterit ad ingrediẽdum aliquam religionem compelli, ut ſcribunt Archidia. Ioa. And. & alij in cap. 2. eod. tit. li. 6. & quod adnotatione dignum eſt, cùm quis in huiuſmodi ordinibus ante annum profitetur, nec lapſu anni eius profeſsio confirmatur, ita ut illi religioni ſit adſtrictus, ut reſpondit Lapus alleg. 4. n. 6. & 7. quem receperunt Philip. Franc. & Gem. in cap. non ſolùm de regular. lib. 6. & Pariſ. conſ 65. num. 6. lib. 4.

6 Sed nouiſsimè ex ſacri Trid. Conc. diſpoſitione ſeſſ. 25. titu. de regular. & monialibus cap. 15. ſtatutum eſt † in quacunq; tam maſculorum, quàm mulierum religione, neminem ad profeſsionem ante probationis annum expletum admittendum eſſe; ita ut profeſsio antefacta, ſit iure ipſo irrita, nullamq; inducat obligationem ad alicuius regulæ, vel religionis obſeruationem, aut alios quoſcunq; effe-
7 ctus, quo expleto † anno ſtatim ſunt ad profeſsionem nouitij admit-
8 tendi, aut omninò rei jciendi, † à qua prohibitione clericorum, Societatis Ieſu religio excluditur, quę proprijs conſtitutionibus à ſummis Pontificibus, & Conc. Tridentino dicto loco approbatis cap. 16. non protinus anno elapſo ad profeſsionem admittit, ſed poſt diuturnas, & diligentisſimas multorum annorum probationes, Emittunt tamen Nouitij poſt biennium vota non ſollemnia ad deuotionem, & maius meritum; quibus tenentur, quandiu Præpoſitus generalis retinendos in religione cenſuerit, Quoad ipſos tamen tenet votum, ut ſollemne, ita ut ſi exirent à religione abſq; licentia ut apoſtatæ punirentur, prout declarauit ſum. Pontifex Greg. XIII. in extrauagãti ſua, quam ad hoc fecit, cuius initium eſt: Intrante Ieſu in nauiculam,

culam: ſed hoc religionis eſt priuilegium, ut ei non obligetur, niſi quando eius generali Præpoſito placuerit.

Hoc autem tempus anni à die quo quis probationis habitum aſſumit computatur, ut tradit Angel. in ſumm. verbo Nouitius nu. 7. & expreſſum eſt à Conc. Tridentino dict. ſeſsione 25. titu. de regularib. cap. 15.

9 Sed maxima eſt inter ſcribentes difficultas † an tempus anni debeat eſſe continuum, aut ſatis conſtitui poſsit ex pluribus temporibus interpellatis, quæ ſimul iuncta integrum annum conficiant, & ſufficere tradiderunt Speculat. tit. de ſtat. monach. §. 1. quæ. 38. glo. poſt Bartholo. Brix. in Reg. Eum qui certus de reg. Iuris nu. 6. Archidiac. in cap. 2. de regul. lib. 6. Domini de rota. deciſ. 5. de regu. in antiquis. aliàs 286. Card. in cap. ad apoſtolicam de regularibus, Idem quæſt. 9. & Bonifacius poſt eum in Clemen. eos de regulari. Roman in l. pr. §. quoties de publica. & vectigal. & Paleotus conſ. 54. num. 19. lib. 4. inter conſilia Alex. qui ſolùm limitat quando monaſterij, aut perſonæ conditio eſt immutata.

In contrariam ſententiam, quod ſcilicet integer annus requiratur abierunt Rainer. Forliu. in l. quod dicitur §. fin. ff. de teſta. milit. Gulielmus Cuneus in l. nec non §. ſi quis ſæpius, ex quibus cauſ. maior. Bartol. & Paul. Caſtren. in l. interdum, §. quoties de publica, & vectigal. Angel. num. 4. Rom. Alexan. Iacob. à S. Georg. num. 6. & Deci. num. 9. in l. ſi idem cum eodem. ff. de iurisd. Omni Iud. Idem Angelus num. 3. & poſt eum Imol. in l. quoties in ſtipulationibus de verbo. obligation. Ioan. Lignan. Abbas num. 9. & Ioann. Anan. in cap. ad Apoſtolicam de regulari. Ancharan. in cap 1. 7. nota. de regulis Iur. libro 6. Lap. optimè alleg. 46. num. 2. & 3. Gem. in cap. 3. & Philip. Franc. in cap. pr. num. pr. de regulari. li. 6. And. Barba. conſil. 135. num. 2. lib. 4. Idem Alexan. conſil. 34. num. pr. lib. 5. Angel. in ſumm. verbo Nouitius num. 15. Silueſt. verbo Religio 5. quęſt. 4. Summ. Armill. verbo Nouitius num. 12., & Grego. Lopez l. 3. titu. 7. parti. pr. verbo *vn año*. quæ poſterior ſententia verior eſt, atq; ea potiſsimum ratione confirmatur, quod non fit coaceruatio temporum.

Qua ratione moti ſcripſerunt Angel. Peruſinus in §. Hæc autem tria in prohemio digeſtorum num. 4. And. Barba. dict. conſ. 35. nu.
10 2. & Iaſon in dict. l. Si idem cum eodem num. 7. † non incidere in pœnam ſtatuti prohibentis biduo detineri bannitos, eos, qui diuerſis temporibus biduo detinuerunt.

11 Sic etiam ſtatutũ eximens à carceribus eos, qui per annum ibi per manſerint, non prodeſt eis qui diuerſis temporibus permanſerunt, ut docẽt. Angel. Iacobi à S. Georg. num. 7. & Paul. Caſt. in d. l. ſi idẽ cum eodem in d. l. quoties de verborum obligat.

Eadem ratione reſponderunt Alex. d. conſ. 34. Paleot. d. conſ. 54
12 & Andr. Barba. d. conſ. 135. † immunitatem quinquaginta annorum conceſſam habitantibus decennio in comitatu Bononienſi, pertinere ad eos, qui cum diuerſis temporibus decennio in eodem comitatu ſtetiſſent, poſtea decennio continuò habitauerint, atq; ab hoc tẽpore completo immunitatem competere.

13 Hinc etiam dixit Iacob. à S. Georg. in dict. l. ſi idẽ cum eodẽ, † ſi famulus promiſit ſeruire per annum, & ſeruiuerit per ſex menſes, & deinde exierit, ſi reuertatur poſtea, offerens ſe paratum ſeruire per aliud ſemeſtre, me non eſſe obligatum illum recipere, quia factum vnius temporis differt à facto alterius temporis l. ſi non ſortem §. libertus de condit. indebi.

14 Et generaliter quotieſcunque temporis fit mentio accipienda eſt de cõtinuo l. fin. §. quoties de publi. & vectig. l. 3. vbi Gloſ. not. de vſucapio. & l. nunquam §. pr. eod. tit. c. pr. vbi Ioa. Andr. not. de vita: & honeſt. Cleric. lib. 6. c. laudabilem, vbi gloſ. not. de frigid. & malefic. quod latius ſcripſerunt Bart. & Bald. in l. genero. ff. de his qui not. infam. Idem Bald. in l. Emilius num. 8. ff. de minori. in l. ſi cum Hermes num. 5. infra de loca. Lap. alleg. 46. nu. 3. And. Barba. d. conſ 35 nu. 2. Alex. conſ. 113. num. 3. lib. 5. Iaſon in d. l. ſi idẽ cum eodem num. 7. Lancelot. Decius in l. fin. de annuis lega. Pariſ. conſ. 37. num. 26. lib. 3. & Ægid. Boſſ. tit. de iniur. nu. 25.

15 Quæ propoſitio fallit primo fauore libertatis l. paulus §. Caius de liberali cauſa, de cuius tamen intellectu videndus Dec. in d. l. ſi idem cum eodem num. 6. de iuri. omnium Iud.

16 Secundo non admittitur in materia fauorabili Iaſon in d. l. ſi idẽ
17 cum eodem num. 7. † Ideoq; priuilegium conceſſum clerico ſtudenti triennio Iuri Ciuili, non intelligitur de continuo, ut docuit Bar. in l. non ſolum §. annus ff. de excuſat. tutorum.

Tertio denique non procedit cùm eadem eſt ratio ſi Decio credimus in d. l. ſi idem cum eodem, quarum limitationum nulla ad casũ noſtrum adaptari poteſt, cùm in nouitij odium verſetur, qui temporibus interpellatis regulam ita commodè probare non poteſt, nec authoritates Bartholo. Brix. & aliorum pro contraria adductorum
19 obſtant, nam intelligendæ † ſunt cùm quis poſt annum completum receſ-

receſſit à monaſterio, ad quod ſi reuertatur, non eſt alius annus indulgendus, ut intelligunt ſuperius pro noſtra opinione relati doct.

SVMMARIA EX CAP. V.

IN *Profeſſione ſollemni expreſſa requiritur perſona, quæ illam recipiat, ut reciproca inducatur obligatio.*
Perſona recipiens ad profeſſionem debet eſſe talis, quæ poſſit incorporare religioni quæ ab Abbate, & Capitulo repreſentatur.
Receptio profeſſionis fieri poteſt ab aliquo particulari dummodo Abbatis, & Capituli mandatum præcedat, vel ratiahabitio ſubſequatur.
4 *Item ſi ex conſuetudine ſolus Abbas recipit.*
5 *Item ut Abbas teneatur requirere conſenſum Capituli, non autem ſequi.*
6 *Et quando Capitulum non contradicit.*
7 *Vel ſi Abbas vellet religioni obligare, non autem monaſterio.*
8 *Vel in profeſſione, quæ ſolùm obligat religioni in genere.*
9 *Profeſſus in manibus alterius, quàm Abbatis, aut conuentus, ſine mandato obligatur voto ſimplici.*
10 *Epiſcopus cum cauſa, & ſine cauſa poteſt ad profeſſionem aliquem recipere.*
11 *Vel Abbati mandare, ut aliquem recipiat legitima excuſatione ceſſante.*

CAPVT QVINTVM.

SECVNDO Ad huiuſmodi profeſſionem validandam neceſſe eſt, ut interueniat perſona, quæ profeſſionem recipiat, ad hoc, ut inducatur reciproca obligatio inter emittentem, & recipientem profeſſionem, quorum primus ad obedientiam obligatur, alter verò ad tutelam, & alimenta: Item etiam ut ſit diſtinctio perſonarum, ſicut in ſimili inter contrahentes matrimonium requiritur ca. ſi inter deſponſalibus, inter Baptizantem, & Baptizatum cap. debitum debigam; inter repreſentãtem, & repreſentatum cap. per noſtras de iurepatro. & inter inſtituentem, & inſtitutum ca. fin. de inſtitu. & inter infeudantem & infeudatum obli-

gatio reciproca contrahitur cap. 1. de forma fidelita. Hic autem Personarum interuentus specialis est in professione, ut huiusmodi quasi contractus celebretur; quod in alijs votis non requiritur, cùm ex sola vouentis pendeant voluntate, Immortali Deo se obligantis, ut docent Innocen. num. 6. Hostien. num. 13. Ioan. Andre. num. 4. Anton. Butr. num. 9. Abbas num. 10. Henricus Boich, & Io. Anan. vterque num. 4. in cap. porrectum de regularibus Specul. tit. de statu Monach. quæst. 19. num. 24. Ioan. de Friburgo in sum. Confessor. lib. pr. titul. 8. de voto quæst. 12. Caldèri. consil. 6. titu. de regula. Gem. in cap. 3. §. fin. num. 6. & 11. eod. titu. lib. 6. Angel. Claua. in sum. verbo professio col. 2.

2 Hæc verò persona aliquem ad professionem recipiens debet esse talis, quæ possit alios incorporare Religioni cap. porrectum de regularibus cap. insinuante, qui Cleri. vel vouen. l. 2. titu 7. part. prima; quæ quidem ab Abbate, & Capitulo representatur, ad quos simul monachorum spectat receptio, ita ut ab altero facta, altero irrequisito irrita censeatur c. fina. de regularibus lib. 6. Old. consil. 97. Glos. Archidiac. Ioan. Monach. Gem. & Philip. Franc. in dicto cap. fin. Ioan. Andr. & Abbas optimè num. 11. & 12. in cap. ad Apostolicam eodem titu. Lap. alleg. 31. Card. Zabarell. consi. 106. num. pr. Calderin. cons. 16. titu. de regularibus, Angel. verbo professio colum. 2. Silvest. verbo Religio 3. quæst. 13. num. 13. & 16. Sum. Armil. verbo Nouitius uum. 18. licèt contra solùm scripserit Guido pap. decis. 502. num. 2.

3 Quæ conclusio fallit primo cùm ab alijs personis Capituli, & Abbatis mandato, vel ratihabitione subsequente recipitur, ut a Monacho, Clerico, laico, vel Abbatissa Innocen. Hostien. Ioan. Andr. Anton. Butr. Abbas Henric. Boich in d. cap. porrectum Ioan. de Ligna. & Abbas num. 4. in cap. ad Apostolicam de regulari. Hostien. in cap. consuluit, qui cleri. uel vouen. postq; ipsum Præposi. Archidiac. & philip. Franc. in cap. 3. eod. titu. de regular. lib. 6. Ioan. de Friburgo in sum. Confess. titul. 8. de vot quæst. 12.

Quod verum est etiam si constitutione Religionis statutum esset, non valere professionem factam extra monasterium, sed præsente conuentu sub certis sollemnitatibns, ut statuit Rota decisi. 4. de regularibus in antiquis, cuius sententiam commendat Feli. in cap. fin. de offic. ord. num. pr.

4 Secundo non procedit cùm ex consuetudine solus Abbas recipit, ut scriptum reliquerunt Specula. tit. de stat. Monach. quæst. 26. nu. 25.

25. & Abb. in cap. ad Apostolicam num 11.

5 Restringitur tertio ut solùm teneatur Abbas requirere Capituli consensum, non autem sequi ex doctrina Abb. in d. cap. ad Apostoli. num. 12. cuius sententiam communiter receptam testatur Angel. in Summa verbo professio col. 2.

Quod apertè desumitur ex egregia distinctione Bart. in l. pr. §. si plures de exerci. actio. atq; aliorum, quos adducit Aimon. Crauetta cons. pr. num. 3.

6 Quarto fallit eo casu, quo Capitulum non contradicit, ut notant Gem. & Philip. Fran. in cap. fin. de regular. lib. 6.

7 Quinto etiam eo casu cessat, quo Abbas ordini solùm obligare vellet non autem monasterio, si credimus Lap. Gem. num. 4. & Philip. Franc. in dicto cap. fin.

8 Sexto fallit in professione, quę solùm obligat Religioni in genere in qua susficit persona habens administrationem religiosam. Gem. in cap. 3. num. 11. in cap. fin. num. 4. postq; ipsum Philip. Franc. nu. 3. de regularibus lib. 6.

9 Septimo non procedit quoad hoc, ut is, qui professionem emisit, obligetur simplici voto, ut docent Innocen. & Anton. Butr. num. 9. in cap. porrectum de regularibus. Calderinus consil. 5. num. pr. de regularibus.

10 Octauo non habet locum in Episcopo, qui non solùm professionem recipere potest cum causa, ut quando Monasterium amplas facultates haberet, ac Monachorum defectum pateretur, nec Abbas monitus in prefixo termino aliquem creasset, ut scribunt Calderinus cons. 16. titu. de regularib. & cons. 24. eodem titu. Gem. num. 5. & Philip. Franc. in dict. cap. fin. verumetiam absque causa, vel ex negligentia Abbatis; Poteritq. Episcopus, aut extra monasterium sub propria obedientia retinere viuendi regula monacho præfixa, quod vno ore fatentur Innocen. num. 5. Hostien. num. 14. Ioan. And. num. 4. Anton. Butr. num. 9. Abbas num. 12. & Ioan. Anan. num. 5.

11 in cap. porrectum de regularib. † aut Abbati mandare, ut illum recipiat, qui legitima excusatione cessante admittere tenetur, ut respondit Calderinus cons. 24. titu. de regulari. quem sequuntur Gemin. & Philip. Franc. in dict. cap. fin. non tamen posse conuentum Prælato contradicente, ut respondit Calderin. d. cons. 24.

SVMMARIA EX CAP. VI.

PROFESSIO ſollemnis Religionis, ut teneat, requirit habilitatem perſonæ vouentis.

Impuberes profiteri non poſſunt.

Actori incumbit onus probandi, ſi de ætate profeſsi dubitetur, & illi curator dandus,

Moniales cogendæ ſunt coram Epiſcopo preſentare monialem quæ dicitur impubes.

5 *Malitia non ſupplet ætatem in profeſsione ſollemni.*

6 *Malitia ſupplet ætatem in matrimonio carnali.*

7 *Diuerſa eſt ratio, quæ conſideratur in matrimonio carnali, quàm in ſpirituali ut malitia ſuppleat ætatem.*

8 *Matrimonium carnale facilius toleratur, quàm ſpirituale.*

9 *Sacramenta non ſubſunt iudicio Eccleſiæ, ut ſubſtantia mutari poſsit.*

10 *Pubes in decimo quarto anno profiteri non poteſt in ordinibus mendicantium.*

11 *Item nec poteſt in inſulis, in quibus ante decimũ octauũ annum nõ recipiuntur.*

12 *Que conſtitutio ſeruatur in ordinibus Carthuſienſium, montis Olineti, Minimorum, ſanctæ Brigidæ, & poteſt extendi ad minores, & prædicatores ob regulæ aſperitatem: ſed contrarium eſt verum.*

13 *Prædicatores, & Minores ob regulæ aſperitatem non debent recipere ad profeſsionem ante decimum octauum annum, ſed contrarium ex conſtitutionibus Prædicatorum affirmatur.*

14 *Cap. quia in inſulis reuocatũ aliqui aſſerunt, quod ex cõſuetudine admittimus*

15 *Cuius capitis diſpoſitio fallit in inſulis in quibus non eſt dura congregatio.*

16 *Cauſa in lege appoſita finalis præſumitur.*

17 *Profeſsio fieri non poteſt ante decimum ſextum annum ex Conc. Triden. diſpoſitione in quacunq; religione.*

18 *Ad religionem non poteſt aliquis recipi poſt decimum ſextum annum, niſi in Capitulo generali, uel prouinciali receptio approbetur ex conſtitu. Six. V.*

19 *Malitia ſupplet ætatem in voto ſimplici, etiam religionis, licet alij contrarium ſentiant, quod defendimus reprobato Caietani intellectu.*

20 *Impubes, qui ſollemniter profitetur obligatur voto ſimplici.*

21 *Regula, quod non valet, quod ago, ut ago, valet ut valere poteſt, explanatur habere locum in votis.*

22 *Coniugatus ſi profiteatur inuita vxore, remanet obligatus voto ſimplici.*

23 *Doli capax, vel pubertati proximus dicitur ille, qui ad decimum annum cum dimidio peruenit, uel ſex menſibus ante legitimam ætatem.*

24 *Verior tamen eſt opinio quæ iudicis arbitrio remittit.*

25 *Contractus à minore iuramento firmatus, validus eſt, licèt alij contra.*

29 *Impubes doli capax iuramento obligatur, ſed contractus non tenet.*

27 *Iuramentum quò ad Deum obligat minorem, ſecus quoad Eccleſiam.*

28 *In Hiſpania prohibetur fieri contractus cum iuramento.*

26 *Votum ſimplex, cui minor quatuordecim annis obligatur à parentibus, & tutoribus irritari poteſt, quod generale eſt in omnibus votis.*

30 *Pater abſq; cauſa votum filij impuberis irritare poteſt abſq; peccato.*

31 *Votum impuberum à patre reuocatum extinguitur, ita ut non teneatur ante legitimam ætatem implere, etiamſi habuerit animum adimplendi poſt pubertatem.*

32 *Filius cuius votum pater irritauit, non tenetur adimplere, etiamſi ille iterum conſentiat.*

33 *Pater non poteſt irritare votum filij ſine peccato, cùm aut ab initio conſenſit, aut ratum habuit, licèt filius illud non ſeruando, non peccet.*

34 *Conſenſu patris, vel mariti in voto filij, uel vxoris Deo ius quæritur.*

35 *Pater irritare non poteſt votum filij impuberis ipſo inſcio emiſſum poſt pubertatem, ſi illo tempore ſciuit, aduerſus Caietanum qui aliter intelligit.*

36 *Principis confirmatio actum inualidum, etiam ex certa ſcientia illum non validat, quod tanquam validum confirmauit.*

37 *Pater reuocare poteſt ingreſſum filij ante pubertatem, dummodo ſtatim faciant præſentes, abſentes uerò infra annũ, qui à tempore ſcientiæ cõputatur.*

38 *Annus integer tunc patri reuocanti eſt dandus, cùm vſq; ad decimum quartum annum tantùm temporis ſupereſt, ſecus ſi minoris.*

39 *Pater reuocare poteſt votum filij, quia ante pubertatem non deſinit in poteſtate patris eſſe.*

40 *Pueri ad religionem admittendi ſunt quod pluribus rationibus, & exemplis confirmatur.*

41 *Anna Samuelem puerum Deo obtulit.*

42 *Ioannes Baptiſta puer deſerta incoluit.*

43 *Apoſtoli pueros ad religionen Chriſtianam recipi inſtituerunt.*

44 *Romani nobiles Beato Benedicto pueros in religione educandos tradebant.*

45 *Parentes filios religionibus offerre poſſunt vſq; ad legitimam ætatem.*

46 *Filij poſt pubertatem poſſunt à monaſterio exire, ſi à parentibus fuerunt oblati*

47 *Minor quatuordecim annis poteſt à monaſterio recedere, etiamſi illud ingreſſus eſt abſq; patris licentia.*

48 *Offerendi, & reuocandi filios à religione authoritas ratione patriæ poteſtatis, competit parentibus, non Iuris naturalis vigore.*

Licèt

49 *Licèt alij hanc potestatem patri, & matri communem esse affirment cuius contrarium tenemus.*
50 *Potestas vendendi filios ob famem patri solùm competit.*
51 *Potestas irritandi votum filij, patri solùm concessa est.*
52 *Mater offerre potest filium in religione cum patris consensu, & est intellectus ad C. quicunq; 20. quæst. pr.*
53 *Filius familias maior quatuordecim annis religionem ingredi potest absque patris consensu.*
54 *Christus factus est pro nobis obediens vsque ad mortem.*
55 *Erat subditus parentibus.*
56 *Patris authoritas, ut paterna licentia, non requiritur in his quæ ad Deum pertinent, quod pluribus firmatur authoritatibus sacrorum Doctorum.*
57 *Filius mutat statum, Religionis ingressu.*
58 *Filius desinit esse in patria potestate per Religionis ingressum, & in alterius potestatem transit.*
59 *Quoad incommoda, secus quoad commoda.*
60 *Item quoad potestatem profitendi tantum, secus quoad alia.*
61 *Maior quatuordecim annis ingenuus, liber est in his, quæ ad status sui pertinent dispositionem.*
62 *Patria potestas publici iuris est.*
63 *Filius familias matrimonium contrahit absque patris consensu.*
64 *Matrimonium liberę voluntatis est.*
65 *Filius familias Religionem ingredi non potest, quando pater sine eius obsequio commodè viuere non potest.*
66 *Pater religionem ingredi non potest, & filios deserere, nisi commodè viuere possunt.*
67 *Quod intelligitur de mediocri necessitate.*
68 *Etiamsi votum ingrediendi fecisset.*
69 *Filius familias iam professus à Monasterio exire non potest pro patre iuuando. aduersus Ioannem Maiorem, & Henricum de Gandauo*
70 *Fallis cùm pater in extrema necessitate est, in qua sibi potest à solo filio subuenire.*
71 *Item si erat in necessitate, tempore, quo ingreditur filius.*
72 *Item filius tenetur succurrere parentibus in omnibus. quę potest facere salua sui Prelati obedientia.*
73 *Filius tenetur pro parentibus exorare, auxilium, & reuerentiam exhibere.*

CAP-

CAPVT SEXTVM.

1

ERTIO vt professio firma sit professitentis habilitas requiritur, quæ in eo consistit, vt omninò liberæ sit conditionis, pleni intellectus, & libetæ voluntatis, quapropter ab hac professione faciẽda plures sunt excluſi.

2 Et primò quidem impuberes, masculi quidẽ minores 14. annis, fœminæ minores duodecim, c. 1. ubi glo. c. ad nostram. c. significatum. c. cum virum. c. cum simus, de regulari. c. 1. eod. tit. lib. 6. clem. eos, de regu-
3 lari. c. firma. c. illud. 20. q. 1. c. si in qualibet. 20. q. 2. l. 4. tit. 7. par. 1. † de qua ætate si dubitetur actor probare tenetur, vt docent Ioan. Andr. Ant. Butr. num. 13. & Abb. nume. 5. in c. 1. de regul. ex doctrina Bar. in 5. de ætate, num. 12. ff. de minor. facit tex. in l. si minorem, vbi Bald. & Sal. infra de in integrum restitut. in l. neque natales, & tex. in l. cum te minorem, infra de probat. quod si quis minor ingressus est, & dubitetur vtrum ingressio teneat. est illi curator dandus ex sent. Specu. titu de sta. monach. quæst. 30. Archidiacon. & Aegid. Bellam. in Can. puella. 20. q. 2.

4 Item etiam si monialis minor ingrediatur, cogendæ sunt moniales, ut ipsam extra monasterium coram Episcopo exhibeant, ut not. idem Archidia. & Aegid. Bellam. d. loco.

5 Neq; in hoc casu malitia supplet ætatem, ut docet D. Thom. 2. 2. quęst. 88. art. 9. & quæst. 189. ar. 5. in respons. ad tertium, in 4. sent. distinct. 27. quæst. 2. art. 3. & dist. 38. quæst. 1. art. 1. & opusculo 17. cap. 12. & 13. ad decimum. Hostien. in sum. de regularib. §. & vtrum exire vers. quod autem dixi. Innoc. Ioan. Andr. Anton. But. Abb. & Præpos. in c. de illis, de dispens. impub. Idem Innoc. Host. Ioan. And. & alij in cap. cùm ad monasterium, de stat. monach. Anton. & Abbas qui communem dicit in cap. postulasti, de regulari. glos. 2. quæst. 1. in summa Abb. num. 8. Card. num. 7. Bonifa. num. 2. & sequen. in Clemen. eos de regular. Idem Abbas in cap. significatum, num. 4. & in cap. cùm virum, num. 4. de regularib. Ægid. Bellam. in cap. propositum, num. 2. 20. quæst. 3. Silvester uerbo Religio 2. quæst. 12. Na-
6 uar. c. 12. num. 68. nec obstat, † quod in matrimonio carnali malitia suppleat ętatem. c. de illis. c. puberes, c. fin. de dispen. impub. l. 6. tit. 1. par. 4. not. glo. Hostien. Ioan. Anton. Abb. & Præpositus in d. c. de illis,

7 & post alios D.Couar.in Epito.de sponsa. 2.par.c.1.nu.3. †Nam in matrimonio carnali diuersa est ratio,cum ex eo quis tantum homini obligetur,quod uinculum saltim morte dissoluitur, secus in matrimonio spirituali,quod est omninò indissolubile, vt docet gloss. 2. q. 1. in sum.quam sequuntur Ant.in c.postulasti.num.5.de regul.Abb.in c.significatum,eod.tit.& Sil.uerbo religio.3.q.2.

Huic accedit secunda ratio Hostien.in sum.de regularib.§. & vtrũ
8 possit exire,† qui matrimonium carnale facilius tolerari voluit,quã spirituale: cum multę asperitates sint in religionibus,& mutatio morum,quæ ardua est.Item vt Apostasiæ euitetur materia, vt explicant Ioan.Andr.in c.tua,de sponsal. & in c.1.nume.1.de despon. impuber. lib.6.& Caietan.2.2.quæst.88.art.9.in primo dubio, versi. ad confirmationem,qui affert,& secundam rationem,volens id operari sacramentum Ecclesiasticum,quod videtur operari in matrimonio, quod quidem sacramentum in professione non interuenit, quibus accedit Dominic.Sot. lib.7.de iust.& iure,quæst.4.art.2.asserens aliud esse in
9 matrimonio,& ordine, cum tanquã † sacramenta non subsint Ecclesiæ iudicio,vt secundùm essentiam mutentur, & ideo vbi competens subest materia,non potest illa sacramenta irritare, cum ergo vir, & fœmina iure naturę liberè possint se matrimonio coniungere, si malitia suppleat ætatẽ ecclesia, huiusmodi matrimoniũ irritare nõ põt, at quoniam in religione nullum interuenit sacramentum, potest Ecclesia solemne religionis votum irritare, quę tamen opinio tuta nõ videtur cum non tollat substantiam matrimonij;si Ecclesia prohiberet contrahi ante decimumquartum annum, sed ex causa personam inhabilem reddit ad contrahendũ,quod Ecclesię permittitur, vt not. scribentes in c.ex publico,de conuersio.coniug.

Ex præcedentibus ergo colligitur puberem, in decimoquarto an-
10 no profiteri posse, † quæ conclusio fallit primo in ordinibus mendicantium in quibus ante probationis annum profiteri nemo potest,& consequenter necesse est.vt in decimoquinto anno profiteatur, vt superius in primo requisito diximus, quod quidem, vt ibi declarauimus ad hoc tantum procedit,vt ille religioni in specie nõ obligetur. Est etiam id intelligendum verum esse in professione expressa, secus verò in tacita, quæ cum a iure inducatur in ordinibus mendicantiũ, ante probationis annum,non est prohibita,c.2. vbi glo. in verbo vestro ordini.Archidiacon.Ioan.And.in c.3.vbi glo. verbo obligatio,& Philip.Fran.num.4.de regul.lib.6.cuius rei ea est ratio. Omnis enim tacita professio(præter eam, quæ inducitur delatione habitus indistincti

stincti per annum)obligat religioni in genere, ideoq. sicut expressa ante annum facta obligat religioni in genere, ita etiam tacita obligat in genere.

11 Secundò in insulis, in quibus cum dura sit monachorum congregatio,ante decimum octauum annum ad professionem recipi nullus potest,c.quia in insulis,de regu.c.quia autem.20.quæst.1.quo casu voti obligatio impeditur,nec ualida est professio antea factà, vt docet Hostien.in d.c.quem ibi sequuntur Ioan.And.& Anton.nume.3. idem Ioan.And.in regula cum non stat,de reg.iur.lib.6. Archidiac. num.4. & Ægid.Bellam.num.2.in c.1.2.q.1.a quibus omnibus dissentit Abb. & rectè nume.4. in eod.c.quia in insulis:nam cum hoc tempus inductum sit in fauorem ingredientis,potest quilibet suo fauori renuntia
12 re,vt in c.ad Apostolicam, de regula. † Quam constitutionem receperunt ex proprijs constitutionibus religiosi Carthusienses, & congregationis Montis Oliueti,vt docet Card.a Tur. Crem. in d.c.quia autem.2.quæst.1,qui asserit in Concilio Basilicensi, propositum fuisse, vt in alijs religionibus seruaretur, nec obtineri potuisse. Abb.nu.5. Ioan.Anan. num.2.in d.cap.quia in insulis. Item etiam recepit religio minimorum,vt testatur Emilius Maria Monolcssus ad Bertachini repertorium verbo professio. Eandem constitutionem statuit, & reuelauit Dominus,& Saluator noster Sanctę Brigidę, vt relatum est in regula Sancti Saluatoris post.lib.8. reuel. c. 22. in quo expressum est,nullam sororem suscipiendam esse in ea religione, ante decimum octauum suę ętatis annum,nec aliquem Clericorum,seu Fratrum an
13 te vigesimũ quintũ annum ad professionem admittendum. † Idem ẽt in Prædicatoribus,& Minoribus:locum habet,cum eorum obseruantia sit valde dura,vt docent Ioan.And.Anto.Abb.& Ioan.Anan. in d.c. quia in insulis,Angel.in sum.verbo nouitius,num.2.& generaliter in omnibus locis,vbi durior est congregatio, vt colligit Abb. ex mente glosę,& Doct. in d.c.Quod tamen absque contradictione non procedit:cum nec in Prædicatoribus, aut Minoribus seruatum fuisse asserant Ioan.And.Anton.Card.Zabarel.Ioan.Ana.in d. c. quia in insulis. Siluest.verbo religio.3.num.2.quæst.1.quod ex Prędicatorum constitu-
14 tionibus patet,quibus sexdecim annorum ætas præfinitur. † Immo ex sententia Archidiacon.Pet.Palud.Siluest.d.loco,& D.Anton. in 3. par.titu.16.c.3.§.1.& generaliter,d.c.quia in insulis reuocatũ, quod quidem non admitterem, nisi reuocationem viderem,dummodo ex consuetudine reuocatum non intelligeremus:in omnibus enim religionibus,& Carthusiensium,Minimorum, & Montis Oliueti id nul-

Nec etiam obstat disposítio.c.primi de regulari.lib.6. & c. significatum,& c.ad nostram,de regular. quibus ante decimum quartum annum profiteri non posse statuitur. Illud enim in voto solemni locum sibi vendicat,vt rectè animaduertit Siluest.dicto loco, vers. votum.2.quæst.5.Neque ex hoc Caieta.sequitur consequentia, quod cũ non valeat,vt solemne,neque valeat,vt simplex: nam id omninò ex diuersitate rationis superius adductę,a veritate diuersum videtur.Nec colligitur ex d.c.1.quamuis Dominic.Sot.libro.7.de iustitia, & iure, quæst.4.ar.2.Idẽ fateatur Caietano non adducto, pro cuius intelligẽtia,duplex casus constituendus est, quorum primus est,cum simpliciter quis religionem ingredi vouet, & in hoc propriè loquatur D. Thom.& alij,& certissimum est obligari vouentem, qui rationis habet vsum: & in hoc casu,non procedunt c.ad nostram, c.significatum, eod.titu.lib.6.

Secũdus casus est cum quis soléniter profitetur, nec illa solemnis
20 professio ob legitimæ ætatis defectum à iure recipitur, Tunc enim procedit dispositio d.c.primi,& in hoc etiam casu † dicendum esset, obligatum esse professionem ante legitimam ætatem doli capacem voto simplici,quod sentiunt Ioan.de Friburgo. in sum. confess. lib.3. titu.28.de transitu clericorum.quęst.11.Card.Turre Crem. 2. q.1.in sum.ad secundum:dum asserunt, quod quantumcũque sit doli capax suum non habet professio effectum, vt professionem faciat iam esse religiosum,hoc est professum, quasi obligatũ simplici voto esse supponant,vt expressè docuit Anton.Butrius in c.significatum, nume.5.de regulari.quod expressa ratione conuincitur: nam cum in professione duplex sit obligatio.Altera,qua Deo quis obligatur: Altera verò, qua regulæ deuinctus remanet,vt inquit Calder.consi.26. de regula. quem refert Gemin.in c.3.num.11.eodem titulo,lib.6.licet à regulę obligatione quis soluatur virtute dicti capituli primi, non tamen ab obligatione Deo quæsita liberatur: cum in votis locum sibi vendicet
21 illa regula † si non valet,quod ago,vt ago,valet,vt valere potest. Vt expressè statuit summus Pontifex in c.placet,de conuer. coniug. di-
22 cens, † coniugatum inuita vxore professionem, & si nullo pacto ex sua professione obligetur,simplici tamẽ voto adstrictum remanere, quatenus ad continentiam,& debitum non exigendum poterat se obligare,atque id,quod in d.c.1.dicitur,professionem ante legitimam ætatem ad seculum redire liberè posse, verũ est iuris inspecta præsumptione,quæ minorem quatuordecim annis perfectum rationis vsum non habere præsumit,quod si professionem plenum rationis vsum habuisse

certior redderetur Ecclesia,ad illud vtique, quod vouit coge-ret ad implendum,non vt professum: sed tanquam simplici voto obligatum,sicuti & alios etiam cogit.cap.2.de voto. Hodie tamen cum œcumenicum Tridẽtinum Concilium, professionem ante decimũ sextum annum factam omninò irritet, ac omnes voti obligationes, & effectus tollat,nec tenebitur quis voto simplici,statuente hoc specialiter Ecclesia.

Ex hoc infertur ad quæstionem,an impubes, doli capax iuramento obligetur,& firmetur contractus ab eo gestus: In qua duplex præcipua est scribentium opinio: Altera eorum, qui iuramento validari contractum ab eo gestum affirmant: Altera eorum huic omninò contraria.

23 Ad cuius quęstionis,& superius firmatæ conclusionis de voto simplici intelligentiam:Sciendum est quis dicatur doli capax, & proximus pubertati: Et in hoc prima est opinio glo. in §. pupillus,institut. de inutil.stipu.in §.in sum.instit.de obligation. quę ex deli. nasc. in l. pupillus.de regul.iur.& in l.1.ff.de nouat.quæ docet † eum pubertati dici proximum,qui ad decimum annum cum dimidio peruenit, cuius sententiam communem appellat Iason in l.properandum. infra de iud.quam sequuntur Socin.in l.1.§.adipisci, de acquirend.possess. Angel.Aretin.in d.§.pupillus.Franc.Mar.decisi.122.nume.10. 2. par. quod expressè statutum est.l.9.tit.1.l. 10. tit.7.l.12.tit.14.& l.8.ti.31. par.7.And.Isern.in c.1.de pace iur.firm.nu.41.

Secunda est opinio,vt dicatur doli capax sex mensibus ante ætatẽ legitimam gl.in c.attestationis,in c.continebatur, de dispen. impub. quam communiter receptam asserit Io.Staffileus, tract. de lite:grat. & iust.Fol.74.And.de Iser.vbi supra.

24 † Ea tamen verior est opinio,quæ iudicis arbitrio remittit, quam videtur sentire D.Thom.2.2.quæst.88.ar.9.& 189.art.5. dum certam non statuit ætatem.Io.Fab.Sal.Ant.But.Io.Ana.Abb. Præpos. & Dec. quos adducunt D.Couar.in Epit.de spons.2.par.c.5.& Greg.Lop. lib. 6.tit.1.par.6.verbo *mayor*.

25 Primam sententiam, quòd scilicet validetur contractus ab eo iuramento firmatus,receperunt Hostien.Ioan.And.& Imol.in cap.cum contingat,de iureiuran.Archidiaco.in cap.quamuis pactum, de pac. lib.6.Vmber.de Rotunio Bar. Sal. Paul.Cast.Aret.Cur.Iunior in authen.sacramenta puberum, infra si aduersus venditio Barthol. Sali. Paul.Cast.& Alexand.in l.qui iurasse.ff.de iureiurand. Roman. in l.is cui bonis,de verborum obligation.And.de Isern. Iacob.Beluis. & Af-

flict.

fli&t. in c. 1. de pace iuramento firman. Calderin. conſi. 8. de iure iurã. Feder. Senenſis, conſi. 31. Abb. conſi. 39. lib. 1. & 108. lib. 2. Corn. conſil. 249. lib. 1. Bertran. conſi. 42. lib. 2. quod receptum in ſac. Conc. teſtatur Affli&t. deciſi. 322. nu. 5. & 393. in fine, & copioſisſimus Fran. Viui. lib. commun. opin. verbo pupillus. Grego. Lop. in l. 6. tit. 16. par. 6. verbo *mayor*.

Alteram huic oppoſitam ſententiam expreſsè tenuerunt gl. Guli. Cun. Petrus; Cin. Odofred. Iacob. Butriga. Alberi. Bald. Angel. Fulgoſius, Anton. de Alex. & Iaſon in d. authen. ſacramenta puberum. glo. in l. fin. ff. de lib. cauſa. Bal. in l. pactum. infra de collatio. in l. final. §. filius, infra de bon. quæ liber. in l. 2. de reſtitution. in integ. glo. Bald. Aluaro. & Præpoſi. in d. c. 1. §. item ſacramenta puberum, de pa. iur. fir. Paul. Caſt. conſi. 25. Fulgoſi. conſi. 237. Fran. Mar. deciſi. 122. libro 2. Anton. Gomez, tomo 2. variarum reſolut. c. 14. de reſtitut. minor. nu. 18. atque Emanuel Suarez, in addition. ad eum, & Menoch. conſi. 1. nume. 324.

In qua difficultate, vt omnes tollantur controuerſiæ, media eſt am
26 plectenda via, vt dicamus † obligari quidem impuberem doli capacem iuramento, non tamen ab eo geſtum contractum validari, idque
27 ſenſit D. Thom. 2. 2. quæſt. 189. ar. 5. ad tertium, dum † iuramentum, & votum æquiperat, ita vt quoad Deum iuramentum obliget doli capacem, ſecus quoad Eccleſiam, & forum exterius: Cum certa requiratur ętas, eandem opinionem expreſsè affirmauit Bald. in d. capi. 1. §. item ſacramenta, num. 5. Alciat. in cap. cum contingat, num. 234. & D. Couar. in Epito. de ſponſal. c. 1. §. 1. nu. 4. 1. par.

28 Ad quas difficultates euitandas, non abſque ratione apud Hiſpanos ſtatutum eſt l. 6. ordinationum lib. 3. titul. 3. ne aliquis in regno fiat contractus, in quo iuramẽtum interponatur, quod ſi fiat, nullius ſit momenti, tabellioq. ſit officio priuatus. Quæ diſpoſitio generaliter procedit, tam in contractibus validis, quam alias inualidis, vel qui ope reſtitutionis reſcindi poſſunt, vt defendit Arius Pin. in l. 2. par. 3. cap. 1. num. 11. infra de reſcinden. vend. licet aduerſentur, quo ad contractus inualidos Gulielm. Bened. in c. Raynutius, verbo duas habens filias, num. 247. Ioan. Lup. in cap. per veſtras, de donatio. inter virum, & vxorem. §. vltim. num. 20. Didacus a Segura. in l. 1. §. ſi vir, num. 138. de acquiren. poſſeſsio. D. Couar. in c. quamuis pactũ. 1. par. §. 3. num. 7. & ſeq. Et Ant. Gomez, tomo 2. variarum reſol. c. 14. de reſt. minorum. nu. 22. aſſerentes non eſſe eam conſtitutionem ad contractus inualidos extendendam.

Hoc

Hoc autem votum ſimplex, quod ſupra diximus obligare minorẽ quatuordecim annis doli capacem, non tam omninò firmum eſt.
29 † quin poſsit à parentibus, (ſi illos habet) aut à tutoribus ſtatim reuocari. c. puella. c. ſi in qualibet. 20. q. 2. c. mulier, vbi glo. 32. quæſt. 2. c. manifeſtum, c. noluit. 33. queſt. 5. not. D. Thom. 2. 2. quæſt. 88. ar. 8. & q. 189. art. 5. ad quartum, quod generaliter locum habet in omnibus votis, tam realibus, quàm perſonalibus, vt tradunt D. Anton. 2. parte tit. 11. c. 2. §. 6. Ioan. de Friburgo. in ſum. Confeſ. titu. 8. lib. 2. quæſt. 34. Henric. Boich. in cap. ſcripturæ. num. 5. de voto, & Nauar. in ſum. cap. 12. nume. 70.

30 Poteſt itaque pater abſque aliqua cauſa, & ratione huiuſmodi filij votum, abſque peccato irritare: cum iure ſuo in hoc vtatur: vt docẽt D. Anton. dicto loco, Inno. quem cæteri receperunt in c. ſcripturæ, de voto Palud. in 4. ſenten. diſtinct. 38. quæſt. 2. Ioan. de Friburgo. in ſum. Confeſ. titu. 8. lib. 9. quæſt. 32. Caieta. 2. 2. quæſt. 88. ar. 8. & Nauar. d. c.
31 12. num. 69. Eritque ita extinctum tale votum filij à patre reuocatũ, vt non teneatur ẽt poſt legitimam ætatem adimplere, cum obligatio ſit ſemel extincta. Abb. aduerſus Inno. in c. ſcripturæ, de voto: Angel. quem ſequuntur Silueſt. in ſum. verbo votum. 4. q. 2. aduerſus Vgo. & Pet. Palud. Caieta. 2. 2. quæſt. 88. art. 8. Dom. Sot. lib. 7. de iuſtitia, & iure, queſt. 3. art. 2. & Nauar. d. c. 12. num. 66. Idque procedit etiam ſi filius adimplendi animo poſt pubertatem votum emiſerit, vt docent Silueſt. verbo religio. 2. queſt. 15. aſſerens communem Ioan. de Friburgo, in d. ſum. titu. 8. lib. 1. quæſt. 30. & Dom. Sot. di. lib. 7. de iuſt. & iure,
32 quæſt. 3. art. 1. † Immo etiam ſi poſt reuocationem, pater iterum conſentiat voto filij, non tenebitur filius exequi: cum obligatio filij prima reuocatione ſit extincta, Ioan. de Friburgo, in ſum. Confeſ. titul. 8. lib. 1. q. 31. Silu. verbo religio. 2. q. 15. Nauar. c. 12. nu. 65.

33 Huiuſmodi autem votum filij nequaquam pater valet irritare, cũ aut ab initio conſenſit, aut deinde ratum habuit. Immo illud irritando peccat ex Can. manifeſtum. 33. quæſt. 5. Riccar. in 4. ſententiarum, diſtinct. 31. queſt. 2. art. 2. Caietan. 2. 2. quæſt. 88. art. 8. & Nauarr. c. 12. num. 61. Licet filius huiuſmodi votum non adimplens ſit peccati labe tutus, vt docet Caieta. dicto loco ſuperius adducto, extat etiam c. manifeſtum, vbi omnes notant, id tamen tunc verum eſſe intelligendum eſt, cum filius in voto emittendo licentia vſus eſt, quod ex eo, quod in vxore ſtatutum eſt colligi poteſt, quæ iam licentiam vouendi caſtitatem habuerat, vt vir poſt emiſſum ex licentia votum, ſine peccato irritare non poſsit, vt poſt D. Thom. Pet. Palud. & Abba. docet Ioann. de

Friburgo,in ſum.Confeſ.lib.1.titu.7.q.15. & poſt Ioan. de Neap. not.
34 Silueſt.in ſum.verbo votum.5.in fine:cuius rei ea eſt ratio: † Nam cũ ex voto filij,vel vxoris,conſenſu mariti,vel patris emiſſo, ſit Deo ius quæſitum,non poteſt ab homine tolli, vt docet latisſimè in ſimili Tiraquellus de legi.connub.glo.2. verb.*contracter*. nu.90.& 91. & glo. 8. verb.*de ſor.mari*.nu.125.& ſeq.

35 Nec pater irritare poteſt uotum,quod,eo inſcio filius emiſerat,ac adueniente pubertate,quo tempore ſciuit, reuocare vult,ex ſent.Tabien.in ſum.verbo votum.2.& Domi.Sot.lib.7.de iuſt.& iur. quæſt.3. Licet contrarium firmauerint Caietan.2.2.quæſt.189.ar.5.& Nauar. c.12.num.71. id verum intelligentes quotieſcunque filius in maiori ætate conſtitutus ratum illud votum non habuit, ſed validum tãtum eſſe arbitratus eſt:cum aliud ſit approbare,& ratificare,& aliud credere eſſe validum,& eo reſpectu intentionem adimplendi habere: nã hoc poſteriori caſu non videtur coram Deo ratificare, ſicut in ſimili
36 dicimus † Principis confirmationem etiam ex certa ſcientia actum inualidum non validare,quando princeps,tanquam validum confirmat,nihil de validitate ſciens,vt poſt alios reſpon.Rolan.à Valle.cõſ. 2.num.162.lib.1.

Verior tamen prior videtur opinio, cum ius patrię poteſtatis, & votum irritandi facultas ad tempus vſque pubertatis durauerit. Quo tempore elapſo patria poteſtas quoad irritationem voti amplius non conſideratur,quam opinionem ſequutus eſt excellens Canoniſta,& Theologus,ac Præceptor meus Pater Marius de Andriè ſocietate Ieſu, in lectura de Matrimonio,in c.de impedimento voti.

37 Non ſolũ ergo parentes impuberum vota irritare, verum etiã filij ante pubertatẽ,ingreſſum reuocare poſſunt.c.ſi in qualibet, & c.puella.20.q.2.c.2.de reg.D.Th.2.2.q.189.ar.5. in 4.argum.l.5. tit.7.par.1.

Quem ingreſſum parẽtes ſi præſentes fuerint, ſtatim reuocare tenentur,dicto capitulo ſi in qualibet,ac capitul.puella, not.Anto.in c. 2.num.12.de regular.Abſentes verò infra annum,qui à tempore ſciẽtię computatur.l.5.titu.7.par.1.argum.2.quæſt.6. c.biduum, de conceſs.præbend.c.quia diuerſitatem,notat glo.in c.puella, vbi Archid. Card.à Tur.Crem.& Ægid.Bellam.Hoſtien.in ſum.de regular.§.finanume.10.Henri.Boich.in c.2.num.2.de regu.Silueſt. verbo religio 2. quæſt.11.Niſi tamen Monaſterium ſit valde remotum,tunc enim longius tempus ſtatuendum eſt, vt poſt Goffred. & Hoſtien. quos adducit,tradit Henri.Boich.in cap.2. num.2. de regularib. & notat in d.l. 5.parti prima.

Hic

Hic autem annus, quod à tempore ſcientię computandus veniat ex generali illa regula cõfirmari poteſt,quod tempus anni, vel aliud breuius ignoranti non currere traditum eſt,vt not.Bald.Marti.Lauden.& Præpoſi.in c.vltimo,de prohib. feud. alienat. per Lothar. & latius Andr.Tiraquellus,tract.de retract.conſangui.§.35.glo.4.nu.22.

38 Integer autem annus tunc demum tribuendus eſt,cum tantum tẽporis ſupereſt vſque ad decimum quartum annum,quod ſi filius paulo ante decimum quartum annum ingrediatur, ſolum illud modicũ tempus,quod vſque ad decimumquartum ſupereſt patri cõceditur, vt docent glo.Archidiacon.& Ægid.Bellam.in c.puella.20. quæſt.2.& Ioan.de Friburgo,in ſum.Confeſ.titu.8.quæſt.3.lib.1. de voto, quod hodie,vt diximus ex ſac.Conc.Triden.diſpoſitione, vſque ad decimũ ſextum annum extenditur.

39 Hunc quidem ingreſſum filij cur pater reuocare poſſit ea videtur ratio: nam cum per ingreſſum ante legitimam ætatem inreuocabiliter non obligetur filius monaſterium ingrediens, non deſinit in patris poteſtate eſſe: ideoque diuino præcepto illi obedire tenetur, vt docet Abbas in c.2.num.2.de regular. quod ſentit quoque D.Tho.locis ſuperius citatis: ideoque ſtatutum eſt in c.oportet.2.q.2. infantes voluntate,& conſenſu parentum recipiendos eſſe: immo ab ipſis parentibus oblatos eſſe plurimorum teſtimonio probabimus, vt omnis occaſio maledicti gratia peſſimorum hominum excludatur.

40 Expedit autẽ pueros in religione recipi pluribus rationibus, quas afferunt D.Thom.2.2.queſt.88.ar.8.& 9.quolibet.3.ar.11.quodlib.4. queſt.12.ar.13.& opuſc.17.c.3.Card.à Tur.Crem.20.quæſt.1. num.7. in ſum.ad primam quæſtionem.Quarum prima eſt:nam id cui à puericia aſſentimus,firmius,ac perfectius retinemus: cum adoleſcens iuxta viam ſuam,etiam cum ſenuerit non recedet ab ea.Prouerb.22.& bonum ſit viro cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua Tren.3. quod confirmatur authoritate Domini noſtri Ieſu Chriſti Matth.19. *Sinite* (inquit) *paruulos venire ad me*, quem locum exponens Origenes aſſerit,hortari Dñm noſtrum diſcipulos ſuos,vt cõdeſcendãt voluntatibus puerorum,eſtq; id pręterea faciẽdũ grauiſſimis exẽplis.

41 Et primò quidem ſanctiſſimę,ac deuotiſſimæ mulieris Annæ, quæ Samuelem puerum natum,& ablactatum Deo pietate obtulit,qui in miniſterio templi,quo à matre fuerat deputatus permanſit: vt ſcriptum eſt in Can.quicunque 2.q.1. quod deſumptum eſt ex 1.Reg.1. 2.& 3.quod factum commendat D.Chryſoſtom.hom.2.in lib.Regum his verbis, *Non exiſtimabat* (inquit) *Anna eſſe tutum relicta domo aſcen-*

dere in templum, quod cum accepißet donum, non ſuſtineret abſque dono comparere, eoq; tanto tempore remanſit, vt cum dono compareret, adduxit, atque reliquit, nec puer à mamma diuulſus moleſtè tulit: ſed ad dominum reſpexit, qui matrem creauerat, nec ipſa mater doluit à puero ſeiuncta, propterea quod naturę affectum vicit interueniens gratia, & alter alteri ſe conuiuere exiſtimabat.

42 Secundo Ioannis Baptiſtæ, de quo dicitur Luc. primo, quod puer creſcebat, & confortabatur ſpiritu, & erat in deſertis.

43 Tertio Apoſtolorum exemplo, qui teſte Dioniſio cap. vlt. Eccleſiaſt. Hierarchiæ pueros, & infantes ad Chriſtianam religionem eſſe recipiendos inſtituerunt, vt in ea nutriti, firmius, & perfectius inhærerent, quod quidem multò facilius in religionibus eſt admittendum, cum infidelium vitam magis excedat Chriſtiana Religio, quã ſecularium uita religioſorum.

44 Exemplo etiam Romanorum nobilium, qui Beato Benedicto pueros in religione educandos tradebant, vt refert D. Greg. Dialo. lib. 2. cap. 3. in fine, quod & ſi aliud ſit à religioſa vita exercenda, cum religioni non eſſent adſtricti, ſed in ſeculari habitu remanerent, ac licitus eſſet ab ea exitus, ad exemplum tamen trahi poteſt.

Idem exemplo eius, quod in Toletano cõcilio relatum eſt in Can. 1. cap. omnis ętas. 12. quæſt. 1. in quo ſtatutum fuit, impuberes, & adoleſcẽtes clericos ſub vno Conclaui collocandos eſſe, ac deputandos probatiſsimo viro, vt lubricos annos potius in diſciplinis Eccleſiaſticis, quam in luxuria agant, quod in religionibus multo diligentius ſeruatur.

Ad Idem Ambroſij conducit authoritas lib. pr. de officijs cap. 23. tom. 1. *Si ij* (inquit) *qui ſunt ignari locorum, cum ſolertibus uiarum iter adoriri geſtiunt, quanto magis adoleſcentes cum ſenibus debent nouum ſibi iter aggredi, quo minus errare poſſint, aut à uero tramite uirtutis deflectere: nihil enim pulchrius, quam eoſdem, & magiſtros uitæ, & teſtes habere.*

Auguſtinus etiam in lib. de bono coniugal. tom. 6. in fine idem admonet, *pueros quaſi, ac uirgines* (inquit) *multo maximè monemus, ut tanta nouerint humilitate tuendum eſſe, quod in terra interim nouerint, quantò magis cœleſte eſt, quod nouerint.*

Et Hilarius ſuper verſu nonam octonarij Tren. 3. *Difficile* (inquit) *eſt ab uſitatis detinere, difficile eſt à familiaribus abſtrahi, magnum in ſe conſuetudo habet uinculum; & idcirco optimus ille erit cultor, quem non modo delictorum remiſſio ſine crimine conſtituerit: ſed ipſa illa preſtiterit uitiorum ignoratio. Innocentem nouit Hieremias Propheta ætatis huius beatitudinem, dicens*

dicens bonum eſt iuueni uiro cum ſuffert graue iugum in iuuentute ſua, ſedebit ſingulariter, & ſedebit, non expectans frigeſcentes ſenectutis annos, nec mortuam iam per ætatem vitiorum conſuetudinem, vult longi prælij militem, uult eum Chriſti ſeruum, quem ne ipſa quidem præteritorum criminum recordatio polluat.

Sic etiam Hieronymus ad idem parentes hortatur epiſtola ad Teclam tom. 1. his verbis *propoſitum erat ad te ſermonem dirigere quomodo inſtituere Paulam noſtram debeas, quæ prius in Chriſto cõſecrata eſt, quam genita, quam ante vouiſti, quam vtero concepiſti*, (& deinde) *ſi ſollicita prouides, ne filia percutiatur à vipera, cur non eadem cura prouideas, ne deteratur à malleo vniuerſæ terræ, ne bibat de aureo Calice Babilonis, ne egrediatur cum Dina, & velit videre filias regionis alienæ, ne ludat pedibus, ne trahat tunicas,* (& paulo poſt) *poſtquam grandiuſcula eſſe cœperit, & in exemplũ ſponſi ſui creſcere ſapientia, ætate, & gratia apud Deum, & homines, pergat ad templum veri patris cum parentibus ſuis, & cum illis non egrediatur de templo, quærant eam in itinere ſeculi, inter turbas, & frequentiam populorum, vel propinquorum, & nunquam eam reperiant alibi, niſi in auditu ſcripturarũ Prophetas, & Apoſtolos de ſpiritualibus nuptijs ſciſcitantem.*

Item Ambroſius lib. 3. de virginibus circa medium. *Non mireris* (inquit) *in adoleſcentulis profeſſionem, cum legeris in paruulis paſſionem: ſcriptum eſt enim ex ore infantium, & lactentium perfeciſti laudem: Et dubitamus ſi eum vſque ad continentiam ſequatur adoleſcentia, quem vſque ad mortem confitetur infantia, & quaſi incredibile putamus ſi puellæ nobiles Chriſtũ ſequuntur ad regnum, quẽ etiam pueri ſequebantur in deſerto, ſicut legimus, quod ſunt ſatiata de quinque panibus quatuor milia hominum, exceptis pueris,* (inquit) *& mulieribus: nolite ergo à Chriſto arcere infantes, quia & ipſi. pro Chriſti nomine ſubiêre martirium: Talium eſt enim regnum Cœlorum: vocat enim eos Dominus, & tu prohibes: de ipſis enim Dominus ait, ſinite paruulos venire ad me.* Et eodem lib. Ambr. *Patres* (inquit) *pro filiarum coniunctione ſolliciti moleſtè ferunt virgines conſecrari: Nec ij, quod vereantur, habent, ſi ſequantur conſilium: aiunt enim plerique maturioris ætatis virgines eſſe velandas, neque ego abnuo ſacerdotalis cautionis eſſe debere, vt non temerè puellæ velentur, ſpectet planè, ſpectet ætatem ſacerdos: ſed fidei, vel pudoris, ſpectet ætatem verecundiæ, examinet grauitatis canitiem, morum ſenectam: pudicitiæ annos, animos caſtitatis, ſi hæc præſtò ſunt non deerit virgini longeua canities: non ergo ætas reijcitur florulentior: ſed animus examinatur, at certè Teclam non ſenectus, ſed uirtus probauit, & huic quid plura contexam cum omnis ætas habilis Deo perfecta ſit Chriſto: denique non virtutem ętatis appendicem dicimus, ſed virtutis ætatem* hæc Ambroſi.

Idem

Idem lib.7.ad Anysiũ de Sancto Acholio, loquens ad Theſſalonicẽ ſem Epiſcopum, ſed antea adoleſcente Monacho hoc tradit. *Benedictus Dominus,& benedicta adoleſcẽtia eius, quam exigit in tabernaculis Dei Iacob,poſitus in monaſterijs,in quibus cum quæreretur à parentibus,vel proximis dicebat, qui ſunt fratres mei,aut quæ mater mea? non noui patrem, nec matrem, vel fratres meos, niſi qui audiunt verbum Dei,& cuſtodiunt illud.*

Ad idem hortatur D.Bernard.Hugonem nouitium epiſt.351. quæ poſtrema eſt, *audita* (inquit) *conuerſione tua exultauimus, & delectati ſumus: quid ni gaudeant homines,vnde lætantur, & Angeli? Iam celebris agitur dies,iam reſonat in excelſis gratiarum actio,& vox laudis, adoleſcens nobilis delicatus vicit malignum,ſpreuit mundum, corpus expoſuit, propinquorum renuntiauit affectibus, paratos diuitiarum laqueos tranſiliuit: quia pennatum animal erat: vnde tibi hæc ſapientia fili? neque enim tantam inuenimus in ſenibus Babilonis, ipſi ſunt, qui iuxta Apoſtolum, (immo contra) diuites fieri nolunt in hoc ſeculo,vt incidant in tentationem, & in laqueum Diaboli: Vgonis noſtri ſapientia non de terra eſt: ſed de cœlo. Confiteor tibi pater, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus,& parvulo reuelaſti. Tu quoque fili, ne ſis ingratus beneficio redemptoris: ſed pone animum puerilem, magis autem parvulus eſto malitia: ſed non ſenſu: non ætatem teneram ordinis aſperitas terreat: memento quod aſperior cardo pannum faciat leniorem, & conuerſatio conſcientiam,aderit Chriſti ſuauitas, & Prophetæ farinula,pulmentum incomeſtibile condi tur,* (& in fine epiſtolæ) *Nec verò* (inquit) *credas ſpiritui ſuadenti nimis id feſtinatum,& in maturiorem ætatem differendum fuiſſe: ei potius crede,qui dixit bonum eſt homini cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua,leuauit enim ſe ſupra ſe.*

Qua in re nihil eſt à Conc.Trident. quoad maſculos immutatum, quo ad fœminas verò ſtatutum eſt Seſſ.25.titu.de regular.cap.17.vt maiores duodecim annis liberè recipi poſſint: minores verò duodecim annis non poſſint habitum regularem ſuſcipere priuſquam exploraverit Epiſcopus diligenter virginis voluntatem, an coacta, an ſeducta ſit,an ſciat,quod agat, id autem ſolum expedit fieri in ijs monaſterijs, in quibus ſeruantur regularia inſtituta ab educantibus, alias eſſet eos perdere,nec eſſent tuti parentes à labe peccati, qui filios huiuſmodi periculis exponerent, vt optimè adnotarunt Caieta. 2.2.q.189.ar.5.in fi.& Nauar.cap.12.nu.51.

45 Quibus rationibus permiſſum eſt parentibus filios religionibus offerre.c.2.& 3. 20.q.1.c.7. 20.q.2. Quæ oblatio valida ſolum eſt vſq;
46 ad legitimam ætatem † ad quam cum quis peruenerit, patris voluntatem ſequi amplius non tenetur.c.puellæ.c.ſicut. c.illud. 20.q.1. c.ſi in

in qualibet.20.q.2.c.ſignificatum, & c. cum ſimus, de regular. Non tamen poteſt ante legitimam ætatem à Monaſterio recedere, cum ſemel conſenſerit oblationi paternæ, ſecus verò ſi coactus parentum imperio ingreſſus eſt; eo ſiquidem caſu,libera relinquitur filio poteſtas,quandocunque recedendi, vt colligitur ex Canone præſens. 20. q.3.idque adnotarunt glo.Archidia.& Card. Turr.Crem. 20.quæſt.1. in ſum.num.7.ad quartam,quæſt.Inno.Anton.num.17.Io.Anan.nu.7. & Abb.nu.9.in c.2.de reg.Ioan. de Friburgo in ſumm.Confeſ.titul.8. quæſt.30.& Gregor.Lopez in l.4. titu.7. parti prima, verbo *no puede ſalir*: Eademq. ratione non valent ſponſalia contracta à patre inuita filia cap.1.§.porrò à contrario ſenſu, vbi Io.And.Gemin. & Philip. Fran.adnotarunt, de deſpon. impuberum lib. 6. & ſcribentes omnes in c.1.de deſpon.impub.

47 Poteſt etiam quandocunque impubes à monaſterio recedere, quãdo propria voluntate,abſque parentum conſenſu ingreſſus eſt: ex ſententia Inno.Hoſt.Ioan.And.Henri.Boich.Io.Ana.& Abb.in d.c.2.de regul.eiuſdem Abb.in c.ſignificatum.nu.2.eod.tit. & Silueſt.in ſum.verbo religio 2.q.11.

48 Sed non leuis adhuc inter ſcribentes ſupereſt difficultas an huiuſmodi reuocandi,& offerendi poteſtas, ex vi patriæ poteſtatis perueniat,an verò ex naturali quodam iure parentum: nam ſi ex patriæ poteſtatis iure id ſuſtinetur:patri ſolum competit offerendi,& reuocandi poteſtas,nec ius aliquod mater ſibi vendicabit, quod fatentur glo.in Can.ſi in qualibet 20.q.2. Archid.Cardin.Tur.Crem. & Ægid. Bellam.in Can.addidiſtis.20.q.1.Idem Card.Tur.Crem. in Can.quicunque eadem cauſa,& quæſt. qui tamen id ſolum verum intelligunt viuente patre,mortuo verò patre non denegabitur matri offerendi, & reuocandi facultas,quam ſententiam attulerunt Archid.Cardina. Tur.Crem.& Ægid.Bellam.in Can.ſi in qualibet.20.q.2.Henr.Boich. in c.2.num.3.de regul.& Silueſt.verbo religio 2.q.13.dum tamen ad ſecunda vota non tranſierit, vt probat Silue. loco proximè adducto, nec à legitima filiorum tutela ſe abſtinuerit: nam eo caſu tutoribus competit reuocandi poteſtas d.Can.puella.20.q.2. necnon etiam cõpetit offerendi,ſi Inno.credimus,in cap.2. de regulari. cui ſe ſubſcripſerunt eo in loco Ioan.And.Zabarel.& Abba.Socin.conſi.61. nume. 11.& 21.libro primo, & Gregor.Lopez, in l.4. titul. 7. parti quarta, verbo *el padre, e la madre*, aduerſus Pet.Ancharan. & Ioan. Ana. in d. c.2.de regular.

Non deſunt tamen graviores, & plures numero interpretes, qui com-

communem patri, & matri facultatẽ reuocãdi,& offerendi aſſerunt, ita vt altero repugnante irrita ſit alterius oblatio, cum ſe inuicem impediant,quod docuerunt Inno.Hoſt.Ioan And.Anto.Henri.Boich. Anan.& Abb.in d.c.2. eandemq; opinionem admittunt Io.And.Gem. num.2.& Philip.Fran.num.3.in c.1.§.porrò,de deſpon.impube. lib.6.
49 Henri.Boich.in c.tua nos.num.5.de deſpon.impub.& Ioan.Lup. in c. per veſtras.de donation.inter virum & vxorem.§.3.nume.20. qui arguunt ex eo,quod poſſunt contrahere ſponſalia tacito conſenſu filiorum,quod receptum fatetur D.Couar.in Epito.de ſpon.2.par.c.4.nu. 4.Ioan.de Friburgo in ſum.Confeſ.titu.8.q.30.lib.1.Silueſt.verbo religio 2.q.23.& Gregor.Lop.l.4.titu.7. par.1. Cuius concluſionis potiſſima fundamenta eliciunt ſcribentes, ex Can. addidiſtis, & Can. quicunque 20.q.1.in quorum primo fit mentio alternatiuè de patre, vel matre offerente,quod recepit l.4.titu.7.par.1.In ſecundo vero affertur exemplum Annæ offerentis Samuelem, quam concluſionẽ admittunt in filijs emancipatis,in quibus conſideratur naturalis reuerentia,vt ſcribunt Ioann.Andr.Geminian. & Philip.Fran. dicto loco. Item etiam & in ſpurijs ſi credimus Pet.Ancharan.Geminian.& Philip. Fran.in d.cap.1.§.porrò, de deſpon.impube.lib.6.& Ioann.Lup. in d.§.3.nu.20.

Hac in re,vt quod ſentio ingenuè fatear, potius adhærerem priori ſententiæ,aſſerenti facultatem hanc patriæ poteſtati eſſe propriã, nec matri communem, cum enim hoc ius non ſolum in naturali reuerentia,& ratione ſanguinis: ſed etiam in conſilio poni debeat, nõ erit mater particeps in oblatione,cum maris non fœminæ conſilium dicatur,prout argumento l.quidam decedens.§.Papinianus. ff de minori.voluit Bal.in l.1. col.vlt. C. qui admit.quam receperunt Guliel. Benedict.in capitu.Raynutius.verbo ſi abſque liberis moreretur.nume.4.de teſtament.Andr.Tiraquel.tractat.de legib.connub. l.1. num. 79. & 81. & Arius Pinell.in rubric.de bon.mater.2.parte, numer.20. & ſequenti.

50 † Inferens ex hac ratione poteſtatem vendendi liberos ob famem patri conceſſam,ex l.2.C.de patr.qui filios diſtrax.nõ eſſe matri tribuendam,cum eius conſilia ſint immatura,& parum tuta, quod nos docuerunt ſcribentes omnes in d.l.2.& Arius Pinel.dicto loco, num. 22.quod quidem in oblatione etiam conſideretur conſilium,quod in matre deficit,ex præcedentibus colligi poteſt: dum poſt Caietan. & Nauar.aſſeruimus,filios offerendos nõ eſſe in ijs monaſterijs,in quibus regularia inſtituta non ſeruantur immo parentes, filios periculis

lis huiuſmodi exponentes in peccati labem incidere,quod diſcerni a matre haud rectè poteſt.

51 Confirmatur etiam ex eo,quod ſicut ſoli patri irritatio voti filiorum conceditur non matri,ita etiam patri tantum, non autem matri reuocatio,& oblatio permittenda eſt,cum ab vno ad aliud valeat argumentum,quo vtitur D.Thom.2.2.q.88.ar.9.in 2.arg. dum affert cap.puella,quod licet de ingreſſu impuberis loquatur, affertur tamẽ ad votum.

Præterea cum reuocatio patri competat ex eo,quod filius non poteſt illi ſubtrahere obedientiam iure patrię poteſtatis ſibi debitam, vt docent D.Thom.2.2.q.189.art.5.in 3.argumen. & Abb. in c.2. nu. 2.de regula. ſolum patri reuocatio permitti debeat, ſic etiam & oblatio,præcipuè cum patri,non matri competat vendicatio ſilij. l.1.§. per hanc.ff.de rei vendi.

52 Nec obſtant Can.addidiſtis,& Can.quicunque.20.q.1.nam & ſi oblationis maternæ fiat mentio, † ad validandam tamen matris oblationem,patris conſenſus ſupponendus eſt, quo caſu ipſe pater videtur facere, quod in oblatione Samuelis factum eſſe expreſsè colligitur ex 1.Reg.c.1.

53 Colligimus igitur ex prędictis omnibus, impuberem nõ poſſe effectualiter obligari,nec voto,nec religioni,patria impediente poteſtate,& à contrario ſenſu, ex authoritatibus omnium ſcribentiũ adductorum,pubertate adueniente,& votum, & profeſsionem facere, nulla eos patria poteſtate impediente poſſe.

Idque primus omnium Dominus noſter Ieſus Chriſtus proprio exemplo docuit,qui cum non ſolum obediens fuerit, ſed obedientiæ
54 typus,& norma,non modo patri(vt ait Apoſtolus ad Philip. 2.) † factus eſt obediens vſque ad mortem:verum etiam, & adoptiuo paren
55 ti paruit,vt teſtatur D.Luc.Euang.c.2.in fine,dicens: † Et erat ſubditus illis:Inſcijs tamen parentibus, abſque eorum licentia in templo remanſit, à quibus cum interrogaretur,cur ſic eos dereliquiſſet?Reſpondit,an neſcitis,quia in ijs, quę patris mei ſunt oportet me eſſe? vt habetur Luc.c.2.Ex quo docto.omnes adnotarunt, † paternam li-
56 centiam in agendis,quę ad Dei ſeruitium ſpectant requirendam nõ eſſe.Sed poſt Dei obſequium peractum illis obediendum eſſe, prout ex dicto Euangeliſtæ loco ſatis apertè colligitur.

II Ex eo confirmatur,quia Dominus noſter Mat.8. & Luc.9. Diſcipulum repræhendit,qui paternæ ſepulturæ intuitu,nolebat eum ſtatim ſequi.

III Ex dictis Domini noſtri relatis à D. Luc. capitu. 14. *Si quis venit ad me,& non odit patrem ſuum,& matrem,& vxorem, & filios,& fratres, & ſorores, adhuc autem, & animam ſuã non poteſt meus eſſe diſcipulus;* intelligitur.n.de parentibus,quos aduerſarios in via Dei patimur .

IIII Ex eo, quod dicitur Matthæ. 10. *qui curat patrem, aut matrem pluſquam me non eſt me dignus.*

V Authoritate Matthæ. 4. dum commendat Diuorum Iacobi, & Ioannis geſta, quod relictis retibus, & patre ſequuti ſunt Chriſtum .

VI Promiſſione,quam facit dominus.Matth.19. dicens Petro, eos, qui ipſum ſequuti eſſent,patremq; aut matrem,domum, fratres, aut ſorores, aut vxorem,aut filios, aut agros propter nomen ſuum reliquiſſent, centuplum fore accepturos, & vitamque ætærnam poſſeſſuros.

VII Authoritate Apoſtoli ad Heb.12. ſtatuentis magis obtemperãdum eſſe patri ſpirituum,vt viuamus,quam parentibus carnis.

VIII Ex dictis D.Ambro.in Luc.c.9.& 12.in tit.de ſpirituali intellectu eius,quod dominus dixit tom.5. qui ait neceſsitudini generis,diuinæ religionis pietatem anteferri.

IX Authoritate Hilarij.capitu.3. & 4. in Matth. qui colligit ex eo, quod dicitur in laudem Iacobi,& Ioannis, doceri nos Chriſtũ ſequuturos, & ſecularis vitæ ſolicitudine, & paternæ domus conſuetudine non teneri.

X Pulcherrima doctrina D.Hieron.in epiſt.1. ad Diodorum de laude vitæ ſolitariæ.tom.1. *licet* (inquit ipſe) *paruus ex collo pendeat nepos, licet ſparſo crine,& ſciſſis ueſtibus,ubera, quibus te nutriuit mater oſtendat,licet in limine pater iaceat, percalcatum perge patrem,percalcatam perge matrem,ſiccis oculis ad uexillum crucis euola, ſolum pietatis genus eſt in hac re eſſe crudelem.*

XI Id ſtatutũ eſt in Concilio Toletano in c.ſi in qualibet.20. q.2. in hæc verba *parentibus ſanè,filios ſuos religioni tradere,nõ amplius,quam uſq; ad 14.annum licentia potuit eſſe, poſtea uerò an cum uoluntate parentum,an ſi ſuæ deuotionis ſit ſolitarium uotũ, erit licitumfilijs religionis aſſumere cultum.*

XII Idem coadiuuatur ex eo,quod in Concilio Triburiẽſi deciſum eſt,& refertur in c.puella.20.q.2.vbi dicitur *ſi in fortiori ætate adoleſcentula,vel adoleſcens ſeruire Deo elegerit,non eſt poteſtas parentibus prohibendi,* quod repetitum eſt in c.cum virum, in fi.de regul.

XIII Idem Imperator ſtatuit in §. nullam, in authentica de ſanctiſs.Epiſcopis,quod repetitum eſt in l.Deo nobis.§.hoc etiam, infra de

de Epiſcopis,& Clericis.& in Can.non liceat. 19.q.3.quod parentum contradictione non obſtante ſit ingrediendum.

XIIII Ambroſius de S.Acholio.lib.7.ad Anyſium, inquit, *cum quæreretur in monaſterijs à parentibus,uel proximis dicebat: Qui ſunt fratres mei, aut quæ mater mea? non noui patrem,neque matrem,uel fratres meos,niſi qui audiunt uerbum Dei,& cuſtodiunt illud.*

XV Auguſtinus in Pſalm. 72. tomo octauo. *In ea* (inquit) *re ſola non debet patri filius obedire, ſi aliquid iuſſerit pater ipſius contra Dominum Deum ipſius, neque enim debet iraſci pater, quando ſic ei præponitur Deus.*

XVI Hiero.Mat.5.in explicatione eius dicti: quod ſi oculus dexter ſcandalizet te,erue eum,& proijce abs te, *in dextero* (inquit) *oculo,& dextera manu fratrum,& uxoris,& liberorum,atq; affinium, propinquorum monſtratur affectus, quod ſi ad contemplandam veram lucem nobis impedimento cernimus,truncare debemus iſtius modi portiones, ne dum volumus cæteros lucrifacere Chriſto, in æternum puniamur: vnde eo de ſacerdote magno dicitur, cuius anima Dei cultui dedicata eſt, ſuper patre, & matre, & filijs non polluetur, ideſt nullum affectum ſentiet, niſi eius, cuius cultui dedicatus eſt.*

XVII Bernardus epiſtola 104. *Et quid ego* (inquit) *ad hæc reſpondebo tibi? vt matrem deſeras? ſed inhumanum uidetur, ut cum ipſa maneas: ſed nec ipſi expedit,ut ſit filio cauſa perditionis, fortè ut & mundo ſimul militet,& Chriſto? ſed nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Mater tua vult contraria tuæ,ac per hoc,& ſuæ ipſius ſaluti. Elige ergo tu, è duobus quoduis, aut unius uidelicet ſatisfacere uoluntati,aut utriuſque ſaluti. Verum ſi multum eam diligis, deſere potius ipſam propter ipſam;ne ſi Chriſtum deſeras, ut maneas cum ipſa,propter te pereat & ipſa: alioquin male meruit de te,quæ te peperit,ſi propter te perit: Quomodo enim non perit, quæ ipſum, quem peperit peremit? & hæc dixerim, ut tuo aliquo modo carnali condeſcendam, conſulamq; affectui. Cæterum fidelis ſermo,& omni acceptione dignus,ut etſi impium eſt contemnere matrem,propter Chriſtum pijſſimum eſt:nam qui dicit honora patrem, & matrem,ipſe etiam dixit,qui amat patrẽ,aut matrem pluſquam me,non eſt me dignus .*

XVIII Idem Bernardus epiſtola 109.ad quoſdam adoleſcentes: *Vileſcit* (inquit) *gloria præſens, iuuentutis flos conculcatur, non reputatur generoſitas, ſapientia mundi ſtultitia iudicatur, non acquieſcitur carni, & ſanguini parentum, & charorum renuntiatur affectibus, fauores, & honores, & dignitates reputantur, vt ſtercora,vt Chriſtus lucrifiat,* quod latius explicat epiſt.110.proxima ſub ſequẽti ad parentes adoleſcẽtis.

Si filium (inquit) *vestrum Deus facit, & suum, quid vos perditis, aut ipse perdit? Fit de diuite ditior, de nobili generosior, clarior de illustri, & quod his omnibus maius est, Sanctus de peccatore: Oportet autem eum præparari regno, quod sibi paratum est ab origine mundi, atque huius rei gratia modicum tẽpus, quod viuere habet manere nobiscum, donec abrasa spurcitia vitæ secularis, ac terreno detersо puluere, cœlesti mansioni fiat idoneus. si diligitis eum gaudebitis vtique: quia vadit ad patrem, & talem patrem: Ipse quidem vadit ad Deũ: sed uos non perditis eum quin potiu: multos per eum acquiritis filios uobis. Quotquot sumus in clara valle, uel de clara valle ipsum in fratrem, uos in parentes suscipimus: At fortasse metuitis corpori eius uitæ asperitatem, quod nimirum tenerum esse nostis, ac delicatum? Cæterum de huiusmodi timore dicitur: ibi trepidauerunt timore, vbi non fuit timor. Confidite, consolamini. Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium, quousque de meis manibus excipiat eum pater misericordiarum, & Deus totius consolationis: Nolite ergo lugere, & nolite flere: quia Gaufridus uester festinat ad gaudium, non ad luctũ: Ego uerò illi pater, & ego mater, ego frater, & soror, ego faciam ei praua in directa, & aspera in uias planas. Ego ei omnia sic temperabo, & sic dispensabo, ut & spiritus proficiat, & corpus non deficiat. Deniq; seruiet domino in lætitia, & exultatione, & cantabit in uijs Domini: quoniam magna est gloria Domini.*

XIX Et denique id omnium optimè docuit, idem Bern. Epist. iij. Expsona Helię Monachi ad parentes in hęc verba *sola causa, qua non licet obedire parentibus, Deus est, ipse enim dicit, qui amat patrẽ, & matrem plusquam me, non est me dignus: Si me uerè, ut boni, ut pij parentes diligitis; si ueram, si fidelem erga filium pietatem habetis, quid me patri omnium Deo placere satagentem inquietatis, & ab eius seruitio, cui seruire regnare est: retrahere attentatis? verè nunc cognosco: quia inimici hominis domestici eius: in hoc uobis obedire non debeo, in hoc uos non cognosco parentes, sed hostes. Si diligeretis me, gauderetis utique: quia vado ad meum, atque uestrum, immo vniuersorum patrem. Alioquin quid mihi, & uobis? quid à uobis habeo, nisi peccatum, & miseriam? hoc solum, quod gesto corruptibile corpus, de uestro me habere fateor, & agnosco, non sufficit uobis, quod me in hanc seculi miseriam miseri, miserum induxistis, quod in peccato uestro, & peccatores peccatorum genuistis: quod in peccato natum, de peccato nutristis: nisi etiam inuidendo mihi misericordiam, quam consequutus sum ab eo, qui non vult mortem peccatoris, filium insuper gehennæ faciatis? O durum patrem, ò sæuam matrẽ, ò parentes crudeles, & impios, immo non parentes: sed peremptores, quorum dolor salus pignoris, quorum consolatio mors filij est, qui me malunt perire cũ eis, quam regnare sine eis, qui me rursus ad naufragium, unde tandem nudas*

euasi:

euasi: rursus ad ignem, unde uix semiustus exui: rursus ad latrones, à quibus semiuiuus relictus sum, sed miserante Samaritano, iam aliquantulum conualui, reuocare conantur: & militem Christi propè iam rapto cœlo triumphantem (quod non in me glorior, sed in eo, qui uicit mundum) ab ipso iam introitu gloriæ, tanquam canem ad uomitum, tanquam suem ad lutum, ad seculum reducere moliuntur: Mira abusio, domus ardet, ignis instat à tergo, & fugienti prohibetur egredi, euadenti suadetur regredi, & hæc ab ijs, qui in incendio positi sunt, & obstinatissima dementia, & dementissima obstinatione fugere periculum nolunt. Prob furor? si uos contemnitis mortem uestram, cur etiã appetitis meam; si inquam, negligitis salutem uestram, quid iuuat etiam persequi meam? quare uos non potius sequimini me fugientem, ut non ardeatis? an hoc est uestri cruciatus leuamen, si me etiam perimatis? & hoc solum timetis, ne soli pereatis? Ardens ardentibus, quod solatium præstare poterit? Quæ (inquam) consolatio damnatis socios habere suæ damnationis? (& paulo post) quid ergo? ibo, & consolabor lugentem matrem meam, mei ad tempus uisitatione, ut in æternum lugeam, & me, & ipsam sine consolatione? Ibo (inquam) & satisfaciam patri meo irascenti pro mei ad tempus absentia, consolandus, & ipse ad tempus de eius præsentia, ut postmodum, & quisque pro se, & utrique pro alterutro inconsolabili desolemur tristitia? En potius exemplo Apostoli non acquiescens carni, & sanguini, uocemaudiam domini iubentis: dimitte mortuos sepelire mortuos suos: & cantabo cum Dauid renuit cõsolari anima mea. Et cum Hieremia diem hominis non concupiui, Domine tu scis. hæc & plura alia in eodem loco.

Huius autem decisionis rationes varię afferuntur, quarum prima,
57 & communis est † quod religionis ingressu filius mutat statum, sicut
58 deportatione † ex qua soluitur patria potestas. §. relegati, instit. quibus modis ius patr. potest. soluitur, ac habetur pro mortuo in l. Deo nobis, infra de Episcop. & Cler, & tandem quia in alterius transit potestatem, & altiorem, vt inquit Bald. in l. sacrosanctę, infra de Episcopis, & Clericis. Quibus rationibus id affirmarunt glo. Archid. Ægid. Bellam. in c. 1. 20. quæst. 2. Archid. in c. non dicatis. 12. quæst. 1. glo. & Bald. in l. si ex causa. §. Pomponius. ff. de minor. Idem Bald. in l. 2. infra de lib. exhiben. & in Authent. Idemq: infra de bon. quæ lib. in l. Deo
59 nobis, infra de Episcopis, & Clericis † quod solum verum intelligũt, quo ad ea, quæ filij respiciunt incommodum, secus quæ commoda, vt docent Feder. Senen. consi. 191. Paul. Cast. in l. sub conditione. ff. de liber. & posthum. Bar. in l. idem in potestate. nume. 6. ff. de his, qui sunt sui, uel alieni iuris. Ideoque suitatis iura non amittit d. l. Deo nobis. §. 1: Guliel. Cun. Iacob. Butrig. Odoff. & Bald. not. Bar. in l. si ex causa.

ff. de

ff.de minorib.Iacob.Butriga.& Bald. in authent.si qua mulier. infra eodem,Bald.& Angel.in l.nepotes.ff.de his,qui sunt sui, vel alieni iuris.Iason in l.patre furioso.num.47.eod.titu. Gulielm.Benedict. in c. Raynutius.verbo si absque liberis moreretur.lib.2.num.89.& 90. & Ant.Gomez.tom.1.variar.resol.c.3.de vulg.substit.nu.20.& alij,quorum meminit And.Tiraq.idem probans in nobilitate, & iure sanguinis tract.nobil.c.16.

60 Sed hæc ratio solum concludit filium à patrię potestatis vinculo facta professione liberari,nõ autem ideo posse profiteri: quia soluitur patria potestas:nam si hoc verum esset,cum tempore,quo vult profiteri,esset filius in patria potestate,posset à patre impediri, quod falsissimum esse probatum est: ideoq; statim ac religionem ingreditur, liberũ esse dicendũ est:non adeò tamen, vt si à religione exeat liber remaneat:sed sub illa religionis profitendi conditione, cuius respectu liber est.

61 Secunda ratio est,quam affert D.Th.2.2.q.189.ar.6.asserens.† post annos pubertatis,quemlibet ingenuum libertatem habere,quoad ea quæ ad sui status pertinent dispositionem,in ijs prę sertim,quæ diuini sunt obsequij,in quibus magis est obediendum patri spirituum,vt viuamus,quam parentibus carnis,quæ ratio verissima est:cum etenim religionem ingrediens Dei spiritu ducatur,& quę spiritu Dei agunt non sint sub lege,& nemo sit,qui spiritui sancto possit dignè resistere.c.duæ sunt.29.q.2.c.licet,de regul.consequens ergo est, vt paterna potestas nihil possit obstare.

62 Tertia est ratio † nam patria potestas publici iuris,hoc est ciuilis, est,vt latissimè probauit Arias Pin.in rub.de bo.mat.in 2.par.in prin. cum ingrediens priuata lege ducatur.i.diuina, quæ dignior est publica.d.c.duæ sunt,& d.c.licet,meritò igitur præfertur.

63 Quartò sicut potest filiusfamilias absq; patris consensu matrimoniũ contrahere,ex magis recepta sententia, cuius meminerunt Dec. & Cagn.in l.nuptias.de reg.iu.Paris.consi.29.nu.2.lib.3.Io.Lup. in c. per vestras,de don.inter vir.& vxo.§.11.& plur.seq.quod hodie à Tridentino Concilio est determinatum,sess.24.c.1. de reform.matrimonij:multò id fortius in matrimonio spirituali admittendum est,præ-
64 sertim cum eadem, quæ in carnali est vigeat ratio, † in quo illa affertur,quod matrimonium liberæ voluntatis est: cum perpetuæ seruituti homo ligetur,ideoq; & si patri filius subditus esse debeat, non tamen ita vt seruus,& mancipium,quod esset si ad patris voluntatem vxorem ducere cogeretur,vt tradunt Dom.Sot.in 4.sen. dist.28.ar.1.

in

in fine.Petrus Sotus in comment.de institutione sacerdotum,lib. de sacram.matr.lect.4.quod sequitur Iac.Men.cons.69.nu.22.quæ ratio in professione fortius militat,in qua tanquam spirituali patria potestas non est attendenda.c.fin.de iud.lib.6.

Hæc autem conclusio,qua filiũ legitima adueniente ætate sine pa-
65 tris consensu,religionem ingredi posse affirmauimus, † nõ procedit, cum pater absq; filij obsequio viuere nullo modo posset, neq; alijs sibi commodè subueniri,quod videtur sensisse Apostolus.1.ad Tim.5. dicens.Si quis suorum curam non habet,fidem negauit,& est infideli deterior: idq; etiam docet D.Chrysosto.Matth.8.tom.2. illum explicans locum,in quo dominus discipulum repræhendit, qui statim paternæ sepulturæ intuitu ipsum sequi renuit cum essent alij, per quos impleri illud opus poterat, & egregiè de more ostendit D.Tho. in 4. sen.dist.38.q.2.ar.4.ad secundum.2.2.q.101.ar.4.ad quartũ.& q.189. ar.6.quodlib.3.ar.16.quodlib.10.ar.9.& Matth.15.Card. à Tur.Cre. post Nicol.de Lyra,& Henri.de Gandauo,in c.1.nu.6.30.dist.Ioan.de Friburgo,in sum.Confes.tit.28.de transitu cleri.l.3.q.12. Idq; colligitur ex cap.1.30.dist.*Si qui filij* (inquit concilium) *parentes,maximè fideles deseruerint occasione Dei cultus,hoc iustum esse iudicantes, & non potius debitum honorem parentibus reddiderint,vt hoc ipsum in ijs venerentur,quod fideles sunt,Anathema sint.* Confirmatur etiam ratione Henri.Gandauij,quodlibet.6.nam cum minor obligatio possit differri, & postponi propter maiorẽ,& minor obligatio sit qua homo voluntariè obligatur voto, ad ea, quæ sunt consilij, quam ad ea quæ sunt præcepti, quibus obligatur naturaliter Deo, cum in prima cadat dispensatio, in secunda verò non,sequitur vt magis teneatur subuenire parentibus in necessitate,quibus tenetur diuino præcepto. Honora patrem, & matrem,quam ingredi religionem,quod est consilij.

66 Eadem ratione quæcunque de filio diximus, sunt in patre etiã constituenda, qui religionem ingredi non potest,& filios deserere, vt statuit Gangrense Concilium,in c.si quis reliquerit. 30. distinct. in hæc verba, *Si quis reliquerit proprios filios, & non eos aluerit, & quod pietatis est,necessaria non præbuerit,sed sub occasione continentiæ negligendos putauerit,Anathema sit:* Idque docent D.Thom.2.2.quæstion.189.articu.6. & Cardinal.à Tur.Crem.in capitu.1.num.2. & in d.c.si quis reliquerit.3.distinct.

67 Quæ conclusio admittenda est non solum in necessitate maxima: sed etiam mediocri,vt cum non posset viuere absque notabili iactura,& detrimento sui status,& conditionis, & oporteret eum mendi-

care,

UNIVERSITARIA GRANADA

care,vel alijs ſeruire,cum maxima indecentia,vt ex D.Thom. deducit Angel.Clauas.in ſumm.verbo religioſus, numer.11. Idem etiam
68 dicendum eſt † in eo qui prius uouit ingreſſum : poteſt enim abſque periculo ſalutis votum dimittere,etiam ante neceſsitatem emiſſum, cum illicita ſit redditio,& perſonæ mutata conditio ex ſuperuenien te neceſsitate,vt poſt Ioann. de Neapol. explicat Silueſt. verbo religio 2. §. 7.

69 Aliter verò dicendum eſt in eo.qui profeſsionẽ iam fecit, eo enim caſu, tanquam mortuus mundo, paternæ ſubſtentationis occaſione, ſecularibus negocijs iterum ſe implicare non tenetur, & clauſtrum exire,in quo Chriſto conſepellitur,cum ſit abſque propria culpa impotens factus ad debitum parentibus reddendum,propriam à ſe voluntatem abdicando,omniaq; Prælati obedientiæ ſubmittendo : cum etenim ex profeſsione Deo ſit conſecratus, contra votum emiſſum venire non debet ob parentum neceſsitatem . His rationibus accedit, quod ſicut quando filius inuitis parentibus matrimonium contraxit: vel ad ſacros ordines promotus eſt, nõ tenetur pro patre, aut vſum armorum ſubire,aut cum eo permanere: cum ſint arma ſacerdotibus interdicta:nec maritus ab vxore recedere poſsit, multò fortius religioſus profeſsione à ſubuentione parentum liberabitur. Idem etiam quia cum maiori vinculo ſit obligatus prælato,quam patri,potius prẽlato, quam patri omnem obedientiam prẽſtare tenetur,cum præceptum,quo tenemur vota ſeruare ſit primę tabulæ, Illud verò,quo tenemur parentibus obedire,ſecundę. Item cum primũ ſit negatiuum,fortius obligat, quam ſecundum quod vt affirmatiuũ obligat ſuo loco,& tempore. Et denique cum primo obligemur prẽceptis ſpiritualis patris,cui magis tenemur, ſecundo verò carnalis, ſequitur vt non poſsit à religione recedere: Quibus rationibus moti id expreſsè docuerunt D.Thom.2.2.q.101.art.4.quodlibet.3. art.16. quodlib.10.art.9.Alex.de Hal.in 3.par.ſuæ ſum. de quarto præcepto. q.4.num.2.Nico.de Lyra.Matth.15.Card.à Tur.Crem.in c.1. num.4. ad ſecundum.30.diſtinct.Angel.in ſum.verbo religioſus.nu.32.Silue. uerbo religio 6.q.9.Nauar.c.14.num.14.quod ante omnes docuit magnus Baſilius adductus à Franciſco Turriano. lib. 2. de vot. Monaſt. fol.12.aſſerens authoritatem D.Pauli.1.ad Timo. 5. ſuperius adductam,non habere locum in iam profeſsis, qui ſunt mortui mundo, quidquid contra ſenſerint Io.Maior.in 4.ſen.diſt.38.ar.16. Henri. de Gandauo,quodlib.9.q.18.

70 Hæc autem deciſio in pluribus caſibus reſtringitur : † & primo cũ pater

pater in extrema eſt neceſsitate, in qua à filio tantum ſibi ſubueniri poteſt: eo enim caſu petita,licet non obtenta prælati licentia, patri ſubuenire tenetur,vt docet Caiet.2.2.q.101. ar.4. & Nauar.c.14.nu. 14.qui opiniones ſuperius relatas ita conciliat.

71 Secundò non procedit cum parentes ſunt in neceſsitate conſtituti,tempore,quo filius ingreditur,tunc enim tenetur egredi, ſi poteſt neceſsitati ſubuenire,vt colligitur ex dictis Nic.de Lyr. & Io.Maior. d.locis.Probat Ang.verbo religioſus nu.32.& Nauar. d.loco.

72 Tertio & vltimo non procedit quoad ea, quę poteſt facere ſalua ſui prælati obedientia,& ſuæ religionis ſtatu: hoc enim caſu tenetur pium ſtudium adhibere,vt parentibus ſubueniatur, aut per ſe, aut
73 per alium. † Item tenetur pro eis orare,auxilium,& reuerentiã exhibere,prout decet religioſum,vt fatentur D.Thomas, & alij ſuperius relati doctores.

SVMMARIVM EX CAP. VII.

1 *Seruus religionem ingredi non poteſt.*
2 *Dominus intra triennium reuocare poteſt ſeruum.*
3 *Quod tempus à die ſcientię computatur.*
4 *Dominus elapſo triennio ipſo iure dominio priuatur.*
5 *Seruus clericus effectus,reuocatur à domino infra annum.*
6 *Ratio differentiæ inter reuocationem ſerui,Monaci,& Clerici.*
7 *Seruus ad profeſſionem admiſſus ante triennium remanet Monachus,& pretiũ Monaſterium ſoluit domino,quando bona fide profeſſus eſt.*
8 *Seruus profeſsionem admiſſus falſis probationibus ante triennium domino reſtituitur; ſed priuilegium retinet clericale.*
9 *Seruus vouere non poteſt,ſi domini ſeruitium retardatur.*
10 *Seruus obligatur uoto, per quod ſeruitium domini non impeditur.*
11 *Quæcunque dicta ſunt de filio, extenduntur ad ſeruum.*
12 *Seruus ab ordinibus repellitur.*

CAPVT SEPTIMVM.

1 PARI etiã ratione nec ſeruus, vt dño perpetuo ſubiectus,vllo vnquam tempore, inuito domino religionẽ ingredi poterit.c.2.& toto titu.de ſer.non ordin.cap.ſi quis.17.q.2.& c.ſi ſeruus.54.diſtinctio. §. ſancimus.in authen.de mona.& in §.ſi quis autem, in auth.de ſanctiſs.

ctiſs. epiſcopis.l.6.titul.7. par.1.idque tradiderunt D.Tho. 2.2. q.88. art.8.verſi.ad ſecundum.Pet.Bellaper. colum.1. Bar.nume.24.& Dec. q.3.in hac authen.Cardin.à Tur.Crem.& Bellam.in c.ſi quis. 17.q.2. Ioan.de Friburgo,in ſum.Confeſ.lib.1.titu.8.q.64.Alber.in dict.verb. religio.2.verſ.an adultus.Angel.verbo religioſus.num.5.Silueſt. verbo religio.2.quæſt.3.ſum.Armil. verbo religio. nu.5. † Ideoque intra
2 triennium etiam ſi ingrediatur, poteſtas domino eſt reuocandi. d.§. ſancimus.authen.de mon.& §.ſi quis autem,de ſanct.epiſcopis,& d.c. ſi quis.17.quęſt.2.

3 Quod tempus à die ſcientię computandum eſt, ex ſententia glo.c. ſi quis.17.q.2.glo. Archid. Geminia. & Præpoſi. in cap. ſi ſeruus. 54. diſtinct.Hoſtien.in ſum.de regular.§.vel reuocari. Innocen.Hoſtien. Ioan.And.Anton.Ioan.Anan.& Abba.in cap.2.de ſer.non ord.Alberic. in dictio.verb.religio.2.ver.an adultus.Ioan.de Fribur. in ſum.Confeſ.dicto lib.1.titu.8.quæſt.64.quorum ſententia,ea ratione confirma
4 ri poteſt: † nam cum dominus elapſo triennio ipſo iure dominio ſer ui priuetur,vt colligitur ex d.§.ſancimus,& §.ſi quis autem, & cap.ſi quis.hoc tempus ignoranti non debet currere,vt tradunt glo.Archidiacon.Ioan.And.Geminia.& Philip.Fran.in c.quam ſit.§.electus, de electio.lib.6.quos ſequitur Tiraquel.in tractat.retract.proximitatis. §.35.glo.4.verſi.ignorans.num.21.Eſt & alia ratio, quod cum dominus ex propria negligentia priuetur, non currit tempus ignoranti, in quo non cadit negligentia,glo.& alij, in clem.1.de conceſ.præben. atque ita arguit Geminian.in c.ſi ſeruus.54.diſtinct. quod ſi longius diſtet dominus,longius tempus triennio eſt illi indulgendum: Can.ſi quis incognitus.17.q.2.not.Hoſtien.num.7.& Ioan.Andr.nume.18.in
5 c.2.de ſer.non ord. † quod ſecus eſt in ſeruo clerico effecto: hoc nãq; vnius anni ſpatio priuatur,vt dicitur expreſsè, in c.ſi ſeruus ſciente.
6 54.diſt. † ratio autem cur maius tẽpus detur ad repetendum ſeruum monachum,quam clericum,ea affertur ab Innocent.& alijs ſuperius adductis: quod monachus lateat, clericus verò ſit omnibus manifeſtus,quæ tamen nunquam nobis ſatisfecit: nam cum ex eorum ſententia à tempore ſcientię,tam in monacho, quàm in clerico tempus computandum ſit,nihil intereſt lateat nec ne,qui reuocandus eſt, niſi intelligas,vt intelligi neceſſe eſt, quod licet ſciat dominus ſeruum iam ingreſſum eſſe, ignorat tamen quo in monaſterio, vel loco latitet,ad hoc vt repetere poſsit,qui locus difficilius in monacho latente inueſtigari poteſt.

7 Quod ſi ante triennium ad profeſsionem admiſſus ſit, remanebit quidem

quidem in monaſterio,dummodo monaſterium ſerui prętium domi
8 no reddat,idque verum eſt,cum bona fide eſt receptus, † Secùs verò ſi falſis profitentis, aut teſtium aſſertionibus: eo enim caſu, vt indignus habitu eijciendus eſt à monaſterio, ac domino reſtituendus. l.6.titu.7.par.1.docent Cardin.Tur.Crem.& Ægid.Bellam. in Can. ſi quis.17.q.2.Ioan.de Friburgo.in ſum.Confeſ.lib.1.titu.8. q.65. Silue. verbo religio.2.q.3.Retinet tamẽ adhuc priuilegium clericale quoad Can.ſi quis ſuadente,& forum,vt docent Inn.Hoſt. & Io. And. in c. 2.de ſer.non ord.qui tamen iuſtius eſſe afferunt eos deponere, & depoſitos dominis reſtituere.

9 Nec ſolum ab ingreſſu ſeruus repellitur, verum etiam & ab omni voto,ex quo domini ſeruitium retardatur, vt nos docuerunt Innoc. Hoſt.Io.And.Henr.Boich.Ant.Io.Ana.& Abb. in c.ſcripturæ, de voto, Ægid.Bellam.in Can.ſi quis.17.q.2.Ioann. de Friburgo.lib.1.titul.8. quæſt.64.& 67.Angel.Clauas.verbo votum. 2. numero 7. Silueſt.verbo votum.3.quæſt.7.& Gregor.Lopez,in l.3.titulo 8.par.prima, verbo *ſieruo*.

10 Quod ſi nullum ex voto ſuo domino præiudicium naſcatur, orationis puta,vel caſtitatis,tenetur ſeruus ſatisfacere,Magiſter ſententiarum,in 4.diſtinct.38.D.Thom.2.2.quæſt.88. artic.8. ad ſecundum. Ioan.de Friburgo.d.q.64.Cardinal.Tur.Crem.in c.1. nume.8.17. q.1. Angel.Silueſt.Gregor.Lopez,locis adductis, & generaliter, ne plura
11 ſuperflua repetamus, † quæcunque in filio ſuperius diximus, multò fortius in ſeruo locum habent, qui fortiori nempè perpetuo vinculo obligatus eſt,vt inquit Henric.Boich. in capitul.ſcripturæ. numer.9. de voto.

Eadem ratione ab ordinibus repellitur d.Can.ſi ſeruus. 54.diſtin.
12 d.Can.ſi ſeruus ſciente.12.quæſt.2. & toto titu. de ſeruis non ord.qua in re videndi ſunt latè diſtinguentes D. Thom. in tertia parte ſuæ ſummæ,in addition.quæſt.39.articul.3. & ſcribentes omnes in cap.1. de ſer.non ordin.

SVMMARIVM EX CAP. VIII.

1 *OBligatus ad ratiocinia publica,non redditis rationibus, religionem ingredi prohibetur.*

2 *Tutores:& curatores,& teſtamentorum exequutores religionem ingredi non poſſunt etiam finito officio:dummodo ſit eis mota quæſtio.*

3 *Vel quando publicè conſtat eos dolo teneri,tũc enim iudex ex officio inquiret.*

4 *Ecclesia conuenitur pro debito huiusmodi ingressi, si habeat unde soluat.*
5 *Ingressum impedire possunt omnes de Ecclesia, si sint administratores pupillorum, vel absentium, alias si præsentium tantum admittantur, illi quorum rationes administratæ sunt.*
6 *Iudex reijcit oppositiones istorum si de dolo, & fraude constat.*
7 *Si dubitetur, iudex præfigit terminum ad opponendum.*
8 *Impugnantes ingressum huiusmodi obligatorum ad ratiocinia non admittantur, si ingrediens fideiussorem præstat.*
9 *Item non admittuntur cum de culpa tantum conueniuntur.*
10 *Vel quando officium religiosis conueniens exercuit.*
11 *Obligatus iuramento ad aliquod munus, aut officium perpetuum religionem ingredi non potest.*
12 *Obligatus iuramento ad aliquod factum temporale religionem potest ingredi.*
13 *Neque tenetur adimplere prius factum, & deinde ingredi.*
14 *Ingrediens in dubio bono zelo præsumitur.*
15 *Obligatus alicui facto temporali, tenetur explere in monasterio iuxta regularem obseruantiam.*
16 *Obligatus alicui debito, tenetur satisfacere ante ingressum, & si non habeat unde posit, bonis cædere.*
17 *Hæres institutus ante aditam hæreditatem paternam potest ingredi.*
18 *Non tamen potest, si ille se immiscuit, & eam repudiare, quam dubitat alieno ære infectam, & successores debita non soluturos scit, aut dubitat.*
19 *Ingrediens monasterium post delictum commissum, si profitcatur non potest inde reuocari, ut puniatur.*
20 *Nec etiam si non est professus, sed religionem antea vouit, deinde ingreditur.*
21 *Hodie tamen delinquentium professio nulla est ex Sixti Quinti Pontif. Max. præcepto.*

CAPVT OCTAVVM.

OBLIGATVS quoque alteri, cum sit quasi seruus creditoris l. 3. infra de nouat. non secus, ac seruus, non videtur posse religionem ingredi, quod vt liqueat expressius plures casus distinguendi sunt.

1 Primus casus est in obligatis ad ratiocinia publica, vt in administratoribus rerum publicarum, qui non reddita rationibus religionem ingredi prohibentur. l. officiales, & au-

authen. sequen. infra de episcop. & cler. c. legem. 53. dist. c. aliquantos, c. præterea. 51. dist. D. Tho. 2. 2. q. 189. ar. 6. in 3. arg. Archid. Cardina. à Tur. Crem. Gem. & Prepos. in d. c. pręterea. 51. dist. Host. & alij in c. 1. de oblig. ad ratio. non ord.

2 Secundus casus in obligatis ad ratiocinia priuatorum, quales sũt negotiorum gestores, tutores, curatores, exequutores testamentorum, & generaliter omnes, qui administrationis rationem reddere tenentur, qui etiam dimisso officio, vel finito, religionem ingredi nõ possunt, quotiescunque est eis mota quæstio, vel in ipso mouetur ingressu, quod dolosè, & fraudolenter in officio se gesserint, vt docent glo. Innocent. numero 4. Hostiens. numero 6. Anton. numero 8. Aegid. Bellam. nume. 1. tertia oppositon. & Abba. nume. 3. cap. 1. de oblig. ad ratio. non ordin.

3 Idem etiam dicendum est cum publicè constat eum de dolo teneri: iudex enim eo casu ex officio inquiret, vt not. Anton. Aegid. Bellamer. & Abba. locis citatis, † quod si huiusmodi administrator ad professionem est admissus monasterium conuenitur, sicut Ecclesia secularis, si habet vnde soluat, & fecit communicato consilio, vt nota. Anton. numero 15. & Abba. numero 8. in cap. 1. de obliga. ad ratiocin. non ord.

5 Ad opponendum autem admittuntur ne in religione recipiantur omnes de Ecclesia, si administratores sunt pupillorum, aut absentiũ, si verò præsentium, nemo admittitur, præter eos, quorum rationis administratæ sunt ex senten. Inno. Ant. num. 18. Aegid. Bellam. num. 3. & sequen. Petr. Ancharan. & Ioan. And. nu. 3. in d. c. 1. de obliga. ad ratiocin. non ordin.

6 Quorum oppositionem iudex reijcere debet: cum dolosè in fraudem ingressi, quæstionem motam esse constat, vt à recto proposito impediretur, idque facile colligi potest, inspecta qualitate admittendi, & opponentium, vt Hostien. docet in sum. de oblig. ad ratioci. §. qui obligatus, in d. c. 1. nu. 6. eod. tit.

7 Quod si dubitetur, iudex opponentibus debet terminum præfigere, quo elapso, eos amplius non admittet Hostien. num. 6. & Ant. nu. 8. in d. cap. 1.

8 Ædem oppositiones non admittuntur cum fideiussores idoneos quis præstat, si credimus Ant. nu. 16. & Io. Anan. nu. 3. in eodem cap. 1. de oblig. ad ratiocin. non ord.

9 Nec etiã debet iudex aliquorum oppositiones admittere cum de culpa tantum conueniuntur: nam siue eo casu absoluatur, siue con-

dem-

demnetur,nullum præiudicium generatur:nam ſi condemnabitur cedet bonis ſi credimus Innoc.Anton.Ægid.Bellam.& Abba. locis ſuperius adductis,in d.c.1.Hoſt.in ſum.de oblig.ad ratiocin.§.ſi quis obligatus,& Io.de Fribur.in ſum.Conſ.lib.3.tit.16.q.4.

10 Idem quoque dicendum eſt cum aliquod officium religioſis conueniens quis exercet,nec illud deponit, vt docuerunt additio. ad Iacob.Butr.in l.officiales.infra.de epiſcop.& cler.glo. Inno. Anto.nu.6. Ægid.Bellam.nu.1.& Ioan.Ana.in princ. in c.1. de oblig. ad ratiocin. non ordi. vt cum gerit adminiſtrationem perſonæ eccleſiaſticæ etiã ceſſet ratio mutationis fori,vt tradunt Innocen.Hoſtien.& Anan.eodem in loco.

Et licet Gulielm.Naſo.diſtinctionem hanc inter publica,& priuata ratiocinia,vt prolixam reiecerit, communiter tamen contrarium receptum eſt ab Innocent.Hoſtien.Ioann.Andr. Bellamer. & Abba. in dicto cap.1.

11 Tertius caſus eſt in obligato iuramento ad aliquod munus,aut officium perpetuum adminiſtrandum,qui religionem ingredi nunquã poteſt.c.legem,vbi Archidiacon.Geminian.& Præpoſi.notant 53.diſ. ijdem Archidiacon.Geminian.& Præpoſi.in cap.præterea. 51. diſtin. Hoſtien.Ioan.Andr.Henric.Boich.& Bellam.in c.1.de oblig.ad ratiocin.non ordin.

12 Quartus caſus eſt, cum quis obligatus eſt iuramento ad aliquod factum temporale,vt librũ ſcribere, vel aliquod ſimile, aut aliquod officium,puta conſulis,in quo generaliter concludendum eſt,iuramẽto non obſtante poſſe ingredi, quod in melius commutatur ex diſpoſitione cap.peruenit,de iureiuran.ſiue obtinuerit remiſſionem à iuramento, vel non,& ſiue illud factum poteſt expedire poſt ingreſſũ, ſiue non,quod concludunt,licet poſt longam diſtinctionem Innocen. num.1.Hoſtien.num.5.Ioan.And.num.22.Anton.num.16.Ægid.Bella. num.6.Abb.num.8.in c.1.de oblig.ad ratiocin. non ordin. Archidiac. Car.à Tur.Cre.ad tertium.Gem.& Præp.in c.prẽterea, 51.diſt.Idem Card.à Tur.Crem.in c.legem.53.diſtinct.Specul.titu. de ſtatu monachor.quæſt. 28.num.34.Ioan.de Friburgo,in ſumm.Confeſ.titulo 16. lib 3.quæſt.5.Alberic.in dictio.verbo religio.2. verſicu. an obligatus ad ratiocinia Angel. verbo ratiocinia nume. 3. & verbo religioſus. numero 10.

13 Neque eſt hoc caſu ita ſimpliciter id admittendum, quod Hoſtien. quem cæteri receperunt conſultius arbitratur, aſſerens obligatum debere prius factum adimplere,ac deinde ingredi, vt conſuluit ſum. Pon-

Pontifex,in cap.commiſſum,de ſponſal.periculoſum namquè eſt huiuſmodi conſilium,nec ſequendum: cũ periculo ſe exponat,quod non eſt laudabile,vt optimè tradit Silueſt.verbo religio.2.q.5. nec obſtat cap.commiſſum,de ſponſal.locum enim habet in eo, qui religionem ſtatim ingredi nolebat,ſed illam deſiderabat: nam aliter conſuluiſſet in eo caſu ſummus Pontifex, ſi ille, qui ingredi volebat,ſe ſtatim ingreſſurum dixiſſet,vt intelligunt in eo.cap.Innocent. Hoſtien.Ioan. And.& alij.

Id tamen intelligendum eſt,vt bono zelo, & Spiritus ſancti ductu ingrediatur,ſecus ſi dolo laboris euitandi cauſa,vt Innocen.Hoſtien.
14 & alij ſuperius relati,in d.c.1. † in dubio autem bono zelo ingreſſus
15 præſumitur ex ſen.Ant.But.in d.c.1.nu.16. † Hoc tamen caſu ſi regulari ſalua obſeruantia opus in monaſterio põt explere ad illud tenetur,ex dictis Innocen.& aliorum in d.c.1.glo.Archidiacon. Gemin.& Prepoſi.in d.c.præterea.51.diſtinct.glo.Archidiacon. & Geminian.in Can.legem.53.diſtinct.licet contrarium poſt Pet.de Palud.& Ioan.de Friburgo,teneat Silueſt.uerbo religio.2. quæſt.4. dummodo ſcandalum non ſuccedat,quibus omnibus caſibus dicendum eſt teneri eum ad intereſſe in quantum facere poteſt ex ſentent. Palud. & Silue. in dicto loco.

16 Quintus caſus eſt in obligato ad aliquod debitum ex cauſa mutui, vel ſimili, qui ſi facultatem habeat ſoluendi, non poteſt hoc licitè ante ingreſſum prętermittere,ſi verò creditoribus ſatisfaciendi nõ ſit ſibi copia,tenetur facere quod poteſt,& bonis cedendo liber erit ad religionem ingreſſus, nec tenetur in ſeculo remanere, vt procuret vnde reddat.D.Thom.2.2.q.189.ar.6.ad tertium,& ar.7. in 1.argum. Hoſt.nu.5.Ioan.And.nu.8.& Bellam.num.6.in c.1.de obliga.ad ratiocin.Archidiacon.in Can.præterea.51.diſt.Ioan. de Friburgo, in ſum. Conſ.lib.3.tit.16.q.4.

17 Sextus caſus in eo conſiderari poteſt,qui hæreditatem à patre, vel alio ſibi obuenientem alieno ære affectam eſſe dubitat, nam ſi eam repudiet abſque dubio tutus eſt,prout docet Hoſtien. in ſum. de oblig. ad ratiocin.§.vltimo,& Angel.Clauas.in ſum.verbo ratiocinia. num.
18 3. † Si autem paternæ hæreditati ſe immiſcuit, nõ poteſt eam à ſe abdicare,& profiteri,quando eos,ad quos hæreditas,aut ex ſucceſſione, aut ex propria renuntiatione peruentura eſt non ſoluturos aliena certò ſcit,aut probabiliter dubitat, his etenim caſibus nouitius prouidere tenetur,vt abſque dubio reſtitutio futura credatur, ſi verò cõſanguinei,ad quos ea bona peruentura ſunt,tales ſint,à quibus reſti-

tutio

tutio facienda abſque dubio ſperatur manifeſtando propinquis dubi
tationem,quam habet,& vnde proueniat,poterit profiteri, vt diſtin-
guit Caietan.tomo 2.ſacrament.tract.11.de voto non nuben.q.2.

19 Septimus caſus eſt,an poſt delictum commiſſum, religionē ingre-
di quis valeat,vel inde reuocari poſſit? Qui caſus nullam habet dif-
ficultatem,cum delinquens profeſſus eſt: fortius enim eximitur mo-
nachus profeſſione à foro ſeculari,quā clericus ordine, vt tradūt Io.
And.in c.1.num.20.de oblig. ad ratiocin. à quo non diſſentiunt eo in
loco Aegid.Bellam.num.8.verſ.ſexta opin.& Anton.nume.13. niſi ta-
men ſit profeſſus in carceribus,vt tradunt Ioan. And. & Aegid. Bella.
20 dicto loco † ſi verò adhuc profeſſus non eſt, ſed religionem prius vo-
uit,poſtque votum ingreſſus eſt,non poterit à ſeculari iudice puniri:
ex ſenten.Bald.in l.1.infra an ſeruu.ex ſuo Fact. Ioan.Anan. in cap.1.
num.7.de oblig.ad ratiocin.Iaſon.in l.cum quædam puella. nume.11.
de iuriſdict.omn.iud.& Gherardus de Petra ſancta ſingul.51.contra-
rium tamen defendunt,Dida.Couarr.lib.pract.quæſt.cap.32. num.4.
in fin. & Emanuel Suarez,in Theſau.recept.ſen.ver.religionis initia-
ti.nu.35.

21 At hodie peſſimorum huiuſmodi hominū calliditatibus, qui poſt
amicorum,& ſua bona dilapidata,ſanguinem effuſum humanū,alia-
que plurima ſcelera perpetrata, non ſpiritu Dei ducti, ſed pœnarum
euitandarum gratia religiones ingrediebantur,prudentiſſimè, ac iu
ſtiſſimè eſt à ſanctiſſimo,ac zelantiſſimo Chriſti Vicario Sixto Quin
to obuiatum, qui maiorem decimum ſextum annorum ad religio-
nes recipi,abſque capituli generalis, vel prouincialis decreto, dili-
gentiſſima pręuia informatione prohibuit, & iſtorum ſi aliqui rece-
pti fuerint,ingreſſum,& profeſſionem irritam declarauit, cuius ædi
cti verba hic ad literam tranſcribere volui.

Inter alia in eo diplomate contenta, quod emanauit. 13. Calend.
Decemb.anni 1587.hoc extat Capitulum.

Cæterum (inquit ſum. Pont.) *quoniam ſæpe ſeuitia ingerunt, & ſe eſſe
virtutes mentiuntur,ac multi decoctores poſt dilapidatam rem familiarem, &
contractam ingentem vim æris alieni, aut interuerſam alienam pecuniam eo-
rum fidei creditam,vt ratiocinia effugiant:alij poſt furta, latrocinia, rapinas,
homicidia,aliave facinora patrata,etiam banniti,aut damnati, ſeu qui meritas
pro ſuis delictis pœnas metuunt,non pia intentione,ſed ad euitandam legum, &
iudiciorum ſeueritatem; quia tuto in ſeculo viuere non poſſunt, tunc demum
quærunt à religione auxilium,quando aliunde aliud non ſperant,vnde ſub habi-
tu,& nomine religioſorum, animum religioni inimicum, & inueterata vitia
retinent*

*retinent,neque alios,qui ſancta vocatione vocati ſunt,patiuntur tranquillè di-
uinis obſequijs inſiſtere, in grauem Dei offenſam,religionis opprobrium, & ſcā
dalum plurimorum,vt ijs quoque ſubterfugij, & impunitatis ſpes omnis tolla-
tur,authoritate Apoſtolica, & tenore præſentium,etiam perpetuò ſtatuimus,
& ordinamus, iuuenes,aut uiros adultos, maiores ſexdecim annis, non aliter
in aliquam religionem recipi poſſe,nec debere, niſi prius de eorum parentibus,
patria,deq; anteacta vita, & moribus diligenter inquiratur, & ex accurata,
informatione,& fide digna relatione compertum,& exploratum ſit,eos neque
aliquorum criminum,qualia ſunt homicidia, furta, latrocinia, vel alia ſimilia,
aut grauiora,reos vel ſuſpectos exiſtere,vt propterea damnati ſint, aut ne dam
nentur formident,neque ingenti ære alieno ſupra vires facultatum ſuarum gra
uatos,vel reddendis ratiocinijs ita obnoxios,vt ex huiuſmodi cauſis lis,vel mo-
leſtia eis iam illata, vel timendum ſit ne inferatur: niſi denique conſtet ipſos nō
humana aliqua ratione,ſed tantum deuotionis, & pietatis feruore vitam reli-
gioſam ſponte,& ex animo elegiſſe, deq; ijs omnibus in generali, vel prouin-
ciali Capitulo plena,& indubitata fide facta,tam ſuperioris generalis, ſeu pro-
uincialis,quàm diffinitorum conſenſu approbati,& ad habitum regularem ad-
miſſi fuerint,omnes autem,& quoſcunqne,vt dictum eſt,criminoſos,vel ſuſpe-
ctos,aut æri alieno,vt etiam diximus,vel rationibus reddendis obligatos ad re-
ligionem perpetuò inhabiles declaramus,& ſi qui eorum contra præſentem no
ſtram conſtitutionem temerè admittentur,tam ſuſceptionem habitus,quàm pro
feſſionem,& inde ſequuta ex nunc prout ex tunc pari modo irritamus, & an-
nullamus,viribus,& effectu carere decernimus, ac iubemns eos qui de facto ſic
recepti erunt,habitu ſpoliari, & à religione expelli, & nihilominus ſi expulſi
non fuerint,volumus,& pariter declaramus habitus ſuſceptionem, & profeſ-
ſionem penitus nullam eſſe,& cenſeri, ac propterea attenta nullitate habitus,
& profeſſionis licere quibuſcunque iudicibus, & curijs etiam ſecularibus ad
quos,ſeu quas ſpectat contra eos,vt prius iuris,& facti remedijs opportunis ex
officio, vel ad cuiuſcunque inſtantiam,vel quærelam ciuiliter,criminaliter, aut
miſtim procedere.*

*Quare volumus,vt cuiuſque iuuenis, aut viri maioris 16. annis à ſeculo ad
religionem tranſeuntis approbatio, admiſſio, & receptio in generali, vel pro-
uinciali Capitulo, vt ſupra ordinatum eſt,pro tempore factæ, nec non religioſi
ſic recepti nomen, & cognomen, quo in ſeculo vtebatur, & patria in actis
ipſius Capituli deſcribantur, & notentur, & inſuper quoſcunque religioſos,
eorumque ſuperiores, qui aliquas perſonas, vt dictum eſt, inhabiles poſthanc
conſtitutionem publicatam receperint, voce actiua, & paſſiua, nec non of-
ficijs, gradibus, honoribus, & dignitatibus quibuſcunque per eos obtentis, eo
ipſo in perpetuum priuamus, & tam illis priuatos, qui ad illa, & alia quæ-*

cunque in posterum obtinenda, perpetuò inhabiles, eorumq; incapaces decernimus, & declaramus.

SVMMARIVM EX CAP. VIIII.

1 RElegiosi, alij contemplatiuæ uitæ incumbunt, nonnulli actiuæ, quæ ex contemplatiua descendit, tertij actiuæ simplici.
2 Vita actiua inferior est contemplatiua.
3 Vita actiua ex contemplatione descendens cæteris præstantior est.
4 Christus Apostolis prædicationem imposuit.
5 Apostoli propter prædicationem multis titulis decorati sunt.
6 Episcopi successores sunt Apostolorum, atque ideo prædicare debent.
7 Episcopi potentes esse debent in doctrina.
8 Clerici seculares, qui sacramenta ministrant perfectiores sunt regularibus.
9 Iudices, & aduocati rectè administrantes suum munus, magis merentur quam religiosi, si id faciant propter Deum. & num. 13.
10 Episcopus, & monachus ratione professionis æquiparantur.
11 Clericus sacramenta ministrans, magis meretur quam monachus.
12 Felin. in rub. de maiorit. & obed. declaratur.
14 Religiones, quæ animarum saluti student, cæteris sunt præstantiores.
15 Amicus amicum magis diligit, si per illum alteri seruiat, quam si amico.
16 Vita actiua, quæ ex contemplatione descendit periculosior est uita cõtẽplatiua.
17 Vita actiua mixta fructuosior est uita contemplatiua.
18 In transitu de una religione ad aliam, solam arctitudinem uitæ considèrant Canonistæ.
19 Contrarium tenent Theologi, & verius.
20 Religionis perfectio duplici ex capite prospicitur.
21 Milites religiosi possunt transire absque vlla licentia ad quamcunque religionem monachorum.
22 Media ad perfectionem assequendam illa sunt nobiliora, quæ charitati magis accedunt.
23 Nobilior religio ex quo censeatur.
24 Transitus datur de religione arctiori in actu externo ad aliam nobiliorem in actu interno, licet minus arctam.
25 Nobilior finis in religionis transitu considèrandus est.
26 Religiones si conueniant in fine, media etiam nobiliora sunt inspicienda, ut transitus permittatur.
27 Transitus licitus est de imperfectiori ad perfectiorem.

Votum

28 Votum religionis obligat ad tendendum ad perfectionem.
29 Vouens minus bonum, potest illud commutare in maius bonum sine dispensatione.
30 Ratio cur transitus ad Carthusienses sit permissus sub Vrbani Quarti dispensatione.
31 Transitus licitus est de religione vitæ actiuę simplicis, ad uitam contemplatiuam, uel mixtam.
32 Item licitus est à vita contemplatiua, ad mixtam.
33 Religiosi uitæ mixtæ ad solos Carthusienses transire possunt.
34 In religionibus, vbi est idem finis, cæteris paribus arctitudo vitæ consideratur.
35 Transitus ad religionem perfectiorem non est semper permissus, cum aliquibus concurrentibus.
36 Transire ad religionem liberè potest, qui spiritu Dei ducitur.
37 Moniales possunt transire ad arctiorem religionem.
38 Idem in conuersis.
39 Transiens in dubio præsumitur spiritu Dei ductus.
40 In transitu ad religionẽ non inspicitur tempus institutionis, sed præsentis status.
41 In Hispania monachi Benedictini transeunt ad Prædicatores.
42 Frater Thomas Cammarota Episcopus Vestarum commendatur.
43 Ascanius Columna Cardinalis Illustrissimus laudatur.
44 Transire cum licentia dicitur, qui illam obtinuit.
45 Licentia præsumitur ex taciturnitate concessa.
46 Item ex cursu temporis.
47 Licentia præcedere debet transitum.
48 Licentia arbitrio boni uiri concedenda est, non ex libera uoluntate.
49 Transiens proprio arbitrio non est tutus in foro animæ, nec qui licentiã cõcedit.
50 In licentia transeundi requiritur Abbatis, & conuentus consensus, licet solius Abbatis sufficere plurimi dicant, & rectius.
51 Abbate in monasterio non existente, capitulum licentiã transeundi concedit.
52 Monachus, qui licentiam petijt transeundi ad arctiorem, licitè transit si illa denegatur.
53 Vel si Abbas noluit audire, uel responsum non dedit, uel non probabiliter, uel falsè, uel iniustè.
54 Monachus si arctiorem religionem non inuenit, & infra annum reuertitur, recipiendus est à monachis prioris monasterij.
55 Monachus transire non potest si ex probabili causa denegatur licentia.
56 Licentia transeundi monacho licitè negatur, quando religionem non inuenit, quæ parata sit eum recipere.

57 *Item licitè negatur, cum dubitatur an à ſpiritu Dei ducatur.*
58 *Dubitationis cauſæ plures eſſe poſſunt.*
59 *Licentia licitè denegatur, cum prælatus non eſt certioratus an religio altera ſit ſtrictior.*
60 *Aut ſi monaſterium damnum, & infamiam ſuſtineret: quo caſu etiam ſi tranſierit reuocatur. num. 61.*
62 *Licentia tranſeundi negatur, quando prælatus conſilium ſapientium requirere velle affirmat.*
63 *Vel ſi ex temeritate, aut leuitate illum tranſire conſtat.*
64 *Monachus tranſiens de vna religione ad alteram, non eſt recipiendus abſque literis dimiſſorijs.*
65 *Abbas ſecundi monaſterij tenetur cauſam perquirere à prælato primi monaſterij, cur ſine licentia monachus tranſierit, quibus receptis, de receptione cogitabit.*
66 *Monachus, qui tranſiuit ad ſecundum monaſterium in caſu prohibito reuocatur ab Abbate.*
67 *Monachus reſtitutus primo monaſterio ſi minus anno in ſecundo permanſit, & de reſtitutione appellauit non eſt alendus à ſecundo monaſterio, ſecus ſi profeſſus eſt.*
68 *Monachus, qui tranſiuit ad arctiorem religionem licentia non petita reuocatur ad primum monaſterium.*
69 *Item ſi dubitatur, an petierit licentiam.*
70 *Monachum, qui licentia non petita, ad aliud monaſterium tranſit non tenetur recipere primum, etiam ſi ſtatim reuertatur, cuius contrarium tenemus.*
71 *Monachus ad æqualem religionem tranſire non poteſt, ex cauſa tamen aliquãdo permittitur.*
72 *Licentia tranſeundi ad æqualem religionem, debet à ſolo Abbate concedi, vel Abbate, & Capitulo, vel etiam Epiſcopo.*
73 *Tranſitus ad laxiorem eſt expreſſo iure prohibitus, quod authoritate D. Bernardi elegantiſſimè confirmatur.*
74 *Permittitur tamen tranſitus ad laxiorem cum non eſt adhuc profeſſus.*
Vel cum religioni in genere eſt obligatus. num. 75. Aut ſi à ſum. Pont. fuit interdicta religio, & ad alios ordines tranſeundi conceſſa licentia, quod ita faciliter non admittimus. num. 76. Vel quando poſt votum ingrediendi arctiorem, laxiorem ingreditur, licet peccet. num. 77. Item quando in arctiori regula non ſeruatur, & inſpecto præſenti ſtatu, iſta laxior eſt ſtrictior. nume. 78. Quo caſu non ſufficit petere licentiam, ſed illam obtinere. num. 79. Item poteſt, ſi fugerit ad locum, in quo non reperitur monaſterium ſui ordinis, vel aliud arctioris religionis. num. 80. Item ſi propter infirmitatem, nõ poteſt

poteſt arctiorem ſeruare, requiritur tamèn diſpenſatio. num. 81.
82 *Diſpenſatio, vt quis deſtrictiori ad laxiorem tranſeat, vt ex cauſa infirmitatis, debet concedi ab Epiſcopo, vel Abbate, & Capitulo, cum conſenſu Epiſcopi, vel ſummi Pont. quod verius eſt.*
83 *Poteſt etiam tranſire ad laxiorem, quando ſummus Pontifex abſoluta authoritate vtitur.*

CAPVT NONVM.

VM ſuperius explicatum ſit quibus caſibus filius familias, ſeruus, & qui alteri obligatus eſt, poſſint ingredi religionem: conſequens eſt, vt de monacho qui non minori ligatur vinculo, & tam filio, quam ſeruo æquiparatur (vt ſuo loco explicabitur) diſſeramus.

Ad cuius concluſionis faciliorem explicationem neceſſarium fore duximus, aliqua de religionum perfectione, ac ſtatu in medium afferre: ſciendum eſt ergo triplicem eſſe religioſorum ſtatum.

1 Primum eorum, qui mere contemplationi dediti ſunt, quales ſunt omnes, qui Diuorum Baſilij, ac Benedicti dogma ſequuntur, Carthuſienſes, & alij his ſimiles. Alterum eorum, qui illi vitæ actiuæ dediti ſunt, quæ ex contemplatione deſcendit, prędicationibus, confeſſionibus, ſtudijs, & alijs exercitijs ad ſalutem animarum conducentibus incumbentes, quales ſunt omnes, qui mendicantes appellantur: tertium eorum, qui ſimplici vitę actiuę incumbunt, atq; huiuſmodi ſũt, qui religiones militares profitentur, aut quę redemptioni captiuorum, hoſpitalitati, & peregrinorum tutelæ operam nauant.

2 Inter quos ſtatus, religiones poſtremo loco poſitę, quę ſimplicem actiuam vitam profitentur, infimum locum habẽt, atque ijs præſtantiores eæ, quæ vitæ contemplatiuę, ſtudium, & operam ponunt, quod expreſsè Dominus, & Saluator noſter declarauit Luc. 10. Maria (inquit) optimam partem elegit, quę non auferetur ab ea: ideoque vt cõtemplationis amica miniſterio Marthæ præpoſita eſt, quod explicat D. Baſilius conſtitu. monachal. cap. 2. *Etenim* (inquit Baſilius) *Martha quidem hoſpitio dominum ſuſcepit, ad eius verò pedes aſſidet Maria, laudandũ ſanè in utraque ſtudium; Cæterum tu res diſtinguito, nam Martha ipſa in miniſterio occupata ea parabat, quæ hoſpitis corpori futura erant neceſſaria, contra Maria cum ad pedes illius aſſiderat, audiendis quæ ab eo dicebantur vacabat, ſic altera domini partem illam, quæ tangi aſpectu poterat reficiebat: altera*

ra parti illi, quæ occulta cerni non poteſt conſulebat. Hactenus Baſilius.

3 Sed vtraque tam actiua, quàm contemplatiua præſtanti or, & perfectior eſt, earum religionum ſtatus, illam vitam actiuam profitentium, quæ cum contemplatione coniungitur, & ab ea deſcendit, & animarum ſalutem præ oculis habẽt: nam ſi Chriſtus pro exemplo nobis propoſitus eſt, vt eum induamus, & ſequamur veſtigia eius. prima Petri 2. & Paulus ad Roman. 13. ſatis apertè docemur, nõ poſſe magis accedere Chriſto, à quo oĩs perfectio noſtra eſt, teſte Paul. ad Coloſſen. 1. quam ſi idem munus in quo Chriſtus ſe exercuit pro viribus amplectamur: opera nempe ad ſalutem animarum inſtituta, quod ipſe faciebat, qui diebus docebat in templo, noctibus orabat in Monte Oliueti. Luc. 21. ac ſemper prædicationi deditus erat. Matth. 4. Mar. 1. Luc. 19. ita vt etiam nauim opportunum locum arbitratus ſit Matth. 13.

4 Quam vitæ rationem Dñs noſter Apoſtolis, qui baſis Eccleſiæ futuri erãt præfixit Mat. 10. Luc. 10. Mar. 3. quorum prędicatio in omnes
5 gentes diffuſa eſt, teſte Paulo ad Rom. 10. † ex quo munere amplisſimis titulis decorati ſunt, lux etenim mundi appellati ſunt, ſol terræ, diſpenſatores miniſteriorũ Dei, & Euangelicæ doctrinæ, Chriſti miniſtri, Dei coadiutores, & cooperatores, & meſſores Iudæorum, quos Prophetæ ſeminauerant Mat. 5. Mar. 5. Luc. 14. Io. 4. Pau. 1. ad Cor. 3. 4 & 11. inter quos præcipuo quodam nomine doctor gentium Paulus inſignitus eſt, qui ſemen verbi eſt appellatus. Act. 17.

6 Eadem vitæ norma ad Epiſcopos qui in Apoſtolorum locũ ſucceſſerunt hæreditario quodam iure deſcendit: Auguſt. enim, cuius meminit Vrbanus Pont. in Can. quorum vices. 68. diſt. *Pro patribus* (inquit) *nati ſunt tibi filij. Patres miſſi ſunt Apoſtoli, pro Apoſtolis, filij nati ſunt & conſtituti Epiſcopi.* Atque idipſum docuit idem Vrbanus in Can. videntes. 19. quæſt. 1. & Anacletus in Can. in nouo. 21. diſtinct. quid mirum ergo ſi Epiſcopis propria eſt doctrina, & prædicatio, cũ in Apoſtolorum locum ſubrogati ſint, quibus ſimiles eſſe neceſſe eſt: ijs dicitur per Iſaiam, clama neceſſes, quaſi tuba exalta vocẽ tuam, ijs loquitur Paulus, prædica verbum, inſta, opportunè, importunè: eoſdem re-
7 quirit Paulus † potentes in doctrina, vt explicat Greg. in Paſtoral. 2. par. c. 4. cuius meminit Gratianus in Can. ſit rector. 43. diſtinct. idem docet Nicolaus Pontifex in Can. diſpenſatio. 43. diſtinct. *Diſpenſatio* (inquit) *eſt nobis cæleſtis ſeminis iniuncta, væ ſi non ſparſerimus, væ ſi tacuerimus. Quod cum electionis vas formidet, & clamet, quanto magis cuilibet exiguo metuendum eſt,* Atque ex hoc nomen eorum officio conueniẽs tribu-

tributum eſt, qui ſuperintendentes, & ſpeculatores appellantur, cũ ſubditorum, & populorum curam gerant, iuxta ſe poſitorum mores, & vitam ſpeculentur, & proſpiciant teſte Auguſtino. 19. de ciuitate Dei. cap. 16. & Iſidor. in Can. cleros. 21. diſtinctione, ex quo facilè pro
8 cedere poſſet † clericos ſeculares, qui ſacramentis adminiſtrandis præpoſiti ſunt, perfectiores eſſe clericis regularibus (pro iſtis monachos intelligendo, qui vitę tantum contemplatiuæ vacant) nam vt ait Auguſtinus in capitul. legi Epiſtolam. 16. quęſtione prima, a monaſterijs ad clericatum monachi aſſumuntur. Interrogatus enim Auguſtinus an monachi quidam fugitiui ad clericatum eſſent admittendi, in hæc verba reſpondit. *Nihil* (inquit) *mihi aliud occurrere potuit, niſi non eſſe viam dandam ſeruis Domini, ut ſe facilius putent eligi ad aliud melius, ſi facti fuerint deteriores, etenim ipſis facilior lapſus, & ordini clericorum, Fit indigniſſima iniuria ſi deſertores monaſteriorum ad militiam clericatus eligantur: cum ex ijs, qui in monaſterio permanent non tantum niſi probatiores, atque meliores in clerum aſſumere ſoleamus,* (& paulo infra) *nimis dolendum eſt, ſi ad tam ruinoſam ſuperbiam monachos ſubijciemus, & tam graui contumelia clericos dignos putamus, in quorum numero ſumus, cum aliquando bonus monachus vix bonum clericum faciat,* Et idem docet Hieronymus in cap. alia, eadem cau. & quæſt. In quorum laudem Chryſoſtomum in ſuo Dialogo à Felino adductum in rub. de maior. & obedien. numer. 5. in medium afferemus, de ijs loquentem: *Si talem* (inquit Chryſoſtomus) *mihi aliquem adducas monachum, qualis vt ſecundum exagerationem dicam fuit Helias, non tamen illi comparandus eſt, qui traditus populis, & multorum peccata ferre compulſus, immobilis perſeuerauit,* (& ſubdit) *ſi adminiſtranti ſacerdotium monachales ſudores conferas, tantum eos diſtare reperies, quantum inter priuatum diſtat, & regem,* ex quo Hoſtien. in proem. ſummæ Alberic. & Poſt. eum Iaſon, in l. 1. in 3. col. ff. de iuſtitia, & iure, adducti à Felin. in rubric. de maior. & obedient. & a Gregor. Lop. in l. 1. titulo 4. par. 3. & Dida. Perez. lib. 8. ordin. ti-
9 tul. 13. in rubric. dicunt † rectos iudices, & aduocatos vtentes recto iure, prout debent plus merere, & meliorem uitam facere, quam fratres prædicatores, & alios religioſos, quod ex Chryſoſtomo ſuper Matth. homil. 44. colum. penultim. deducitur. *Volo enim* (inquit) *maiori gloria virtutum coruſcare uos, qui in medio vrbis uerſamini, quam illos, qui montes, & hæremos petierunt,* (& ſubdit) *quare ſic? quia magnam hinc vtilitatem cæteri conſequuntur:* licet S. Thom. in quodlibet tertio, articu. 17. cui & propter doctrinam immenſam, & peculiarẽ in eum: ſem per humiliter, & reuerẽter me ſubmitto, id intelligat, locũ habere in

Epi-

Episcopo optimo argumento motus:nam dicit S. Tho. perfectior est ille, qui ex charitate magis accedit ad Deum, at ille magis accedit qui aliquo se vinculo obligat: nam priuat se illa libertate, quæ iure
10 naturali sibi competit † Episcopus ergo, & monachus in hoc æquiparantur: quia sicut monachus professionem emittit,& per hãc seruitutem magis Deo accedit,ita & Episcopus, qui in sua consecratione professionem facit,obligans se ad curam gregis subiecti:qui quidem Episcopus,eò est monacho excellentior, quod saluti animarum ex professione studet, quod secus est in Plebano, vel Archidiacono, qui illi ministèrio,voto,vel professione se non obligat,sed tantum ad suę voluntatis beneplacitum, ex quo vt infra dicetur ad monachalẽ vitam transire potest.

11 Quod quidem S.Thomæ dictum respectu status absque dubio verissimum est, sed respectu exercitij † magis quidem meretur clericus sacramenta ministrans, quam monachus merè tantum contemplatiuus.sed adhuc videntur obstare Can.superadducti,nisi dicamus Augustini temporibus nullam professionem, nec votum religiosos emittere,ac propterea cum cesset D. Thom. allata ratio, quæ est ex obligatione voti secundum illa tempora,clerici perfectioris erat status,quam monachi,qui solitudini, & quieti tantum suæ operam da-
12 bant: † qua in re Felin.in d.rub.dum loquitur de vita actiua, quę contemplatiue est præferenda intelligendus est de ea, de qua nuper supra diximus,quæ ex contemplatione descendit, data etiam paritate professionis,vt ex doctrina S.Thomæ manifestè colligitur:iuxta eius
13 doctrinam,in dicto quodlib.3.in princip. † quod verò supra diximus affirmare Iasonem de merito aduocatorum, & iudicum rectè iudicãtium intelligendum est,secundum S. Thom. quotiescunque alicuius mens ita est affecta interius,vt propter Deum omnia contemnat,secundum illud Apost.ad Philip. 3. quę mihi aliquando fuerunt lucra, arbitratus sum,vt stercora,vt Christum lucrifaciam, & iste est perfectus siue sit religiosus,siue secularis:si ergo iudex, vel aduocatus iustitiam ministrat,vt propter illius confessionem,& defensionẽ cuilibet se exponeret periculo,& tormentis, nec crudelium principum tyramnorum sæuas timeret,aut expauesceret minas, hic absque dubio plus meretur,quam frater prædicator: Pręterea,si Alber. Iason. & qui eos adducit Cassan.in tractat.Gloria mund.4.par.51.consider. intelligunt de perfectiori statu,errant,& longè à veritate sunt,ex ratione voti à D.Thom.supra citato loco adducta,si verò tantum de merito loquuntur,hic cadit quod D.Tho.de perfectione cuiuslibet particularis

ticularis dicit: nam eo casu iudex iste Martir est desiderio,qui dignè confessori est præferendus,& quod de illis dicit Chrysostomus supra adductus,verum est,nec illud trahi potest in argumentum de perfectiori statu, cum aperti iuris sit maiorem perfectionem in ijs requiri,qui suo exemplo alios ad malum,vel bonum mouere possunt, quã in ijs, qui de proprijs tantum conscientijs reddituri sunt rationem Deo: ideoq; hoc intelligens sanctus Propheta, & rex Dauid aiebat, *ab occultis meis munda me,& ab alienis parce seruo tuo.*

14 Sed vt vela colligamus manifesta desumitur ex superioribus ratio eas religiones,quæ animarum salutẽ studiosè procurant esse cæteris omnibus perfectiores,ac præstantiores, cum seruatoris nostri moueantur exemplo,Apostolorum vestigijs inhæreant, & Episcopis magis aceedant,quorum status omnem religionis superat perfectionem,vt docet D.Th.2.2.q.184.ar.7.

Præterea sicut maius est illuminare,quam lucere solum,ita maius est contemplata alijs tradere, quam solum contemplari, de quibus post contemplationem suam redeuntibus dicitur memoriam suauitatis suæ eructabunt teste Greg.hom.5.in Ezechiel.

15 His accedat,& alia † maioris enim dilectionis est inditium si quis ab amicum alteri seruiat,quam si soli amico, atqui huiusmodi sunt, qui proximorum salutem querunt: cum proximorum dilectio ex abundantia dilectionis Dei proueniat:vt docet Greg.in pastoral. prima parte,cap.5.perfectiores ergo habendi sunt: item etiã in ijs, quæ difficiliora sunt,maius est propositum præmium authore August. ad
16 Valerium epist.148.vt relatum est in Can.ante omnia.40.distin. †

Sed cum huiusmodi vita actiua difficilior, & periculosior sit contemplatiua,quę tutior est,vt docet Innocentius Tertius, in c. nisi cũ pridem, de renuntiation. ergo maior perfectio est attingere ea,quæ maiorem difficultatem habent,& pericula,& maius meritum debetur ijs,qui pro animarum salute maioribus se exponunt periculis, cum magnitudo laboris,ex operis magnitudine proueniens, ad maius meritum pertineat,& animus amplectendi difficiliora ex feruentiori charitate procedat,quæ magna operatur,vt tradit Greg. cuius meminit hoc docens D.Thom.2.2.q.184.ar.7.ad secundum, & 2.2.q.129.ar.2.in corpore.

Et ne authoritate destituti videamur,expresè hanc sententiã tradidisse nobis videtur Augustin.19.de ciuitate Dei. cap.19. *Ex tribus verò illis uitæ generibus,* (inquit August.) *Ocioso,actuoso,& ex utroq; composito,quamuis salua fide quisque possit in quolibet eorum uitã ducere, & ad*

ſempiterna præmia peruenire: intereſt tamẽ quid amore teneat ueritatis: quid officio charitatis impendat, nec ſic quiſque debeat eſſe ocioſus, ut in eodem ocio utilitatem non cogitet proximi, nec ſic actuoſus, ut contemplationem non requirat Dei (& paulo poſt) *quamobrem otium ſanctum quærit charitas ueritatis, negocium iuſtum ſuſcipit neceſſitas charitatis* (Hactenus Auguſt.) *hoc autem proprium eſt uitæ actiuæ, quæ ex contemplatione deſcendit.*

17 Eiuſdem ſententiæ author eſt Innocentius Tertius, in c. niſi cum pridem, de renuntiation. & in cap. licet, de regulari. † qui vberiores fructus hanc vitam ferre docet, quam contemplatiuam, & cum maiori vtilitate coniunctam, cum in fœcunditate ſobolis lippitudo Lię, Rachelis pulchritudini ſit prælata, eademq; ratione, vt ait Innocent. præferenda eſt doctrina ſilentio, ſolicitudo contemplationi, labor quieti, ideoq; facilius indulgetur, vt aſcendat monachus ad præſulatum, quam pręſul ad monachatum deſcendat, & denique id docuit D. Thom. 2.2.q.189.ar.7. in corpore, quem vno ore receperunt Ioan. Friburg. in ſum. Confeſ. lib. 3. titu. 28. de tranſ. cleric. quæſt. 15. & 21. Cardin. à Tur. Crem. ad quintum, & Præpoſi. in c. expedit. 12.q.1. Ioã. And. in c. ſanè. nu. 8. de regular. Alberic. in dictio. ver. religio 1. & Hẽr. Boich. in c. licet. nu. 16. de regul.

Quibus hunc in modum poſitis, & conſtitutis: ad diſputationẽ deſcendendum eſt, quæ inter Theologos, & Iuris Canonici interpretes controuertitur: hi enim vt Ioan. And. num. 8. Anton. Butr. numero. 5. Ioan. Anan. num. 3. & Abb. num. 8. in c. ſanè, de regular. Henr. Boich. in cap. licet, num. 16. de regular. Angel. Claua. in ſumm. verb. religioſus, num. 35. & Greg. Lopez ſub dubio, in l. 9. titu. 7. par. 1. uer. *mas fuerte*,
18 † communi voce arbitrantur ad tranſitum de vna ad aliam religionem permittendum ſolam arctitudinem, aſperitatem, & difficultatem vitæ: non autem finem religionis inſpiciendum. Mouentur authoritate Triburienſis Concilij in Can. virgines. 20. quæſt. 4. & Innocen. 3. in cap. licet, de regular. qui arctitudinem virę ad tranſitum permittendum conſiderant: mouentur præterea ratione: cum enim omnes religiones habeant eundem finem: nempe charitatem, vt docet D. Thom. 2.2. quæſt. 188. art. 1. 2. & 6. & Ioan. 22. in extrauagan. ad conditionem, de verb. ſignific. arctitudo vitæ ſolum eſt inſpicienda, vt præſtantius medium, cum iam finis ſit idem. Facit pro eis deniq; Vrbani Quarti diſpoſitio, in extaruagan. viam ambitioſæ. de regula. licitè ab omnibus religionibus, etiam mendicantibus, quæ vitæ actiuæ dediti ſunt, ad Carthuſienſes poſſe tranſire, & tamen hi tantum contemplationi dediti ſunt.

Con-

19 Contrarię tamen ſententiæ ſe ſubſcripſit D. Thom. 2.2.q.189. ar.8. cui adhęſerunt Ioan. Friburg. in ſum. Confeſ. lib. 3. tit. 28. q. 15. D Ant. Pet. Palud. Ioan. de Pet. Mont. & alij quos adducit Silueſt. verbo religio 4. quæſt. 6.

Quę ſentẽtia veriſima eſt: finis enim religionis eſt chriſtiana perfectio, ad quam religionis cultus externus, & omnis religioſa obſeruantia referenda eſt: quare apertè intelligitur licere à minus perfe-
20 cta ad perfectiorem tranſire: † religionis verò perfectio duplici ex capite ſpectari poteſt, vel ex fine, quem ſibi præſcribit, vel ex medijs nobilioribus, aut magis conducentibus ad finem, quapropter ratio-
21 ne finis, ſine controuerſia † Milites religioſi abſque vlla facultate, ad quemcunque monachorum, aut religioſorum ordinem tranſire poſſunt. Ratione quoque mediorum, non eſt eorum nobilitas ex ſola arctitudine deſumenda: ſed ex pluribus.

22 Cuius rei veritas, vt appareat: obſeruandum eſt † media ad perfectionem aſſequendam, ea eſſe nobiliora, quę cum charitate, in qua poſita eſt perfectio maiorem habent proportionem, & immediatius coniunguntur: conſtat autem eiuſmodi eſſe actus internos, & non externos, quia illi per ſe referuntur in Deum: hi verò non niſi, vt proce-
23 dunt ab internis, † ſi qua igitur religio ſit quæ actus internos nobiliores habeat, licet pauciores, aut minores habeat externos, nobilior cenſenda eſt illa, quæ præſtat in internis, non autem externis.

24 † Atque ita ab hac poſtrema arctiori in externo actu licet tranſire ad aliam, quæ minus ſit arcta in actu externo, nobilior tamen in actibus
25 internis, vt dictum eſt, vtque vno verbo concludamus. † Nobilior finis, aut quia ad maius bonum, aut quia ad plura bona ordinatur ſpe-
26 ctandus eſt, † quod ſi religiones in fine conuenient, recurrendum eſt ad media magis proportionata, & nobiliora: quibus interueniẽtibus iure diuino licitus eſt tranſitus ab imperfectiori ad perfectiorem, id que probatur.

27 Primò quia religioſo licitum eſt quidquid cõfert ad finem, ad quẽ
28 ex voto, & vi, religionis tenetur cõtendere: † votum enim religionis obligat ad tendendum ad perfectionem omni meliori modo, atqui mutatio religionis ad id ſpectat, eſt ergo licitus tranſitus.

29 Secundò ei, qui vouit minus bonum abſque illa facultate, aut diſpenſatione licet mutare votum in maius bonum cap. ſcripturæ, de voto, cap. peruenit, de iureiur. votum ergo imperfectioris religionis poterit in votum perfectioris mutari, ergo &c. Nec obſtat ſi quis dicat aliam eſſe rationem in voto ſimplici, & in voto ſolemni: inquan-

tum enim ad vouentem attinet, vtrunque votum equè obligat, & vtrunque ex natura ſua requirit cauſam iuſtam, ſiue commutationis, ſiue diſpenſationis.

Tertiò probatur authoritate D.Bern.epiſt.1.& 2. & 34.

Quartò authoritate Innoc.tertij, in c.niſi cum pridem, de renunc. & in c.licet, de reg.qui ad tranſitum permittendum, finem cõſiderat nobiliorem, & media magis proportionata, & præſtantiora, licet nõ arctiora, cum certiſsimum ſit arctiorem eſſe vitam monachorũ, quã Epiſcoporum, & tamen licitè monachi ob nobiliorem finem, & media nobiliora ad Epiſcopatum promouentur.

Nec obſtãt quæ Ioann.Andr.& alij in contrarium afferebant, & primo quidem ceſſat, quod deſumitur ex Can.virgines, & cap.licet, nam tunc ſolum arctitudo vitę eſt in conſideratione, cum religiones in fine conueniunt: nec altera, à qua fit tranſitus habet media nobiliora, quę compenſantur cum arctitudine: ideoque cum in fine conueniant, & altera alteram ſuperet quoad media, legitimus eſt tranſitus ad arctiorem, immo ex cap.licet, vt ſuperius probauimus potius contrarium deſumitur: nec ſolum arctioris vitę fit mentio, ſed etiam maioris, melioris, & ſanctioris, quæ omnia perfectiori religioni, non arctiori conueniunt: nam ſi perfectior eſt religio maior, melior, & ſanctior quoque eſt.

Nec ſecundò facit, quod ſit idem religionis finis: id enim non eſt ita ſimpliciter intelligendum, cum vna alteram ſuperet in fine potiori: nam etſi omnes Deum ſuum finem habeant ex eo, quod aliqua Deo magis accedit, alia eſt præſtantior, vt ſupra probauimus. Immo etiam ſi in fine conuenirent, adhuc non arctiora, ſed nobiliora media, quæ magis ad finem accedunt conſideranda ſunt, vt latè di-
30 ximus. † Et denique ceſſat Vrbani Quarti, diſpoſitio in extrauaganti viam ambitioſæ: id enim ex diſpẽſatione quadam in remediũ fragilitatis humanę introductum eſt: cum enim varij ſint hominum mores, & naturales quædam propenſiones, & quamplures eſſent, qui in vita actiua non ſatis apti: immo inutiles eſſent, & ij libenter ad cõtemplationis otium, in quo ſanctius viuerent ſe conferrent, neceſſarium erat, vt aliqua religio, veluti refugium relinqueretur, quod cum faciendum eſſet: Carthuſienſium electa eſt à ſummis Pontificibus, quæ omnium eſt arctiſsima: hoc enim caſu vnius ſaltim perfectio alterius aſperitate, vt fieri poteſt compenſatur: immò in hoc particulari, perfectior eſt contemplatiuæ vitæ religio pro huiuſmodi religioſis, qui aptiuę nõ ſunt apti: in ea etenim aptioribus mediis ad

ad perfectionem, quam deſiderant facilius tendere poſſunt.

31 Colliguntur ergo à ſuperioribus dictis plures concluſiones, quarum prima eſt à religionibus ſimplicis vitę actiuæ licitũ, & laudabilem eſſe tranſitum ad omnes religiones, tam vitę actiuę, quæ cum contemplatione coniungitur, quam vitę contemplatiuę ſimplicis.

32 Secunda concluſio ab omnibus religionibus vitæ contemplatiuę licitũ eſſe tranſitũ ad omnes religiones vitæ actiuæ, quæ ex contemplatione deſcendit.

33 Tertia concluſio à religionibus huiuſmodi vitæ actiuę, prohibitum eſſe tranſitũ ad quaſcunque religiones: permittitur tamen ad Carthuſienſes: immo etiam ſi ex ſedis Apoſtolicæ licentia ad alios ordines monachorum aliquis transferatur, non haberet vocem in capitulo, nec admitteretur ad prioratus, adminiſtrationes, aut quælibet alia officia, clem.1.de regul.

34 Quarta concluſio in qualibet religione, in qua eſt idem finis cęteris paribus, arctitudinẽ vitæ conſiderandã eſſe: hæc concluſio probatur in Can.mandamus, & Can. ſtatuimus. 19. quæſtion. 3. cum enim Canonicorum regularium, & monachorum religiones conueniant in fine contemplationis: ſi monachi ſunt clerici, poſſunt Canonici regulares ad eos tranſire: cum habeant eundem finem omnino cũ maiori arctitudine vitę, quod ſi monachi non ſunt clerici licitè tranſeunt ad Canonicos regulares: cum hoc caſu inſpiciatur finis potior Canonicorum regularium: nempè contemplatio, quę potiſsimum poſita eſt in ijs, quæ aguntur in diuinis miniſterijs, licet ſit laxior quoad aſperitatem eorum religio, capitu.quod Dei timorem, de ſtatu monachorum, atque ita explicant D.Tho. ſecunda ſecundæ, quæſtion.189, articulo octauo, ad ſecundum, Archidiacon. Aegid. Bellamer.in canon.mandamus.19.quæſtion.3.Cardinal. à Turre Crema. in canon.1.ad ſextum, eadem 19.quęſtion.3. Alberic. in dictionario, verbo religio 5.Henric.Boich.in cap.licet, num.8.de regu.Silue.verbo religio.4.q.8.

35 Hic autem tranſitus ad perfectiores, vel arctiores religiones, non ita pendet à voluntate monachi, vt ſemper ſit ei permiſſus: id enim facere non debet, abſque neceſsitatis, aut vtilitatis cauſa, aut Spiritus ſancti inſtinctu: eſſet enim qui abſque cauſa tranſiret, cauſa ſcandali fratribus, ac ſibi minus vtile: veriſimilius enim eſt quem magis proficere in ea religione, in qua longo tempore permanſit, quam in alia: idque authoritate Abbatis Neſtorij probatur, *unicuique* (inquit ipſe) *vtile eſt, vt ſecundum propoſitum, quod elegit ſummo ſtudio, ac diligen-*

ligentia ad operis apti perfectionem peruenire festinet, & nequaquam à sua, quam semel elegit professione descendat: impossibile est namque vnum, & eundem hominem simul vniuersis fulciri uirtutibus, quas si quis voluerit pariter attentare in id incidere eum necesse est, ut dum omnem sequitur, nullam integrè consequatur, idque tradiderunt D.Thom.2.2.q.189.ar.8.Ioan.Friburg.in sum.Confes.lib.3.titu.28.quæst.16.Ioan.And.in cap.licet. nu. 2.de regular.Alber.in dictionario,verbo religio 5.& Card.Tur.Cre. in Can.1.29.quæst.3.& ad id bene confert,quod Socrates cuidã quærenti,quod peregrinationes sibi nihil profeciissent,respondet, *non immeritò* (inquit) *tecum enim peregrinaberis, nullum quippe commodum ex huiusmodi translationibus oritur, cum cœlum non animum mutent, qui trans mare currunt:* idque docuit D.Beruardus epistola 32.commonens,vt non omni spiritui credat, & ne cito moueatur, certa pro incertis deferens,sciens Diabolum soli semper perseuerantiæ insidiari,quam solam virtutem nouit coronari:cum tutius sit in ea vocatione,qua vocatus est simpliciter perseuerare, quam sub specie quasi melioris boni,id quidem quod iam cœpit amittere,nec ad id,quod præsumit fortasis sufficere.

36 Quod si Dei spiritu ducatur,liber est sibi ad perfectiorem,siue arctiorem transitus:spiritus enim Dei lex ei est,& quæ spiritu Dei agũtur,lege Dei ducuntur, & quis est,qui spiritui sancto possit resistere? quisquis igitur hoc spiritu ducitur,etiam alijs cõtradicentibus, eat liber,iusto enim lex non est posita,sed vbi spiritus Dei, ibi libertas, & quæ spiritu Dei ducuntur,non sunt sub lege,vt ex Paul.ad Timo.1. ad Galat.5.& ad Corint.3.deducunt Vrbanus Pont.in Can. duæ sunt 19.q.2.Inn.tertius,in can.nisi cũ pridẽ,de renunc.& in c.licet,de reg.

37 † quæ conclusio etiam in monialibus admittenda est, Can. virgines.

38 20.quæst.4.glo.in cap.1.de statu regul. lib.6. † Idem quoque dicendũ arbitror in conuersis,quod tradit Augu.Berous, in cap.in præsentia, num.55.de probat.sub dubio Gregor.Lopez, in l.9.tit.7. par.1. verb. *religiosos*: quidquid contra senserit glo. in can.vt lex continentiæ.27.

39 quæst.1.quam sequitur Abb.in c.non est,de regula. † In dubio autem spiritu Dei ductus præsumitur, ideoq; eius dicto credere necesse est, saltim iurato: cum aliter interior intentio probari non possit:immo etiam sine iuramento in exterioribus bona intẽtio colligitur, vt scriptum reliquerunt,glo.Hostien.num.25.Ioan.And.num.8. Anto. nu.5. & Io.Anan.num.4.in c.licet,de regular.Idem Anton.But.in c.1.nu.15. de obligat.ad ratiocin.non ordin.quidquid contra senserit Petr.Anchar.in d.c.licet.

Ad

40 Aduertendum tamen est maximè ad hoc,vt in arctiorem, vel perfectiorem licitus sit transitus,primæuam religionis institutionem & finem,ad quem ordinabatur inspiciendum non esse,sed præsentem rerum statum, vt eo inspecto arctior dici possit ea, ad quam transire nunc monachus intendit,quod ex cap.sanè,& c.licet,de regula.adnotarunt Innocent.Hostien.Ioan.And.num.2.Anton.Butr. & Ioan.Ana. num.1.Abb.num.4.in d.c.sanè.de regula.Archidiacon. Ægid.Bellam. in Can.mandamus.19.quæst.3.Abb.in c.licet.de regular.Ioan.Faber. in §.si plures,inst.de hæred.inst.Lap.Alleg.61.nume.5. & allegat.130. num.1.Card.consi.19.Abb.consi.96.num.1.Geminian.& Præposi. nu. 2.in Can.Nerui.13.dist. Felyn.num.3.& Dec. num.16. in c.ad nostrã, de appellat.Angel.Clauas.verb.religiosus.num.35.Siluest. uerb.religio.4.quæst.6.& Gregor.Lop.in l.9.titu.7.par.1. ver. *mas fuerte*. Inde

41 est † quod in Hispania attento præsenti rerum statu, monachi Benedictini transeunt ad religionem Prædicatorum, tanquam ad arctio-

42 rem,prout mihi retulit eruditissimus vir † Magister Thomas à Camarota Prædicatorum ordinis,& Prouinciæ regni Alumnus, qui cũ

43 esset Theologus † Illustrissimi,& Reuerendissimi,necnon literis, ac prudentia Clarissimi Ascanij Columnæ, S.R.E. Diaconi Cardinalis, dum hęc scriberem in Episcopum Ciuitatis vestarũ in Apulia fuit electus,& paucos post dies à domino in cœlum vocatus.

Quod si inspecto præsenti rerum statu arctior ea sit religio ad quã transire quis desiderat,liberè poterit, superioris tamen licentia petita.c.licet,de regular. Can. statuimus. 19.quæst.3. ad cuius quæstionis,& eorum,quæ dicenda sunt,cognitionem aliqua de licentia prius explananda sunt.

44 Sciendum igitur est ad hoc,vt quis cum licentia transire dicatur necessarium esse,vt sibi fuerit concessa transeundi licentia ex doctr. Archidiacon.in cap.si Abbatem,de electio.lib.6.cui se subscripserunt Ioan.And.Geminian.Petr.Ancharan.& Philip.Fran.eo in loco: Idem Philip.Franc.in c.quam sit.§.electus,eodem titulo.lib.6.Bald.in l.obseruare.§.posthæc.num.20.de offic.proconsul. Roman.num.11. Alex. num.4.& Aret.in l.2.§.voluntatem.soluto matrimon. Idem Aret. in l. si quis mihi bona.§.iussum,de acquiren.hæredit. Lap.Alleg. 86. nu.3. And.Barba.consi.12.num.19.lib.1.& consi.58.num.2.lib.2. Dec. cõsi. 38.Alex.ad Bar.in l.si autem plures,de aqua plu.arcen.Anto. Corset. singul.159.verbo licentia.Alcia.num.46.in l.1.de verbor.obligation. Andr.Tiraquel.de legi.connub.l.16.glo.7.num.8.Io.Plot. in repe. l.si quando.num.366.infra vnde vi,Camera.in c.imperialẽ. fol.66.col.3.

litera

45 litera. m. & n. Rolan.à Valle.consi.67.num.66.lib.3.Præsumitur tamen ex taciturnitatè,cum vltra causam aliquis actus positiuus inter
46 uenit,vt explicat Aquil.in l.1.nu.63.de verb.oblig. †Præsumitur etiã ex cursu temporis, vt responderunt Aret.consi.36.Soc.consi.220.lib. 2.Dec.consi.409.nu.2.& Purpur.consi.523.nu.15.

47 Requiritur secundò,vt huiusmodi licentia præcedat transitum,vt docuit Bar.in l.si autem plures.ff.de aqua plu.arcen.& in l.si quis mihi bona.§.iussum,vbi Aret.& Iason sequuntur.num.37. de acquirend. hęred.idem scriptum reliquerunt Bald.in l.quęcunque.infra de bon, quæ liber.& in l.fin.infra ad Macedon.Anton.Butr. in c.cum consuetudinis,de consue.Abb.in c.licet,nu.11.de regul.Petr.Ancha.in cle.1. 14.not.de for.comp.Ang.verbo religiosus.nu.36.Rolan.à Valle. cõsi. 67.nu.64.lib.3.& Iacob.Men.consi.188. nu.8.

48 Tertiò,vt rectè licentia concessa dicatur,necesse est,vt arbitrio boni viri,non ex libera voluntate concedatur,cuius rei author est. Bar. in l.alio hærede.num. 8. ff. de alimen.& cibar.legat.à quo non dissentiunt Abb.in c.penult.de cleric.non resident.& in cap.cum ad monasterium.num.23.de statu monach.Guid.Pap.decisi.475.& Iaso. in l.si sic legatum.num.29.de legat.1.aduersus Innocen.in c.cum ad mona-
49 sterium,de stat.monach.ex quo necessariò sequitur, † vt si absq; causa proprio arbitrio transitus fit,nec qui transit absque causa,nec qui licentiam concedit in foro conscientiæ tutus remaneat,cum viri boni arbitrio non sit vsus,ad cuius officium iuris regulas sequi pertinet,quę transitum absque rationabili causa prohibent, vt superius docuimus:id autem boni viri proprium esse tradiderunt Bart.in extrauagant.ad reprimen.verb.videbitur Anton. Butr. Imol. & Felyn. latè.num.51.in cap.1.de const.Alex.& Ias.num.26. in l.si sic legatum. de leg.1.Roman.consi.145.Alex.consi.3. nu.8. consi.33. nu.3.lib.1.& consi.129.nu.2.lib.2.

50 Quartò,vt transeundi licentia concedi possit,Abbatis, & conuentus requiritur consensus ex sentent.Innocent.& Ægid. Bellam. nu.4. in c.fin.de renunciation.Card.Tur.Crem.in Can.1.19.q.3. Ange.ver. religiosus.nu.36.Siluest.verbo religio.4.q.3.mouentur ij ex can. statuimus.19.q.3.in quo statuitur etiam strictioris religionis obtentu neminem posse recedere sint patris,& totius congregationis consensu. Præterea si rerum alienatio cum consensu Capituli facienda est toto titulo de ijs,quę fiunt à prælat.absque consen.Capit. multò magis personarum alienatio,cuius causa res alienãtur. l.sancimus hoc eodem titu.non sit absque consensu Capituli permittenda:& deniq; si in

si in incorporatione ad religionem solius prælati authoritas non est sufficiens absque conuentu, multò facilius id in excorporatione admittendum est.

Contrariæ autem opinionis defensores fuere glo.Ioan.And. Gem. Petr.Ancharan.Philip.Franc.in c.cum singula.§.prohibemus.de præben.lib.6.Archidiacon.in Can.quam sit.18.quęst.2.idem Archidiaco. & Ægid.Bellam.in Can.statuimus.19. quæst. 4. idque videtur statutũ in l.9.& 10.titu.7.par.1.Hanc approbat D. Bernardus epistola 252. ad Abbatem de premostrato, asserens emancipationem monachi ad solum Abbatem pertinere: Nec obstat Can.statuimus. 19.quęst.3.vt enim inibi Archidiacon. admonet, vt relatum est in nouissima impressione,& emendatione,beneficio sanctissimi, ac maximi Pontificis Gregorij XIII. facta, in quampluribus vetustis exemplaribus aliter habetur.Nempe absque patris totius congregationis consensu: nec etiam obstat,quod de excorporatione dicebatur: hæc enim non est propria excorporatio,aut vera alienatio:sed potius in perfectiorem statum translatio,prior tamen sententia tutior est, vt tradit Archidiacon.loco adducto,& fortè verior, cum sæpe graui damno posset monasterium affici ex huiusmodi licentia, quod à sola voluntate prælati dependere non debet qui forsan amore præmij, vel aliorũ odio,eius,quod decet oblitus,licentiam facile concederet.

51 Quod si Abbatis sedes vacaret,nulli dubium est, Capituli consensum sufficere,Archidiacon.in cap.statuimus.19.quęst.3. Ioann. Andr. Geminian.& Philipp.Franc.in cap.si religiosus. de elect. lib. 6. Lap. Alleg.61.num.2.Calderin.consi.3.& 14.de regular.& Rebuff.trac.de translat.monac.nu.2.

52 Quod si ab ijs,a quibus opus erat licentiam monacus petierit,fuerit q; sibi denegata ad arctiorem propria authoritate transire omni cessante impedimento licitè poterit:sufficit enim petere, etiam si nõ obtineatur.c.cum olim.de arbitr.cap.potuit.de locat. l.fina. infra de iure emphyt.& ex cap.licet,de regul.not.inibi glo.Innocen. Hostien. nume.5.Henric.Boich.nume.8.glo.in Can.Admonet. de renunc. glo. Bar.& alij in l.qui sub prætextu. Hoc eodem titu. Alberic. in diction. verb.religio 5.Anton.& Imo.in c.fin.de renunc.Lap.alleg. 130. Rom. singul.458.Bonifac.in clemen.1.num.18.de regul.Soc.consi.222.li.2. Caiet.2.2.q.189.ar.8.cuius rei ea est ratio, quod huiusmodi licentia à iure concedatur,sed solum petere necesse est,ne bonum obedientiæ omittatur,& leuitatis causa transire videatur.

53 Idem etiam dicendum est cum petentem monachum licentiã no-

fuit Abbas,vel prior audire,vel eo audito reſponſum non dedit, vel reſpondit,ſed aut non probabiliter, aut falsè,aut iniuſtè, aut malitiosè,vt ſcribunt Innocen.num.2.Hoſtien.nume.16. Ioan. And. nume.7.

54 Aret.num.6 in d.cap.licet,de regular.Silueſt.verb.religio 4.q.1. †qui ſi ſtrictiorem religionem non inueniat, aut intra annum reuertatur religionis non ferens aſperitatem, eſt à monachis prioris monaſterij recipiendus,etiam inuitis authore D.Bern.epiſt.32.

55 Si verò ex probabili cauſa denegetur:non licet propria authoritate ſpreto ſuperioris præcepto tranſire,cauſæ autem ex quibus denegari poteſt,licentia plures eſſe poſſunt.

56 Prima earum eſt,cum adhuc monachus certam religionē, ad quā tranſire deſiderat non inuenit,quæ eū parata ſit recipere,vt frequentius concludunt Innocen.Ioan.And.Anton.Butr.Ægid.Bellam. Card. Floren.& Ioan.Imol.in cap.fina.de renunciat.Archidiac.Card.Turre Crem Gem.Præpoſi.in Can.primo.72.diſtinct Abb.conſi.9. li.1. Alberic.in dict.verbo religio 5.§.1.Soc.conſi.222.lib.2.& Gregor.Lop. in l.9.titu.7.par.1.verb. *à otra*. Immo quod fortius eſt,concludunt ſuperius adducti nec eſſe permiſſum Abbati hoc facere,licet poſsit ex cauſa ſub propria obedientia illum dimittere, vt aliquod monaſterium arctius perquirat:cum monachus eſt ſuſpectus, ne aliquid grauius committat,fugiens abſque licentia apoſtatando.

57 † Poteſt ſecundò prælatus licentiam denegare,cum dubitatur, an ſpiritu Dei ducatur, qui vult tranſire,tunc enim à ſuperiore hoc per

58 ſcrutandum eſt,vt ſtatuit ſum.Pont.in cap.licet,de regular. † Dubitationis autem cauſæ ex pluribus colligi poſſunt, vt ſi ſit homo naturaleuis,qui cum alijs cum difficultate commoratur, vel cū habuit verba cum prelato,aut monachis,aut dixit nolle amplius cum eis commorari,aut cum vult tranſire ad parem,vel laxiorem nulla cauſa adducta,ſed ſolum diuina inſpiratione,vt explicāt Hoſtien.numero 15. Ioan.And.nume.7.Henric.Boich.& Anton.Butrius, num.5.in cap.licet,de regular.

59 Idem tertiò obſeruandum eſt,cum prælatus adhuc non eſt certioratus an religio ad quam tranſire vult ſit arctior, vt not. Card.Flor. & Imol.nu.1.in c.fi.de renunc.

60 Quartò cum ex eius tranſitu primum monaſterium grauē ſubiret iacturam,aut infamiam,ſi credimus Innocen.num.6. Hoſtien.nu. 6.Ioan.Andr.num.22.Henric.Boich.num.7.& Anton.Butr. nume.14. in cap.licet,de regular.Alber.verb.religio 5.Bonifac.in clemen.1. de regular.Card.à Tur.Crem.in Canon.primo.19. q.3.Friburg.in ſum.

Confeſ.

Confeſ.lib.3.titu.28.quæſt.15.Ange.Clauas.in ſum.verbo religioſus. num.35.& Silueſt.verbo religio 4.quæſt.1.cuius rei ea eſt ratio, quā retulit D.Pau.in c.niſi cum pridem,de renun.nēpe quod nemo eſſe debeat lapis offenſionis,vel ſcandali. item & alia quod publica prioris monaſterij vtilitas,priuatę ipſius monachi præferenda ſit, vt docent

61 ſcribentes omnes,quos ſuperius adduximus: † immo hoc caſu non ſolum prohibetur tranſitus, verum etiam ſi permiſſus à ſuperiore fuiſſet,adhuc ob prioris monaſterij damnum,monachus reſtituēdus eſt,vt ij omnes fatentur.

62 Quintò legitimè negat ſuperior licentiam,cum ob aliquam difficultatem,ſapientium velle ſe conſilium requirere aſſerit: nec enim tenetur inconſultè reſpondere,ut optimè docuit Silueſt. uer. religio 4.quæſt.1.

63 Et denique ſextò ſumma cum ratione licentia denegatur,cum monachum ex temeritate,aut leuitate tranſire conſtat.c.licet,de regul. can.virgines.20.q.4.his itaque caſibus rectè trāſitus prohibetur, ita vt non poſsit monachus ſuperiore repugnante tranſire,vel eius licētia ſaltim non petita.

64 Quod ſi licentia non petita,aut ſuperioris contempto præcepto, propria authoritate,abſque literis dimiſſorijs tranſeat, ab alterius monaſterij Abbate,licet arctioris vitæ recipiendus non eſt,ex diſpo-

65 ſitione can.ſtatuimus.19.q.3.† tenetur enim poſterioris monaſterij prælatus literis ad priorem Abbatem miſsis,rationes ab eo requirere,quibus licentiam huiuſmodi non conceſſerit,cui aut ſi manifeſtè, calumniosè,aut falsè,aut nullo modo reſponderit, licitè eum recipere poteſt: ſi verò cauſam reddiderit, quæ non ſit notoriè friuola, licet monachus cauſę iniuſtitiam probare velit, priori tamen monaſterio reſtituendus eſt.

66 Si verò in ſecundo monaſterio ſit admiſſus in caſu prohibito,prioris monaſterij Abbati plures competūt actiones: nempe rei vendicatio,iuxta tradita à Bar.in l.1.§.per hanc. ff.de rei vendica. condictio, officium iudicis,& actio ex cano.ſtatuimus. 19.q.3. vt proſequuntur Hoſtien.& Ioan.Andr.ille num.16.iſte.num.11.in cap. licet. de regul. quibus actionibus intentatis priori monaſterio reſtituendus eſt:dūmodo probabile ſit dictum Abbatis,etiam ſi monachus appellaſſet, vt frequentius receptum eſt ab Hoſt.num.16. Ioan.Andr. nume. 9. & 11.Anton.Butr.nume.10.& Abba.in fine,in capitu.ſuperius adducto.

67 † Qua reſtitutione facta,ſi minori tempore, quam anno in poſteriori monaſterio permanſit,non tenentur monachi ſecundi monaſterij eū

defendere,ſi verò integro anno in ſecundo monaſterio permanſit, ac profeſſus eſt:tenentur monachi ſecundi monaſterij eum defendere, aduerſus quos ſi iudicatum fuerit,cogendus eſt monachus in priori monaſterio permanere:cui ab Abbate pœna religionis iniungenda eſt,ſi verò contra Abbatem primi monaſterij ſententia prolata eſt,reſtituendus eſt ſecundo monaſterio, & Abbas à ſuperiore puniendus; quo caſu tenentur monachi ſecundi munaſterij eum recipere, omni oppoſitione ceſſante,cum in eum ſemel conſenſerint. niſi tamen graue inde ſcandalum oriretur,vt latè explicant Hoſt.nu.16.Io.And.nu. 11.& 12.& Ant.nu.11.in ſæpe adducto.c.licet,de reg.

68 Idem pariter,quod ſuperius diximus reuocandum eſſe monachũ cum ex cauſa denegata licentia admiſſus eſt,locum habet, etiam cũ licet ad arctiorem tranſire,licentia tamen non petita, proprio arbitrio diſcesſit:hic.n.vtiq; reuocandus eſt , ex frequentiori ſcribẽtium ſententia,vt docuerunt gl.Inn.Hoſt.Io.And.Ant.But & Abb. in c.intelleximus de ætat.& qual.glo.Arch.Phil.Fran.in c. cum ſingula. §. prohibemus de præb.lib.6 glo.& Archid.in can mandamus.19.q.3.Hoſt. nu.9.Io.And.n.21.Henr.Boich.poſt Riccardum,& Aſtenſem.nu.13.& Abb.nu.10.in c.licet,de reg.idem Henr.in c.ex parte.nu.5. de tempo. ordin.Lap.alleg.130.nu.3 Calder.conſi.25 de reg.Abb.conſi.45.nu.2 conſi.341,nu.3.quod abſq; difficultate verius eſt,cum enim licentiam petere monachus debeat, ne bonum obedientiæ contemni videatur , vt ſtatuitur in c.licet:ſatis aperta coniectura diſcernitur eũ ſpiritus ſancti inſtinctu non tranſire,cum inobediens ſit,Deus autem neminem inducit ad peccatum , quocirca cum non ducatur ſpiritu Dei,reuocandus vtiq; eſt,vt in ſuperioribus probatum eſt.

69 Quidquid contra ſenſerint glo.Abb.antiquus,& Cald.in c.licet,de reg.Goff.in c.ſanè,eo.tit.Alb.in dict.ver.relig.5.§.1 Io.Plat. in l.vnic. nu.7.C.de theſa.li.10.Io.Frib.in ſum.Conf.lib.1.tit.8.q.27.& Sil.ver. relig.4.q,1.quos non adiuuat.c.ſanè. de reg. illud.n.ex diſpenſatione quadam inductum eſt,vt inibi intelligunt Hoſt. Io.And. & alij , idem Innoc.Hoſt.Io.And.& Abb.in c.intelleximus.de ætat.& qual.& in cap. licet,de regular.

Immo id etiam admittendum eſt,cum dubitatur an fuerit petita licentia ex ſen.Card.in cle.1.de reg.cum vt quid facti non præſumatur vt docet Abb.conſi.96.lib.1.ſi verò non repetatur, non tenetur ſpõtè redire,vt docet Inn.Hoſt.Io.And.& Abb.in c.intelleximus,de ætate &

70 qual. † Idem quoq; ſi ſtatim reuertatur, prioris monaſterij monachi illum recipere non tenentur,vt tradunt Hoſt.Io.And.& Abb. dic.loco Bal.

Bal.in l.cum in adoptiuis.nu.4.infra de adop. quod tũ verum non arbitror,cum proprium recognoſcens errorẽ prioris monaſterij prælato ſe ſubmiſit,immo competet illi actio contra primum monaſterium,niſi ter aufugerit , vt poſtquamplures probat Abba. conſilio 96. numer.2. lib.1.& hæc de tranſitu ad arctiorem ſufficiant.

71 Ad æqualem verò tranſire religionem prohibitum eſt, cum ceſſent rationes illæ,quæ ad arctiorem tranſitum permittebant: ex cauſa tũ concedi ſolet,ſed tota difficultas eſt, cuius in hoc caſu requiratur au-

72 thoritas † nonnulli.n.ſolius Abbatis conſenſum ſufficere autumant glo.ſcilicet,& Abb.in c.non eſt,de reg.Gem.& Phil.Fran. in c.cum ſingula.§.prohibemus.de preb.li.6.quæ ſentẽtia recepta videtur in l.10 tit.7.par.1.alij Abbatis,& conuentus conſenſum requirunt,vt glo.in c.cum ſingula.de præb.li.6.& in can.2.58.diſt.Imo.in c.fi. nu.1. de renunc.Rom.ſing.458.& Ang.ver.religioſus.nu.35. Tertia denique eſt eorum ſententia,qui etiã Epiſcopi aſſenſum expoſcunt,cuius author eſt Innoc.in c.fi.de renunt.& in c.non eſt,de reg.quod receperunt Archid.in Can.quam ſit.nu.6.18.q.2.& in c.ſi religioſus,de electio.lib.6 Io.Mona.Io.And.& Card.in c.cum ſingula,de præb.lib.6.Ant.Butr.in c.non eſt,& in c.ſignificatum,de regular.Io.Frib.in ſumm.Conf.lib.3. tit.28.q 2.Henric.Boich.in c.licet.nu.9.de regul.Alber. verb. religio 5.§.2.Bonifacius,in cle.1.nu.18.de reg.Sil.ver.religio 4.q.2. quod tutius eſſe fatetur.Abb.in c.non eſt,de regul.quæ vt tutior amplectenda eſt,priori reiecta ſententia,nam ſi etiam ad arctiorem ſolius Abbatis licentia non eſt ſufficiens, vt probatum eſt ſuperius,multò minus ſufficiet ad æqualem.

73 Ad laxiorem denique religionem tranſire, eſt expreſſo iure prohibitum:ait enim D.Noſter.Luc.9. in fine . *Nemo mittens manum ad aratrum,& reſpiciens retro,aptus eſt regno Dei:* qua in re egregia extat D. Bernardi ad Robertum nepotem epiſto.1.qui ab ordine Ciſtercienſi poſt profeſſionem,ad Turiacum ordinem laxiorem tranſierat. *Alius itaque* (inquit Bernardus) *fortè aliter tentaret,& uerè, quis alius non magis diſcuteret reatum,& incuteret metum,non opponeret notum,& præponeret iudicium,non argueret inobedientiæ, non indignaretur apoſtaſiæ , quod de tunicis ad pellicias,de oleribus ad delitias , & deniq; ad diuitias de pupertate tranſiuit*(& paulo poſt)*mittitur interea pro eo Romam, Apoſtolica cõpellatur authoritas,& ut Papa non neget aſſenſum,ſuggeritur ei infantẽ olim à parentibus oblatum fuiſſe monaſterio,non fuit, qui repelleret , neq; contradictor eſt expectatus , iudicatum eſt de parte,obiudicatum abſentibus, iuſtificati ſunt qui iniuriam fecerunt,exciderunt à cauſa,qui paſſi ſunt abſq; ſatisfactione,ab ſolui-*

soluitur reus,firmatur priuilegio crudeli, nimium Clemens ſnã absolutionis, quo reportato,cõfirmaretur fluctuãti male ſuaſa ſtabilitas,ſecuritas dubitanti: hic tenor literarum,hæc iudici ſumma, hæc totius cauſæ definitio,ut teneant, qui tulerunt,ſileant,qui obmiſerunt, inter hæc autem pereat anima, pro quæ Chriſtus mortuus eſt, & hoc quia Cluniacenſes uolunt, ſit profeſsio ſuper profeſsionem,uouetur,quod non ſoluetur,proponitur,quod non tenebitur,& cum primum pactum irritum factum ſit,in ſecundo geminatur præuaricatio; & ſit ſupra modum peccans peccatum, ueni, & uenict, qui malè iudicata reiudicabit,illicitè iurata confutabit(&paulo poſt) *ſed quid faciet* (inquit) *qui aliud non poteſt? bene ſcio quia delicatus es, & quod ijs aſſuetus modo duriora non poſſis: ſed quid ſi potes facere,vt poſsis? quæris quomodo? ſurge, præcingere, tolle otium, exerce uires,moue brachia, complosas explica manus, exercitare in aliquo,& ſtatim ſenties ſola te appetere,quæ famem tollant, non fauces demulceant,reddet quippe ſapores rebus exercitiũ, quos tulit inertia, multaque reſpuis otioſus,poſt laborem ſumes cum deſiderio: ſiquidem otium parit faſtidium,exercitium famem,fames autem miro modo dulcia reddit, quæ faſtidiũ faciunt inſipida,Olus, Faba, Pultes,paniſq; cibarius cum aqua quieſcenti quidem faſtidio ſunt: ſed exercitato magnæ uidentur delitiæ: iam forte tunicis aſſuetus exhorres nimirum eas,tam propter hyemis frigus,quam propter æſtatis ardorem: ſed nunquid legiſti, qui timet pruinam, ueniet ſuper eum nix? vigilias times,& ieiunia, manuumq; laborem, ſed hæc leuia ſunt, meditanti flammas perpetuas,recordatio deinde tenebrarum exteriorum facit non horrere ſolitudinem, ſi futuram cogitas de verbis otioſis diſcuſsionem: non ualde diſplicebit ſilentium,fletus æternus, & ſtridor ille dentium, ante cordis oculos reductus pares tibi reddet mattam,& culcitram: Denique ſi totum de nocte, quod regula præcipit, bene ad pſalmos uigilaueris, nimis durus erit lectus, in quo quiete non dormias,ſi tantum in die,quantum profeſſus es laboraueris: durus erit cibus,quem libenter non comedas, ſurge miles Chriſti, ſurge excutere de puluere,reuertere ad prælium, unde fugiſti: fortius poſt fugam præliaturus, glorioſius triumphaturus: Habet quidem Chriſtus multos milites, qui fortiſsimè cœperunt,ſteterunt,ſucerunt,paucos autem qui de fuga conuerſi, rurſus ſe periculo ingeſſerint,qui declinarant, rurſus fugarint hoſtes, quos fugiebant: & quia omne rarum pretioſum, gaudeo te de illis poſſe eſſe, qui quantò rariores, tantò apparebunt glorioſiores,*(& tandem epiſtolam claudens) *uæ*(inquit) *ſi declinando pugnam perdis,& uictoriam ſimul, & coronam, quod ipſe auertat à te fili dilectiſsime,qui in iudicio de ijs meis literis maiorem tibi habet inferre damnationem,ſi nullam ex eis in te repererit emendationem.* Hęc Bernardus.

Et idem Bernardus in libro de diſpenſatione, & prȩcepto tranſitũ ad

ad remiſsiõ ẽ apoſtaſiam eſſe affirmat, quod ne diutius immoremur latisſimè probat ex grauiſsimis authoribus Franc.Turria.lib.1.& 2. de votis monaſticis.quod hodie à Concilio Tridentino, ſeſſ.25.c.19. expreſsius eſt prohibitum,vt nullus regularis cuiuſcunque facultatis vigore transferatur ad laxiorem religionem: in hoc autem quod de tranſitu de vna ad aliam religionem diximus: animaduertendũ eſt,tam ad arctiorem,quàm ad æqualem, vel laxiorem propria cuiuſque religionis priuilegia eſſe inſpicienda, quælibet namque ſua habet priuilegia, & concesſiones, atque ideo in huiuſmodi caſibus ad ea eſt recurrendum.

Hoc tamen quod hucuſque probatum eſt illicitum eſſe ad laxiorem tranſitum,ac eos,qui tranſeunt in Apoſtaſiæ crimen incidere ali quibus caſibus locum non habet.

74 Quorum primus eſt,& indubitabilis: cum in ſtrictiori religione non eſt adhuc profeſſus: huic enim licitè ad ſeculum tranſire permittitur,multo facilius ad laxiorem tranſitus permittendus eſt l.10. tit. 7.parti prima.

75 Secundus caſus eſt,cum quis religioni in genere eſt obligatus, tũc enim ad quamcunque tranſire permittitur.cap.ſuper eo.cap.ſignificatum.de regul.not.Archidiacon.in Can.monachum: 20. q. 1. Lapus alleg.130.nu.3.& Phil.Fran.in c.cum ſingula.5.prohibemus. nu.3. de præben.lib.6.

76 Tertius caſus eſt cum à ſummo Pontifice aliqua fuit interdicta religio,ac illius religionis monachis ad alios ordines tranſeundi eſt cõceſſa licentia:quo etiam caſu ad laxiores tranſire poſſunt ex ſenten. Io.And.poſt alios in c.1.de religio.domibus.lib.6.quod non ita libenter admitterem:non eſt enim præſumendum ſum.Pont.de laxiori intellexiſſe,ſed vel de æquali,vel ſtrictiori.

77 Quartus caſus eſt cum quis poſt votum arctiorem ingrediendi religionem,in aliã laxiorem ingreſſus,& profeſſus eſt, licet enim peccet valida tamen eſt in laxiori facta profeſsio in cap.qui poſt votum, vbi omnes not.de regular.lib.6.D.Thom.2.2.quęſt.189.ad ſecũdum, art.8.in fin.

78 Quintus caſus eſt cum in arctiori monaſterio regula nõ ſeruatur, ita vt præſenti inſpecto ſtatu ſtrictior ſit religio, ad quam vult tranſire,cum prior ſit relaxata, In ſecunda verò obſeruantia vigeat regularis ab initio inſtituta,quod probatur exemplo Ioan.Abb.qui à ſolitaria vita tranſierat ad monachorum conuentum: ex quo vita ſolitaria cœperat relaxari,ſententia eſt D.Thom.2.2.q.189. art.8. quã re-

reœpertunt Innocen.Hoſtien.Ioan.And.Abb.in c.ſanè. de regu. Card. Tur.Crem.in Can.primo.19 q.3.Card.Floren.conſi.78. Ioan.Fribur. in ſum.Confeſ.lib.3.titu.28.q.15.Alber.verbo religio.5.§.1. Ange.verbo religioſus.nu.35.Silue.verb.religio 4.q.2. Armilla verbo religio num.14.& Gregor.Lop.in l.9.titu.7.par.1. quod verum eſt, cum reformationis prioris religionis nulla ſpes habetur,vt Io. And. Abb. &
79 alij locis adductis adnotauerunt. † Nec etiam hoc caſu licentiam petere ſufficit,ſed obtinere neceſſe eſt,requiritur enim ſuperioris iudicium,vt D.Thom.d.art.8.docuit,huius rei euidens ratio eſt : nam cũ res certa non ſit,neque maius bonum ſit euidens , ſuperioris iudiciũ expoſcendum eſt,quo eam mutationem ſibi ad finem conducere certus reddatur,vt optimè adnotauit Caie.2.2.q.189.ar.8.quod ſentiũt Io.Frib.& Alb.locis adductis.

80 Sextus caſus eſt,cum à monaſterio ad aliquem confugit locum, in quo non reperitur religio ſui ordinis, vel arctioris, tunc enim in laxiorem,quę eo in loco reperitur ingredi permittitur Io.Fribur.in ſum.Conf.tit.28,q.2.lib.3.Ange.verbo religioſus.num.43. eſtq; ſtatutum l.19.tit.7.par.1.

81 Septimus caſus cum infirmus quis,aut debilis eſt,ita vt dubitetur ne arctioris religionis poſsit ſtatuta ſeruare, credatur tamen laxioris ſtatuta melius ſeruare poſſe : nam cũ ad impoſsibile nemo teneatur,atque illa prima religio impoſsibilis facta ſit,poteſt ſolui ab obligatione ad impoſsibile , obligatione tamen ad poſsibile remanente,quo tamen caſu diſpenſatio neceſſaria eſt,author eſt D.Tho. 2. 2. q.189.ar.8,idem tradiderunt Archid.Ægid.in can.monachum. num. 2.20.quęſt.1.idem Alber.verbo religio.5.§.1.Ioan.Friburg.in ſumm. Confeſſ.titu.28.lib.3.quæſt.15.Abb.in cap.non eſt,de regular.num.6. Ang.verbo religioſus,nu.35.Silueſt.verb.religio 4.q.5.Armil. verbo religio num.14.

82 Sed difficultas eſt cuius diſpenſatio requiratur cum in varias ſententias ſcribentes abierint,quarum prima eorum eſt , qui Epiſcopi diſpenſationem ſufficere arbitrantur Inno.Hoſt.Io.And.Ægid.Bella. Abb.& alij in c.fin.de renun.Specul.in tit.de legato.§.nunc Epiſcopũ, Inno.in c.ſignificatum,de regul.Archid. Ioan. Andr.Card. & Philipp. Fran.in cap.cum ſingula. §. prohibemus. de præbend.lib.6.Abba. in cap.non eſt.nume.6.de regular.qui adducit Archidiacon. in can. monachum.20.quæſtione prima. D.Bonauentura. in lib.de diſpenſatione.Secunda eſt eorum opinio,qui Abbatis,& conuentus conſenſum, & Epiſcopi requirunt diſpenſationem,vt ſcribunt Archid.Bellam.in

Canon.

Canon.monachum.20.quæſtione prima.

Tertia eſt Antonij Butr. in cap. fin.de renuntiation. & cap.non eſt de regul.& Geminian.in d.cap.cum ſingula.§.prohibemus.de prębẽ. lib.6.aſſerentium ſum.Pont.diſpenſationem requiri, niſi cauſa celeritatem expoſcat , quam ſententiam intrepide , & generaliter tuetur Henr.Boich.in cap.licet,nume.10.de regular.eam veram intelligens etiam ſi quis ingreſſus eſſet in minori ætate,de quo non dubitant Innocent.in c.ſignificatum,de regular.Gemin.Philipp.Fran. Poſt alios in d.cap.cum ſingula.§.prohibemus.de præbend.lib.6.in quo opinionum conflictu poſteriori huic ſententię,vt tutiori libenter aſſentirẽ, licet Eranc.Turrian.lib.2.de votis monaſticis pluribus authoritatibus probare conetur,non eſſe legitimam diſpenſandi cauſam, corporis debilitatem,aut infirmitatem .

83 Octauus denique caſus eſt,cum ſum. Pont. abſoluta poteſtate vtitur & ſine cauſa diſpenſat,vt quis poſsit ad laxiorem tranſire, quod facere illum poſſe firmarunt glo.Ioan.Monach. & Ioan. Andr. in c.cũ ſingula.§.prohibemus.de præbend.lib.6.Lap.alleg.130. nume.2. & 3. Anton.Butr.in c.non eſt,de regul.Imol.in c.fina.num.5. de renunciat. & Bonifac.in clemen.1. num.18. de regular. de veritate tamen huius concluſionis latè glo.Hoſtien.in cap.non eſt de voto,Abb. in cap. non eſt,de regula.& conſi.96.lib.1.Philip.Fran.in cap.cum ſingula.§.prohibemus.num.14.de prębend.lib.6.Ioan.Baptiſta Caſtell. ad Alber.in dictionario verbo religio 5.§.1.Angelus Clauas.verbo religioſus,nume.31.& Silu.verbo religio.4.q.2.idem Angel.poſt Abb. verbo diſpẽſatio.num.34.

SVMMARIVM EX CAP. X.

1 *EPiſcopus tranſire ad religionem non poteſt.*
2 *Epiſcoporum ſtatus perfectior eſt ſtatu religioſorum.*
3 *Matrimonium contrahitur inter Epiſcopum,& Eccleſiam.*
4 *Epiſcopi votum in conſecratione emittunt.*
5 *Epiſcopus poteſt tranſire ad religionem,in illis caſibus,in quibus poteſt Epiſcopatui renuntiare .*
6 *Prælati ſummi Pontifici immediatè ſubiecti ad religionem tranſire nõ poſſunt ſine eius licentia.*
7 *Sed hoc intelligitur dummodo fuerit negata licentia , ſecus non obtenta , cuius*

contrarium verius arbitramur.

8 *Clerici ad religionem transire possunt.*

9 *Secus si graue damnum Ecclesiæ infertur.*

CAPVT DECIMVM.

1 EPISCOPIS quoque ad religionem transire prohibitum est,vt statuit Innocent.3.in cap.nisi cum pridem, de renunc.& in cap.licet,de regular. idque verum est non solum in consecratis, verum etiam in electis, ex senten.Ioan.Friburg.in summ.Confess.lib.3.tit.28.q.2. & Henr.Boich.in c.licet.num.1.de regula. huius autẽ conclusionis plures sunt rationes.

2 Quarũ prima est perfectio,& excellentia status Episcoporum qui religiosorum statu est perfectior, quapropter à maiori perfectione ad minorem descendere permittendum Episcopo non est, vt docet um.Pont.in d.cap.nisi cum pri dem,& c.licet,de regula. & D.Thom.

3 2.2.q.185.ar.4.ijs accedat secunda, † quod cum matrimonium inter Ecclesiam,& Episcopum contrahatur,non debet ex propria Episcopi voluntate dissolui Can.sicut vir,& Canon.sicut alterius,vbi latius Card.Turre Crem.7.quæst.1.c.quanto.c.inter corporalia. c.licet, de

4 translatione Episcoporum.Tertia est prohibitionis ratio † quę in voto consistit,quod in consecratione emittunt Episcopi, vt docent D. Thom.2.2.q.185.art.4.Caietan.q.189.art.7. Domin.Sotus. lib.10. de iust.& iure,q.2.ar.4.Addatur iam dictis,& quarta, quæ in publica vtilitate,hoc est in pastorali cura posita est,quę monachorum otio præferenda est authoritate Apostoli ad Philip.1. *Coarctor autem* (inquit) *è duobus,desiderium habens dissolui,& esse cum Christo, multo magis melius: permanere autem in carne necessarium propter uos, & hoc considerans scio, quia maneo,& permanebo omnibus vobis ad profectum vestrum, & gaudium fidei,*Cuius authoritatẽ adduxerunt sum.Pont.in d.cap. nisi cum pridem.D.Thom.d.q.185.ar.4.Card.Tur.Crem.in Can. hoc nequaquã.

5 7.q.1. † Potest tamen in ijs casibus ad religionem transire,in quibus potest Episcopatui renunciare,cum eatenus sit obligatus, quatenus potest subditis suis proficere, quod si ex causa legitima licentiam à sum.Pont.petierit,& obtinuerit,licitè ad monasterium transit, vt statuit sum.Pont.in d.cap.nisi cum pridem,de renunciation.& in c.licet de regular.& explicat D.Thom.2.2.q.185.ar.4.& Dom.Sot.lib.10.de iust.& iur.q.2.ar.4.

Idem

6 Idem quoque dicendum est in prælatis inferioribus exemptis,qui sum.Pont.immediatè subsunt,quod absque eius licentia ,ad religionem transire prælatura dimissa non possunt.cap.cum venerabilis, de consuetud.c.fina.de renunciation.idque decisum à clement.4. tradit Hostien.in c.illud de clerico excommunic. dep. vel int. quam sententiã receperunt Ioan.Friburg.in sum.Confess.lib.3.titu.28.q.2.Ioann. And.in cap.licet,num.15.Anton.num.2.& sequen.& Abb.num.13. de

7 regular.Alber.verbo religio 5.§.1. † Id tamen verum esse tunc intelligatur,cum à prælato petita à sum.Pont.licentia, fuit ab ipso denegata,si verò ea petita non obtenta,nec denegata fuerit, prælatus religionem ingredi,prælatura dimissa licitè poterit: libera sum. Pont. reuocandi facultate remanente.atque ita intelligit Clemen.4.decisi. Ioan.And.post longam disputationem in regul.cum non stat. de reg. iur.lib.6.quod receperunt Henr.Boich.in cap.licet,num.2.& 3.de regul.& Angel.Clauas.in sum.in verbo religiosus.num.36. quæ sententia veritate destituta est,cum enim adhoc, vt transitus permittatur huiusmodi prælatis sum.Pont.licentia requiratur.cap.fin.de renunc. Consequens est,vt expressè necessaria sit, non autem illa taciturnitas sufficiat,vt superius in initio c.de transitu monachorum probatum est,præsertim in hoc casu,in quo non sufficit licentiam petere,vt in monachis,quod tradunt Hostien.in cap.illud, de clerico excomm. Archid.e.si Abbatem,de èlection.lib.6.quidquid contra scripserit Io. Anan.in c.licet.num.4.de regula.& hæc de Episcopis,& Prælatis sum. Pont.subiectis.

8 Clerici verò nullius licentia expectata, ad religionem transire liberè possunt,Can.duæ sunt.19.q.2. ita vt nec Episcopi licentiam requirere teneantur,licet ex honestate id facere debeat, vt docet Inn. Hostien.nume.16.Ioan.And.nume.8.Henr.Boich.nume.6.Anto.Butr. num.7.& Abb.num.14.in c.licet,de regular.quod ea ratione clericis est concessum:quia perfectius est seruire Deo ex obligatione voti,vt docuit D.Thom.2.2.q.189.ar.7.q.88.articu.6.opuscul.17.c.12.& 18.

9 † quod si ex eius transitu,graue damnum inferretur Ecclesiæ,transire non potest,& si transierit reuocatur,si credimus,vt(debemus) Inn. in c.licet,de reg.quem nemine excepto receperunt inibi Host. Ioan. And.Henr.Boich. Ant.Abb.Silu.verbo religio.4. q.1. Gregor. Lopez, in l.10.titu.7.par.1.licet non posse clericum propria authoritate intuitu suę Ecclesiæ exire,affirment glo.in Can.si quis vero.7.q.1.Inno. & Abb.quo loco nuper citauimus.

SVMMARIVM EX CAP. XI.

1 MAtrimonium carnale non consumatum soluitur per ingressum alterius coniugis.
2 Votum simplex solemni professione dissoluitur.
3 Matrimonium non consummatum non dissoluitur si maritus vellet ad sacros ordines promoueri.
4 Etiam si Cardinalis, aut summus Pontifex crearetur.
5 Item non dißoluitur, si vxor vellet suscipere habitum tertij ordinis S. Francisci, de illis, quæ mantellate appellantur.
6 Item si ad heremum alter cuniugum transire vellet, nisi tria substãtialia ibi emitterentur.
7 Matrimonium non consummatum, vt dissoluatur necesse est, ut religionem ex approbatis ingrediatur alter coniugum.
8 Imno ut sit religio, quæ in communi, & in particulari nil possideat, secundum Zanzellinum, quem reprobamus.
9 Bonorum retentio in communi nihil de perfectione minuit.
10 Sponsa per uerba de præsenti vi cognita à marito, religionem ingredi potest & matrimonium dissoluitur, cuius contrarium est verius.
11 Sponsa per uerba de præsenti vi cognita à marito, pendente termino dato ad profitendum, religionem ingredi potest, & matrimonium dissoluitur.
12 Vxor, vel maritus religionem ingredi uolentes, habent spatium duorum mensium ad determinandum, & annum ad probandum aduersus multos, & numero sequen.
13 Ingrediens religionem, si habet beneficium expectandus est per annum.
14 Maritus post contractum matrimonium de præsenti non tenetur reddere debitum uxori, nisi post duos menses.
15 Coniuges non possunt religionem ingredi, post matrimonium consumatum absque alterius consensu.
16 Ingressus alterius ex coniugibus, ut teneat uterque profiteri debet, nisi uxor sit senex, quæ continentiam tantum uouebit.
17 Vxor Episcopi tenetur omnino religionem ingredi, pluribus rationibus.
18 Vxor, quæ licentiam marito dedit, aut tacuit, aut contradixit, si est iuris ignara potest maritum repetere.
19 Non potest tamen cum fornicata est, aut ante, aut post ingressum.
20 Qua exceptione uti poterit monasterium etiam marito nolente, fallit si ante professionem fornicata est.
21 Vxor, quæ marito licentiam dedit ingrediendi, certificata, quid licentiæ nomine

ne ius intelligat, illum repetere non potest.
22 Et hæc si de incontinentia non suspecta, sufficit, ut continentiam uouerat, & in domo propria maneat, secus si iuuenis suspecta.
23 Vxor cum marito licentiam dedit, & compellitur ingredi, uouere in religione non tenetur, nisi uotum emiserit.
24 Maritus ingressus uxore contradicente, uel tacente, uel simulante, ab ipsa reuocatur, nec tenet ingressus.
25 Vxor ingredi potest monasterium, & ibi manere quando maritus ingressus est sine ipsius licentia.
26 Maritus uxorem reuocare non potest, nec illa ipsum quando uterque sine licentia ingressus est.
27 Potest tamen alter alterum reuocare, quando uterque, uel eorum alter alterũ uiuum ignorabat.
28 Maritus, qui uxore inuita ingressus est, potest à monasterio recedere, & uxoris præuenire reuocationem.
29 Maritus, qui uxore contradicente, aut simulante ingressus est, ipsa mortua ante reuocationem à monasterio recedere non potest.
30 Matrimonium, & professio differunt.
31 Maritus, qui uxore contradicente, aut non consentiente ingressus est, & ab ea reuocatus, tenetur ad monasterium redire si professus fuit.
Secus si uxore expresse contradicente ingressus fuit.

CAPVT VNDECIMVM.

CVM de matrimonio spirituali, superius actum sit: cõsequens est, vt de carnali matrimonio agamus, & sic inspiciamus quo nempe casu vxoratus religionẽ possit ingredi, quę res vt facilior reddatur in plures conclusiones distinguenda est.

Prima conclusio est: matrimonium carnale copula non consumatum alterius coniugum ingressu, altero etiam inuito dissolui. §. sponsalibus, in authen. de sanctiss. episcop. l. Deo nobis, infra de episcop. & cler. Canon. desponsatam, & Can. decreta 27. quæst. 2. cap. 2. ex publico, & c. ex parte, de conuer. coniugat. cap. commissũ, de sponsalib. l. 13. tit. 7. par. 1. l. 4. & 8. tit. 1. par. 4. ita vt si quis dixerit matrimonium ratum non consumatum, per solemnẽ religionis professionem alterius coniugum non dirimi, anathema sit, vt statuit Cõcil. Trid. sess. 24. de refor. matr. Can. 6.

Quod diuortium ex diuina fit authoritate, ita intelligentes regulam

lam illã quos Deus coniunxit homo non ſeparet, vt docet ſum. Pont. in c.ex publico,de conuerſ.coniugat.idque exemplo B. Macharij, & Alexij comprobatur quorum primus celebrato nuptiarum cõuiuio cum veſpere thalamum eſſet ingreſſurus, ex vrbe egrediens, tranſmarina petijt,& heremi ſolitudinem ſibi elegit: poſterior verò ex nuptijs ſponſa omiſſa nudus Chriſto famulari cœpit, quod authoritate D.Hieronymi docuit Nicolaus Pontifex in Can.ſcripſit. 27. quæſt.2. grauiſſimo quoque D.N.comprobatur exemplo,qui Ioannem Euangeliſtam à uuptijs ad caſtitatis profeſſionem vocauit, vt tradunt D. Hier.in prolog.Euangelij Io.& in prologo Apocalypſis. D.Auguſt.in proœmio operum Ioannis.Scot.in 4.ſententiarum,diſtinct.31.D.Bonauentu.diſtinct.27.par.2.quæſt.1.Petr.Palud.eadem diſtinct.27. art. 2.& inibi Ioan,Maior.Iacob.Alma.de poteſtat.Eccleſi. cap.15. Clau. Spericeus.l.5.de contin.cap.4.& Melchior Cano.lib.3. de locis Theologiæ.cap.4.

Ratio autem ex qua huiuſmodi matrimonium diſſoluitur multiplex affertur:quarum prima eſt,quod matrimonium non conſumatum ſortitur effectum,ex conſtitutione Eccleſiæ: ideoque poteſt ſum. Pont.in eo diſpẽſare,interpretari, & diſponere ex ſenten. Laurent. Alani,& Goffred.in c.ex publico,de conuer.coniugat. quę tamen ratio frequentiori calculo reijcitur ab Hoſtien.Ioan.Andrea, & cæteris in ſuperius adducto cap.ex publico,& rectè:cum matrimonium non conſummatum,non ſecus quam conſummatum ex diuina inſtitutione pendeat.

Alia pariter affertur ratio,quod matrimonij ratificatio ex conſtitutione firmatur Eccleſiæ virtute ſacramenti baptiſmi, circa quam virtutem libera eſt ſum.Pont.diſpenſandi facultas, vt docet Hoſt. in c.ex parte.lo 2.nu.3.de conuer.coniu.& in c.ex publico, nu.7. eiuſdẽ tit.de quo tamen videndus Caiet.to.1.tit.28.

Affertur,& tertia ratio quod libera ſit Eccleſię facultas matrimonij impedimenta ampliandi,vel relaxandi, quod religionis ingreſſu non diſſoluitur:ſed in melius commutatur, augetur enim vinculum charitatis,quod repræſentatur ex huiuſmodi matrimonio inter Deũ & animam,vt ſcribit idem Hoſt.in c.ex publico.num.13. de conuer.. coniug.& in ſum.eiuſdem titu.§.vltimo,num.7. à quo non diſſentiunt Io.And.num.9 Anton.Butr.nume.16.Ioan.Anan.num.14. & Abb.receptam aſſerens.num.14.in cap.ex publico.Idem Ioan.And. in c.ex parte,lib.2.num.7.Henr.Boich.in cap.vxoratus.num.1.eodem tit. Siluer.diuortium.q.4.idque ſentit D.Thom.in 4.ſententiarum, diſtinct. 27.

27.quæſt.1.ar.3.q.2.& Caietan.quo loco nuper citauimus.Et hæc ratio veritati maximè eſt conſona. Vltima eſt ratio, † nam ſicut votum ſimplex ſolemni profeſſione diſſoluitur,cap.qui poſt votum,de regu. li.6 ita etiam matrimoniũ nõ conſumatũ promiſſione ſolemni caſtitatis ſubſequuta diſſoluitur,vt docent D.Thom.in 4.ſenten.diſtin.27. quæſt.2.& Petr.Palud.quæſt.3.idem Thom.diſt.38.q.1.Ambr.Cather. lib.5.contra Caiet.cap.3.

2

3 Hinc infertur primò † concluſionem noſtram in religionis ingreſſu ſolum veram eſſe:ſecus verò eſſet, ſi quis ad ſacros ordines vellet promoueri,vt declarauit Ioan.22.in extrauagant. antiquæ de voto. Pet.Paludanus,in 4.ſententiarum,diſt.27.q.3. ad tertium. D. Anton. in tertia par.ſuæ ſum.tit.1.cap.21.§.3.glo.& alij,in c.1.de voto. lib. 6. Archidiacon.in Can.deſponſatam.num.4.27.q.2.Ant.Butr. & Io.Ana. in c.ex parte,lib.1.de conuer.coniug.Abb.in c.1.num.5.& in c.2.nu.2 eod.tit.Angel.ver.matrimonium.4.num.18.Silueſt.ver. matrimoniũ. 8.q.22.nu.21.quod verum † eſt etiam ſi maritus ſummus Pontif. aut Cardinalis crearetur adhuc enim non diſſoluitur matrimoniũ. Silu. ver.diuortium.q.4.nu,7.

4

5 Infertur ſecundò eadem ratione non eſſe admittendum ſuperius firmatam concluſionem,ſi ſponſa de præſenti vellet ſuſcipere habitũ tertij ordinis Sancti Franciſci, de illis, quæ mantellatę appellantur Abb.in c.ex parte.lib.2.num.6.de conuer.coniugat.Præpoſi. in c. ſcoriatim.num.5.32.diſt.quod tamen fallit in quibuſdam monialibus. Tertij ordinis,quæ collegialiter viuunt, & tria profitentur vota ex Apoſtolica conceſſione,& Sixti quarti declaratione, vt docet Angel. ver.matrimonium 4.nu.18.& Sil.ver.diuortium.q.3.

6 Infertur tertiò eadem pariter ratione locum non habere ſuperiorem concluſionem, † ſi alter coniugum ad heremum tranſire vellet,aut continentiam vouere,& in propria domo permanere,cum religionem ingredi omninò teneatur,inibique profiteri ex ſenten. glo. Innocen.Hoſtien.num.13.& Abb.num.10.in c.ex parte, lo 2. de conuer.coniug.Ioan.Friburg.in ſum.Confeſſ.lib.1.tit.7. q.39. niſi tamen religionis ſubſtãtialiũ in heremo profeſſio emitteretur,vt poſt Rayner.& D.Thom. tradit Ioann.Friburg. d. q.39.quod veriſimum eſt, authoritate D.Macharij,& Alexij,qui ad heremum trãſierunt Can. ſcripſit 27.quæſtion.2.niſi diceremus illo tempore non fuiſſe introductam hanc religioſæ viuendi normam,quæ nunc poſt Diuum Benedictum eſt in vſu.

7 Neceſſe igitur eſt,vt matrimonium diſſoluatur religionẽ ingredi appro-

aſ probatam,in qua tria ſubſtantialia vota emittantur. d. extrauag.
antiquę de voto:immo quod fortius eſt, docuit inibi Zanzellinus in
8 glo.uer.abdicationem neceſſe eſſe. † vt religionē ingrediatur, in qua
paupertatis votum in particulari,& in communi emittatur:ideoque
eius ſententia inſpecta,religionem ingredi non poterit Canonicorū
regularum Ciſtercienſium,aut aliam in qua bona poſſidentur in cō-
muni,quæ tamen ſententia omninò reijcienda eſt,cum nec ex illa ex-
9 trauaganti colligi poſſit,nec diuerſitatis vilam habeat rationē †cum
bonorum retentio in communi nihil minuat religionis perfectionē.
D.Tho.2.2.q.188.ar.7.Ioan.22.in extrauag.de verb.ſign.cuius initiū
eſt,quia quorundam.col.12.

Sed difficultas non leuis adhuc ſupereſt, an huiuſmodi concluſio,
10 † quæ in ſponſa de præſenti locum habet ad eam extendatur, quę vi
cognita à ſponſo religionem ingredi vult,& locum ſibi etiam iſto ca
ſu vendicare voluerunt,glo.Archid.& Præp.in Can.ſi Euangelica,55.
diſt.Barthol.Brix.q.80.Ang.in l.1.§.remouet ff.de poſtul.Hypp.in l.1.
§.præterea.ff.de quęſt.

Contraria tamen ſententia receptior eſt, quam receperunt Hoſt.
in ſum.de conuer.coniugat.§.fina.verſi.quid ſi virgo.Ioan. Fribur. in
ſum.Confeſſ.lib.1.titu.7.quæſt.42.Henr.Boich.in c.vxoratus. num.3.
& 4.de conuer.coniugat.Bald.in cap.penult.num.8.de probat.D.Ant.
in 3.par.ti.6.cap.21.§.1.Pet.Palud.in 4.ſententiarum,diſt.28.quæſt.3.
& Durand.diſt.22.q.2.cuius rei ea eſt euidens ratio, nam vxorē cō-
primere maritus licitè poteſt,nec iniuriam facit, cum iure ſuo vta-
tur ex ſen.Gulielm.Cun.& Bald.in l.raptores,infra de epiſco. & cler.
Cin.Alber.Bald.Ioan.Fabri, Salic.& Hyppol.in l.1. infra de rapt. vir-
ginum,cum mulier ſit in poteſtate viri quoad vendicationem, forū,
opera,& debitum coniugalem,vt docent Abb.in c.quidem.num.2.de
conuer.coniugat. & Gulielm. Bened. in c. Raynutius verbo eidē Pe-
tro.num.99.atque in ijs vera ſunt,quæ tradunt Bald.in c.1. an mari-
tus ſuccedat vxori,& Alber.in l.ſi vxorem.infra de condit.inſer. & in
l.ſi aduerſus,infra de crimin.expilat.hæred.qui de iure canon.vxorē
in viri poteſtate dicunt eſſe:ſed hoc locum habet quoad ea tantum,
quæ ſuperius dicta ſunt,non autem generaliter quoad omnia, cum
matrimonio patria poteſtas non ſoluatur ex ijs quę latisſimè tradi-
dit Tiraquel,de legib.connub.in initio.

11 Vno tamen caſu prior ſententia ſuſtineri poteſt: † cum pendente
tempore dato ad profitendum, fuit vi cognita à marito, tunc etenim
grauiter delinquit maritus,melius bonum ab vxore iure permitten-
te

te incēptum impediens,cui cum lex diuina ad religionem tranſitū
permitat:omnia quoque impedimenta remouere cenſetur,atque ita
eſt intelligenda.Bartholom.Brixien.& Archid.opinio ſuperius addu
cta,quem in ijs terminis admittunt Ioan.Andreas in regula,quę cō-
tra ius,de regu.iur.lib.6.num.12.& in c.2.num.2. de conuer. coniug.
Abb.in c.verum,de conuer.coniugat. Ange. verbo matrimonium. 4.
num.17.Silu.ver.diuortium.q.5.nu.8.& Greg.Lop.in l.4.tit.1. par.4.
verbo *fueſſe acabado.*

Diſſoluitur autem huiuſmodi matrimonium omnino ſequuta pro
feſſione.§.ſponſalibus,in authen.de ſanct.epiſcop.can.6.Conc.Tridēt.
ſeſſio.24.de reformat.matrimonij,quod notant Hoſtien.in ſumm. de
conuer.coniug.num.11.D.Bonauentu.in 4.ſententiarum,diſtinct.32.
q.2.ar.1. Lap.alleg.129 Abb.in c.2.num.8.de conuer. coniug. Angel.
ver.matrimonium.4.num.18.

12 At ex hoc maior inſurgit difficultas, quod tempus vxori religio-
nem ingredi volenti ſtatuendum ſit:nam in c.ex publico, de conuer.
coniugatorum,ſtatutum eſt duorum menſium terminum eſſe coniu-
gi indulgendum,intra quem deliberet,an velit ad religionem tranſi-
re,an verò ad vxorem reuerti.In quo frequentior eſt eorum ſenten-
tia,qui tempus illud ad profitendum indulgeri arbitrantur, & hoc
duorum menſium tempus,ita breue ad probandum ex ratione aſſi-
gnari volunt,ne alter coniugum longo tempore ſtet in ſuſpenſo, cu-
ius opinionis fautores ſunt,glo.Ioan.And.Anton.But.in c.ex publico,
de conuer.coniug.idem Io.And.in reg.quæ contra ius. nu.12. de reg.
iur.lib.6.Io.Frib.in ſum.Conf.lib.1 tit.8.q.41.Cardin.Tur.Crem.poſt
D.Bonau.in can.1.q.2.in reſpon.33. q.5.

Contrariæ tamen ſententiæ adhæſerunt Hoſt.in ſum.de conuer.cō-
iug.§.fi.verſi.quid ſi maritus.Aſten.in ſum.lib.8.titu.de bono ſacram.
ar.2.Henric.Boich.in cap. vxoratus, numer.1.de conuer. coniugat.
Abb. in cap.ex publico,num.1.eod.titu.& Præpoſi.in can. ſi Euange-
lica.nu.4.55.diſt.

Ego quidem veriorem arbitror poſteriorem hanc ſententiā non
ſolum argumento deſumpto ex voto peregrinationis tranſmarinæ,
quod licitè maritus emittere poteſt,& tamen vxor longiori tempo-
re duorum menſium coniugali debito defraudatur. cap.ex multa,de
voto.Sed idem ex eo, quod in matrimonio ſpirituali ſtatutum eſt in
13 c.beneficium,de regular.lib.6. † expectandum eſſe per annum obti-
nentem beneficium ingreſſum religionem,pendente probationis tē-
pore:ac etiam ex eo,quod in c.ex publico ſtatuitur,debere eum, qui

vult religionem ingredi cautionem preſtare,quod intra duorũ menſium ſpatium,ad religionem tranſibit, quod non poteſt intelligi, vt det cautionem profitendi intra duos menſes, ſed tantum ingrediẽdi, quod à ſua pendebat poteſtate:cum profiteri non poſſit abſque eorum voluntate,qui debent eum ad profeſſionem admittere,quorum factum promittere non poteſt:cum neminem intra annum probationis admittere teneatur.c.ad Apoſtolicam.de regul. Tempus itaque duorum menſium,ideò conceſſum arbitror,vt deliberet maritus, & vires ſuas metiatur,an ſibi religionem ingredi expediat,item vt facilius intelligat an ſpiritu Dei,vel ſubito motu, & cauſa extrinſeca ducatur,& denique vt monaſterium ſibi aptum, & quod eum recipere velit perquirat,quam ſententiam videtur mihi tradidiſſe D.Tho. quem adducit Card.Tur.Crem.in can.ſunt qui dicunt.num.3.verſic.
14 ad ſecundum.27.q.2.qui docuit † maritum poſt contractum matrimonium per verba de præſenti debitum vxori ante duos menſes reddere non teneri,triplici ex cauſa,quarũ prima eſt,vt interim de tranſeundo ad religionem poſſit deliberare. Secunda vt quę ad nuptiarũ ſolemnitatem neceſſaria ſunt parentur. Tertia ne vilem habeat maritus datam,quam non ſuſpirauit dilatam, licet Innocen. & Hoſtien. in c.ex publico aſſerant duorum menſium tẽpus in eo capite ad profitendum dari:ſed illud ex ſum. Pont. diſpenſatione, aliqua ſpeciali ratione moti proceſſiſſe,quę tñ coarctandi temporis à iure ſtatuti facultas ſum.Pont.non inferioribus competit.

Quæ poſterior opinio omni caret dubitatione, cum alter coniugum altero conſentiente ingreſſus eſt,cui integer annus indulgetur glo.in canon.deſponſatam.22.q.2.Hoſtien.in ſum.de conuer.coniug. 9.& qualiter Henr.Boich.in c.vxoratus. num. 1. de conuer.coniugat. Antonius Butrius,num.13.& Abb.num. 11.in c.ex publico, de cõuer. coniugat.Silueſt.verbo diuortium,quæſt.3.num.6.& Greg.Lopez,in l.11.tit.7.par.1.Carere etiam videtur hodie omni dubitatione cum ex Conc.Triden.diſpoſitione non poſſit vllo pacto fieri profeſſio ante annum,ita vt nec ex partium voluntate,huiuſmodi tempori renũciari poſſit,& contra hoc facta profeſſio irrita ſit,nec religioni obliget in genere.c.15.de regul.& monial. ſeſſion. 25. niſi tamen quis fateretur fallere hoc caſu prohibitionẽ huiuſmodi, quod non ſatis probabile eſt,vt ſentit in mendicantibus Io.Ana.in c.ex publico.nu.6. & hęc de matrimonio non conſumato.

15 Secunda principalis concluſio eſt huiuſmodi matrimonio conſumato non poſſe alterum coniugum,altero inuito religionem ingredi,

di,cap.1.cap.veniens,c.placet, & c.vxoratus, de conuer.coniug.hoc enim caſu locum habet euangelica regula, quos Deus coniunxit homo non ſeparet.c.ex publico,eo.tit.

16 Alterius verò conſenſu poteſt alter religionem ingredi, † qui quidẽ ingreſſus,vt omni ex parte abſolutus,& legitimus ſit, debet vterque coniugum ingredi religionem,niſi tamen ſit vxor ſenex,& de incontinentia non ſuſpecta,quam ſufficit continentiã vouere, & in propria domo permanere.c.cum ſis.c.coniugatus.c.ſanè, & c.vxoratus, de conuer.coniug. cano.qui vxorem. 33.q.5.l.2.titu.10.par.4.eadem ratione abſque vxoris conſenſu non poteſt ad ſacros ordines promoueri,can.Epiſcopus,vbi glo.& Card.Tur.Crem.77.diſtinct.quo caſu votum continentiæ ab vxore exigendum eſt.d.can.Epiſcopus. Immo ſi de incontinentia ſit ſuſpecta tenetur ingredi religionem,vt docuerunt Hoſt.Anton.num.4.& Abb.in c.coniugatus,de conuer.coniugat. Card.Tur.Crem.ad ſecundum.Gem.& Præpoſi.in cano.ſi mulier.28. diſt.& huius ſententiæ eſſe D.Thom.in 4.ſententiarum,diſt.37. art.2. dicit Card.loco citato,quamuis Henr.Boich.in c.coniugatus. nume. 5.de conuer.coniug.poſt Bernar.Rayner.& glo. & Ioan.de Friburgo generaliter concludat nullo caſu teneri vxorem ingredi monaſteriũ, & malè cum eædem rationes, quæ in marito religionem ingrediente vigent, multò fortius in eo ad ſacros ordines promoto locum habeant.

17 In vxore tamen Epiſcopi generaliter abſque vlla diſtinctione requiritur,vt religionem profiteatur.c.ſanè,vbi omnes not.de conuer. coniug.idque ſpecialiter ſtatutum eſt in Epiſcopis,non ſolum ob dignitatis excellentiam,verum etiam ob maiora ſcandala, & pericula euitanda,quę remotiſſima eſſe debent à perfectiſſimo paſtorum ſtatu,vt ſcriptum reliquerunt Ioan.Goffred.Hoſtien. Ioan. And.Anton. Ioan.Anan.& Abb.in c.ſanè ſuperius adducto.Inno.in c.cum ſis. eo.ti. glo.in c.quia ſunt.28.diſt.glo.& Archid.in can.deſponſatam. 28.q.2. Henr.Boich.in can.coniugatus.nume.4.Card.Tur.Crem.Geminian. & Præpoſi.in cap.ſi mulier.28.diſtinct.idque ex facto accidit:Ioãnes etenim Lignanus non fuit ad Cardinalatum promotus ab Vrbano: ex quo eius vxor filia Ioan. And.religionem ingredi recuſauit,vt referunt Ioan.And.Anton.Butr.& Ioan.Anan.in d.cap.ſanè. de conuer. coniugat.

18 Quod ſi vxor nec monaſterium ingrediatur,nec continentiæ uotũ emittat,ſed licentiam tantum dederit marito ingrediendi,aut nõ dederit,ſed aut tacuerit,aut contradixerit quibus caſibus poſſit mari

tum reuocare tractandum est,quod vt manifestius fiat plura capita constituenda sunt.

Quorum primũ caput est , cum uxor est iuris ignara,nec certificata quid inducat licentia,& potest maritum repetere.c.significauit.de conuer.coniugatorum.can.placuit.38. dist. tradunt Archidiacon.in can.Agathosa.27.q.2.Lauren.Vincen.Bernard.& Hostien.in c.ex parte,lo 1.de conuer.coniugat.Hostien.in cap.1.in cap.veniens. in c.accedens,& in c significauit,eodem titulo.Archidiac.in can.qui vxorẽ. 33.q.5.Io.Frib.in sum.Conf.lib.1.tit.7.q.4.& Io.Anan. in can. veniẽs, de conuer.coniug.

Et licet contrarium scripserint Innocen.in cap.1. & c.quidem , de conuer.coniug.glo.in cap.ex parte,& in cap.consuluit, eodem titulo Gem.& Præpos.in cap.seriatim.num.5.32.distinct. & D.Bonauentura in 4.sententiarum, distinct.37. tamen scribentes admittunt posse iudicem ex officio maritum reuocare,glo.Hostien.Ioan.And. & Abb. in c.significauit,glo.Anto.& Abb.num.5.in c.vxoratus,de conuer.cõiugat.Hostien.in sum.de conuer.coniugat.§.qualiter . Ioan. Friburg. in sum.Confess.lib.1.titu.7.quæst.9.glo.Hostien.Ioan.And. in cap. accedens.Ioan.And.& Ioann. Anan. in c.ex parte,lo 1.idem Abb.in c.1. num.8.de conuer.coniugat.Gem.& Præpos.nu.5.in can.seriatim.32. dist.Ang.verbo matrimonium.4.nu.9.Siluest.verbo diuortium q.14. l.11.titu.7.par.1.

19 Non procedit tamen hoc cum vxor fornicata est : ea enim inuita, maritus religionem ingredi potest,vel cum post ingressum fornicata est,ratificatur enim professio inualida fornicatione vxoris.c.constitutus,&

20 c.veniens,de conuer.coniug.

Quod si maritus nolit excipere de fornicatione vxoris , poterit ẽt eo inuito monasterium excipere,etiam si maritus post fornicationẽ vxoris in monasterio fornicatus fuerit: cum ex consequenti delicto viri non renascatur ius repetendi competens vxori , cuius fornicatione extinctum est.glo.Innocen.Hostien.num.6.& 7.Ioan.And.nu.5. & Anton.nume.7.& 8.in d.cap.veniens.Archidiaco.in can.quod Deo nu.2.33.quæst.5.Ioan.Friburg.in sum.Confess.lib.1.tit.7.q.49. Immo etiam non excipiente monasterio iudex ex officio excipiet Goffred. Vincen.Ioan.Andr.& Anton.in d.cap.veniens,quod si ante professionem fornicatus est,cum fornicatione exceptionem amiserit, si repetatur ab vxore etiam post professionem, & fateatur fornicationem, inuitis etiã monachis extrahitur *à* monasterio ex sen. Host. Io.And. & Ant.nu.9.in c.veniens,& Io.Frib. d.q.49.

Secun-

21 Secundus casus est in vxore certificata , quid licentiæ nomine intelligat,& hæc nullo pacto maritum repetere potest,nec iudicis officio repetitur,ita concludunt ferè omnes superius relati , & Abb.in c. 1.num.4.& 8.& in cap.ex parte,lo 1.nume.4.& in cap. veniens , nu.3. de conuer.coniugat.Angel.d.verbo matrimonium.4. num.9. Siluest. verbo matrimonium.8.q.12.num.21.& Gregor.Lopez,in l.11. tit. 7.

22 par.1.verbo *esto no ouiesse prometido* † quo casu vxor quidem si inuenis non est,nec de incontinentia suspecta , si continentiam Deo promittat,in domo propria permanere sufficit , nec aliud requiritur , si verò inuenis,vel suspecta est,tenetur ingredi religionẽ. c. vxoratus, c.sanè.c.cum sis,c.ad Apostolicam,& c.significauit,de conuer. cõiug. post Goffred.Innocen.Hostien.Hugo.Lauren.& Archidia. Io.Fribur. Rayner.latè prosequitur Henr. Boich.in c.vxoratus.num.10.de conuer.coniugat.licet Inno.hoc casu etiam teneat vxorem posse maritũ reuocare,quando religionem non ingreditur , & timetur periculum adulterij,quod dixit in c.quidam,num.3.ver.& intelligimus hæc vera,de conuer.coniug.nisi intelligeremus illum,prout potest intelligi per doctrinam Abbatis in c.1.eod.titulo.num.4.quod intelligatur de volente,sed ignorante,quid iste importet consensus,quo casu iam diximus illam posse maritum reuocare.

23 Oritur ex hoc etiam aliud dubium,quod est,an ijs casibus,quibus vxor religionem ingredi compellitur , teneatur quoque profiteri , qua in re Innocen.in c.1.& in c.significauit.de conuer. coniugat. non cogendam vxorem ad profitendum asseruit, cuius contrariũ expressè defendit Hostien.in d.c.1.inter quas contrarietates, mediam quandam viam elegit Calderin.qui quotiescunque vxor religionis vovit ingressum,compellendam esse ad profitendum voluit : quotiescunq; verò continentiam tantum promisit,& dedit licentiam,tunc demum compellendam tradit,cum est iuris conscia,& certificata Calder. sequuti sunt Abb.in c.1.in fin.num.9.& in c.significauit.num.3. Præpo. in can.seriatim.num.5.32.distinct.& Siluest.verb.matrimon.8.quæst. 12.nume.21.

24 Tertivs casus est cum maritus vxore contradicente , vel tacente , aut dissimulante ingressus est,quo quidem casu ingressus non tenet , sed reuocari potest.c.quidam,de conuer.coniug.

25 Occurrunt tamen in hoc casu plures dubitationes , quarum prima est,an ingresso marito absque licentia vxoris, possit vxor eo inuito,ingredi religionem,& Inno.& Ant.in c.quidam, num.9.de conuer. coniug.volunt posse maritum repetere vxorem ingressam eo contra

dicente

dicente,siue sit reconciliatus vxori,siue non, cuius sententiã approbat Henr.Boich.in c.vxoratus.nu.13.

In diuersam tamen sententiam abierunt Rayner. in sum. de voto. §.item coniugum,Archidiacon.in can.mulier.33.q.5.Hostien.in sum. de conuer.coniug.§.& vtrum.Io.Fribur.in sum.Conf.lib.1.tit.8.q.43. Pet.Palud.in 4.sen.dist.27.& Silue.verbo votum 5.nu.7.estq; decisum l.12.tit.7.par.1.qui omnes fatentur tunc demum posse maritũ vxorẽ repetere,cum est reconcili atus vxori.

26 Secundò dubitatur an eum vterque sine licentia ingressus est possit alter alterum reuocare,& non posse dicendu m est: vnusquisque.n. iuri,quod habet in alio in ingressu renuneiat. Ita Rayn.in sum.tit.de vot.§.12.Asten.in sum.lib.8.titu.de bon.sacramen.ar.2. Ioan. Fribur. in sum.Confess.lib.1.titu.8.q.56.Henr.Boich.in c.vxoratus.nume.13. de conuer.coniugat.Innocen.& Ioan.Anan.in c.quidem, in fi.de conuer.coniug.quod dubium non habet,cum vterque professus est, aut votum emisit,hoc affirmante Siluestro verbo votum.5. num. 7. Item

27 etiam cum vterque sciebat alterum viuum: † si verò vterque ignorabat,& alterum mortuum arbitrabatur, poterit vterque veritate cõperta ad seculum redire ex sen.gl.in can.Agathosa 27. q.2. à qua recedit Inno.in c.quidem,de conuer.coniuga.asserens vltimo ingredientis professione vtriusque votum solemnizari, cuius sententiam tutiorem esse scribunt Io.Friburg.in sum.Confes.tit.8.quæstion.57.lib. 1.Henric.Boich.in d.cap.vxoratus, num.14. & Silu. verbo votum 5. num.7.in fine.

28 Dubitatur tertiò an maritus,qui vxore inuita ingressus est possit authoritate propria à monasterio recedere, & vxoris præuenire reuocationem,& dicendum est posse,ita Inno.Io.And.num.3.Ioan.Ana. num.3.in c.quidam.de conuer.coniug.Archid.in can.notificasti,in fi. 33.q.5.& Abb.in cap.accedens,de conuer.coniugat.cuius dicti.quod prima facie videtur nimis dubitabile,cum dici posset eum contrafactum suum venire non posse,& quod semel placuit.l.in diem.de aqua plu.arcen.cum alijs adductis.per glo.in l.creditores, infra de pigno. rationes affert,Inn.in d.c.quidam.Quarum prima est,quia vnus coniugum,sine altero vouere non potest,& si vouit non debet adimplere promissionem,vt in d.c.quidam,& cap.vna.33.q.5.qm̃ eius ingressus non tẽnet,vnde peccat si se ab vxore alienat.

29 Quartum dubium occurrit † an maritus,qui vxore contradicẽte, aut sciente,& dissimulante ingressus est, nec ab ea fuit dum viueret reuocatus,possit ea mortua à monasterio recedere, aut statim inreuoca

nocabiliter mortua vxore obligetur,etiam si mortem ignorauerit, & non posse à monasterio recedere frequentius receptum est: ita.n. docuerunt Innocen.Hostien.nume.3.Ioann.Anan.nume.4. & Abb.nume.4.in cap.quidem.de conuer.coniug. Io.And.Cal.& Abb.in c.1.nu. 2.in c.placet.nu.3.de conuer. coniuga. Ioan.Friburg. in sum.Confes. lib.1.titu.8.q.50.Præposi.in cap.seriatim,nume.5. 32.distinct.Angel. ver.matrimonium 4.num.13.Siluest.verbo diuortium.q.14. & q.19. ver.matrimonium 8.q.12.& verbo votum.4.num.2. licet solus Anto. Butrius,in c.quidam,num.4.de conuer. coniug. illum exire posse affirmet,non data alia professione post mortem vxoris: prima enim professio, vt simplex votum castitatis solum vires habet,quæ quidem sententia verior est,quoadhoc,vt professus nõ dicatur, quotiescunque monasterium impedimentum ignorabat, nam adhoc vt inter coniugatum scientem impedimentum,& monasteriũ, illud ignorans ratificetur professio, impedimentum cessare non sufficit, etiã si maritus notificet ingressum,sed necesse est, vt monasterium, quod impedimentum ignorabat,postquam illud cessare sciuerit, ingressũ ab initio nullum saltim præsumptiuè,& tacitè iterum ratificet, atq; confirmet: ipse tamen,qui ingressus est inuito monasterio ratificante,ingressum reuocare non poterit,atque ita vera est aduersus Anto. communis sententia,quæ ex eo desumitur,quod eadẽ ratione in matrimonio carnali dispon itur,ut not.Inno.& alij in c.1.de eo,qui dux. in matr.quam poll.per adulter.Scot.in 4.sen.dist.35.Caiet. 1.tom.de matrim.q.2.in sum.verbo matrimonium,& Nauar.c.22. nu.47.& in fictè contrahente matrimon.Sco.in 4.dist.30.q.1. Pet.Pal.dist.27.q.2.

30 Est tamen inter † matrimonium,& professionem aliqua differentia,in matrimonio enim consensus internus, vt reconualidetur nullo pacto sufficit:nam cum sit sacramentum, ex eo puncto acquiritur, quo perficitur,dum tamen adsit signum sensibile,in professione verò vt reconualidetur interna sufficit reconualidatio, tacita prælati concurrente acceptatione ex propria habitus professorum gestatione, vel alio actu professis conueniente, & hoc quia professio sacramentum nõ est,ideoq; implicita sufficit expressio aut ex habitus gestatione reconualidatio,vt in alia materia explicat. P. Henriquez in scriptis. 2.2.q.88.ar.1.

31 Tertiò dubitare contingit,an maritus, qui vxore contradicente, aut non expressè consentiente ingressus est, & ab vxore reuocatus, ea mortua cogendus sit,aut teneatur ad monasteriũ redire, quæ difficultas solum locum habet,cum nec vxor vouit,nec licentiam dedit

sed

sed tantum dissimulauit,eo enim casu licet saltim iudicis officio re-
uocetur,ea mortua redire tenetur, cum professio valida fuerit, sed
eius effectus ex causa suspensus.cap.ex parte. lib. 1. inibiq; not.Abb.
de conuer.coniug.qnod si ea contradicente ingressus sit nulla ratio-
ne cogendus est vxore mortua redire,vt statuit sum.Pont.in c.quidē,
& in c.ex parte,de conuer.coniug.atque ita tradunt Goffred.Hostiē.
num.1.Ioan.And.num.2.& 4.& Io.Anan.in c.ex parte, lo 1. de cōuer.
coniug.glo.Hostien.Henr.Boich.sub dubio,& Io.Anan.in cap.placet.
eod.titu.glo.& Archid.in can.notificasti.33.q.5.Ant. But. num.3.& 6.
Abb.nu.4.in c.quidem,de conuer.coniug.Gemin.& Præpo. num.5.in
can.seriatim.32.dist.Ang.in sum.verbo matrimonium.4.nu.14. Silu.
verbo matrimonium.8.q.12.nu.21.

SVMMARIVM EX CAP. XII.

1 *Professio metu facta irrita est.*
2 *Vis quid sit.*
3 *Metus quid sit.*
4 *Vim,aut metum inferentes ad professionem faciendam sunt excommunicati.*
5 *Professio metu facta nulla est ipso iure,sicut matrimonium carnale.*
6 *Item nulla est ex constitutione Ecclesiæ.*
7 *Proijciens merces in mari ob metum naufragij non abdicat à se illarum do-*
minium.
8 *Metus, qui professionem,& matrimonium irritat,is est, qui cadit in constan-*
tem uirum.
9 *Metus cadens in constantem virum quis dicatur.*
10 *Remittitur tamen iudicis arbitrio,qui ex inditijs, & circunstantijs id colligat.*
11 *Metus iustus dicitur mortis,uel cruciatus.*
12 *Item seruitutis.*
13 *Vulnerum.*
14 *Honoris.*
15 *Iniusti carceris.*
16 *Amissionis omnium bonorum.*
17 *Metus personæ,& amissionis bonorum excusat uassallum ne perdat feudum, si*
infra tempus statutum inuestituram non petierit.
18 *Metus iniustę excommunicationis iustus dicitur.*
19 *Metus illatio,& probabilis suspitio parificantur.*

Per-

20 *Percussiones lætales nemo expectare tenetur.*
21 *Minæ hominis ueri similiter timendi,iustum metum inducunt.*
22 *Vultus hominis terribilis,iustum metum incutit.*
23 *Preces importunæ Principum,qui tyrannicè tractare solent non obsequentes,*
metum inferunt.
24 *Armorum euaginatio metum affert.*
25 *Metus liberis,uxori,fratribus,& consanguineis illatus,proprius dicitur.*
26 *Metus matrimonium dissoluit,etiam si metum passus causam dederit.*
27 *Professio metu facta irrita est,etiam in religione incerta de certis.*
28 *Metus,qui professionem uitiat:debet adhoc particulariter inferri.*
29 *Professio metu facta non irritatur,cum professioni uouens consentit: sed con-*
trarium tenemus.
30 *Metus,licet mortis professionem non uitiat,nisi adhoc inferatur.*
31 *Vouens timore mortis,& naufragij,etiam ad uoti obseruantiam tenetur.*
32 *Augustinus Berous reprobatur,qui metum professionem non irritare uoluit,*
sed uotum simplex.
33 *Mortis timor,qui uouentem extra mentem posuit, ipsum non obligat.*
34 *Furiosus,demens,amens,stultus,mentecaptus, insanus,freneticus, & melanco-*
nicus.æquiparantur.
35 *Professio indubio ualida præsumitur.*
36 *Furor non præsumitur.*
37 *Furor probandus est,& quibus modis remissiuè.*
38 *Furor semel probatus,semper præsumitur durare.*
39 *Fallit si probatum sit eum furiosum in aliquibus actibus, non tempore con-*
tinuo.
40 *Item in actibus gestis longo tempore post furorem.*
41 *Vel quando constat furoris causam extinctam esse.*
42 *Vel si habet dilucida interualla.*
43 *Item si constat mentis compotem factum esse.*
44 *Omnia dicta in furore,extenduntur ad iram, quando quid agat non cognoscit,*
licet alij contra,quos conciliamus.
45 *Deliberatio,qua quis obligatur Diabolo, non est sufficiens ad uotum, nisi for-*
malis sit.
46 *Votum requirit plenam deliberationem.*
47 *Ebrius,& iratus uoto non ligantur.*
48 *Dubium an quis obligatus sit uoto,declaratur ex intentione uouentis.*
49 *Scrupulosus si in uehementem carnis incurrit concupiscentiam,subita occasio-*
ne,& animo placato pœniteat,mortaliter non peccat.
50 *Voto,quod quis subito reuocauit,non uidetur plenè consentire.*

Q *Votum*

51 *Votum in dubio non præsumitur.*
52 *In uotis non est facienda lata interpretatio.*

CAPVT DVODECIMVM.

POSTQVAM de personarum,quæ religionem ingredi volunt qualitate,& conditione egimus,reliquũ est, vt circumscripta persona,quę nec puer sit,filiusfamilias,nec seruus,obligatus ad ratiocinia, aut delicto, monachus,aut coniugatus,sed ab omni penitus exceptione liber,& excluſus,videamus quibus casibus ingressum possit quis suum reuocare, quod in eo, qui metu ingressus est disputandum primo occurrit.

1 Metu igitur celebrata professio irrita est, cuius metus nomine, vim quoque intelligimus:nam quodcunque vi fit, id quoque metu
2 fieri intelligatur.l.1.ff.de eo quod metus causa. † Nec aliud sit vis,
3 quam coacta voluntas,quæ necessitatem facit absolutam † metus verò coactio secunda,quæ potest esse in consensu: cum voluntas ob aliquas circunstantias vult aliquid,quod simpliciter, & absolutè nollet vt in eo,qui periculo submersionis merces proijcit in mari, vt post Aristot.Gregor.Nazianz.Damascen.& D.Thom.probat Cardin.Tur
4 re Crem.31.q.2.in sum.ad primum, † quam vim,aut metum quicunque intulerint, consilium,auxilium,vel fauorem dederint,aut scienter huic actui pręsentiam,consensum,vel authoritatem interposuerint sunt anathemati subiecti,vt statuit Concil.Tridentin.sess.25.tit. de regular.& monialib.c.18.& c.1.de his, quæ vi met.cau. fiunt can. puellę.can.sicut,& can.illud. 20. q.1.c.1.2.3.& 4. 20.q.3.cap.3.de regular.lib.6.

5 Metu autem professio facta nulla est ipso iure, sicut, & matrimonium carnale.c.significauit.de eo qui dux.in matrimon. quam poll. per adul.c.cum locum.c.consultationi.c.ueniens,de sponsal. c.notificasti.33.q.5.c.2.de ijs quæ vi met.causa fiunt, hęc autem metu facta professio ex eo,iure ipso est irrita,quod desit ea plena libertas,quam in contractu perpetuo,vt est professio interuenire decet cum nullũ violentum perpetuum sit: item etiam cum omnis iniuria debeat habere remedium,vt iure resarciatur: decuit ergo, vt professio metu facta ipso iure irrita declararetur: nam si rata semel esset,licet metu emissa,non potuisset amplius id malum resarciri,quod in professione,& matrimonio tradiderunt Palu.& Ioan.Maior.in 4.sententiarũ, dist.

dist.29.Silvest.verbo matrimonium.8.q.11.Domin.Sot. in 4.sen. dist. 29.q.1.ar.3.Pegna.Mantio.Victoria, Ledesma, & P.Henri.in suis scriptis.2.2.q.88.ar.3.7.dubio.

6 Est autem huiusmodi professio sicut matrimonium non solum naturali iure nulla: sed etiam constitutione Ecclesiæ ex sent. D.Thom. Sco.& Iacob.Almain.in 4.sententiarum, distinct.29. quos sequuntur Silvest.verbo matrimonium.6.§.5.nume.5.Victoria, Ledesma, & P. Henric.societatis Iesu.d.art.3.7.dub.aduersus Petr.Paludan. & Ioan. Maior.quos adducit Domin.Sot.in distinct.29.quęst.1.ar.3.Pegna, & Mantio loco superius adducto, aduersus quos militant rationes supra relatæ.Item etiam,& aliæ,nempè quod Deus non acceptat holocausta non gratuita,cuiusmodi est professio,quæ non acceptatur,nisi spontè offeratur,nec enim sunt coacta seruitia domino præstanda can.illud.20.quæst.1.nec vllum bonum sit,nisi voluntarium can. præsens 20.quæst.3.cum id quod non eligit, nec optat quis non diligat, id autem quod non diligit facilè contemnat can.sicut.20.q.1. rursus
7 etiam † nam sicut is,qui ob metum naufragij proijcit merces in mari,non abdicat à se dominium,nec transfert in aliũ,cum inuitus proijciat,ita etiam per huiusmodi voluntatem coactam non transfert obligationem voti,& professionis in Deum.

8 Metus autem ad hoc,vt professionem,matrimonium, aut quemcũque alium actum irritum faciat necesse est,vt is sit, qui cadat in constantem virum.l.metum autem.ff.de eo quod met.cau.c.1.& 2.& cap. dilectus,de ijs quę vi met.cau.fiunt.c.veniens, & c.consultationi, de sponsi.idque in professione not.glo.20.q.3.in sum. & Calder. consi. 1.
9 de ijs qui met.cau.fiunt. Is verò metus dicitur † cadens in constãtẽ virum,qui cogit,quem eligere minus malum ob maius malum sibi imminens effugiendum,vt docent D.Thom. in 4.sententiarum, dist. 29.art.2.Riccardus ibidem,ar.1.quæst.1.& Ioan.Maior.Cardin.Tur. Crem.32.quæst.2.in sum.ad primum, nume.6. Silvest. verbo metus. quæst.1.Fortunius tractat.de vltim.fi.illat.22.Iacob. Almain. moral. c.3.Dida.Couar.in epitom.de sponsal.2.parte.cap.3.§.4. numer.2. & Nauar.cap.22.nume.51.qui tamen hanc diffinitionem admittit, solum quoad effectum excusandi à peccato,non autem quo ad iudicandum,cum actus vt meticulosus sit infirmandus.

10 An autem metus illatus eiusmodi fuerit, vt in constantem virum cadat,iudicis arbitrio id remittendum est l.metus. ff.ex quibus cau. maior.& scribentes omnes in l.interpositas.infra de transi. & in c.cũ dilectus,de ijs quæ vi met.cau.fiunt,quod ex inditijs, coniecturis, &

circunſtantijs colligitur, vt docent Iaſ.in §.quadruplum.num.54.inſtitution.de action.Dec.in l.in omnibus.numer.7.de regu.iur. Idque reſponderunt Alexand.conſi.99.numer.7.& ſequen. lib. 3. & 48.lib.4. Dec.conſi.219.Riminald.Sen.conſi.15.nume.6.Pariſi.conſi.5.nu.162. conſi.53.num.60.& conſi.60.nume.18.lib.4.Purpur.conſi.282.nu.12. & 579.nume.12.Grammat.deciſion.18.nume.19.vot.10.nume.13.& conſi.13.num.47.Roland.conſi.100.num.127.& ſequen. lib.4. & Nauar.c.22.num.51.

Sed regulariter duplici ex capite huius concluſionis reſolutio dé ſumi poteſt ex parte obiecti, & ex parte ſubiecti, vt docent egregiè Domin.Sot.lib.7.de iuſtitia & iure.queſt.1.arti.2. & Nauarr. cap.22. num.51.ex parte obiecti primo colligi poteſt cuius nam rei ſit timor
11 ille: † neceſſe eſt enim,vt ſit timor mortis,vel cruciatus, adhoc vt iuſtus metus poſsit dici.l.3.ff.de eo quod met.cau.l.metus. ff. ex quibus cau.maior.l.interpoſitas.infra de tranſactioni. l.ſi donationis . infra quod met.cau.cap.2.& c.cum dilectus,de ijs quæ vi metus cau. fiunt.
12 † Idem dicendum eſt de metu ſeruitutis.l.4.ff.de eo quod met. cauſa. Idem verberum.c.accedens,de conuer.coniugat. Bart. & Angel.in l.
13 ad inuidiam,infra quod met.cau.Alex.conſi.99.nu.3.lib.3. † Necnon etiam vulnerum,teſte Bal.in l.fin.2.not.infra de iur.deliber.& Pariſi.
14 conſi.53.nu.52.& 58.num.64.lib.4. Idem etiam de metu † honoris dicendum eſt,cum bonis viris iſte metus,magis quam mortis eſſe de beat.l.iſti quidem.ff.de eo,quod met.cau.not.Grammat. deciſion.18. num.12.& Card.Tur.Crem.31.q.2.in ſumm.ad primum,quod latius declarauimus in interpretatione.l.fina. ff. de conſt.prin.2.par.cap.8.
15 num.83.& ſequentibus . † Iuſtus etiam metus eſt iniuſti carceris. l.qui carcerem.ff.de eo quod met.cau.docent Riminal.Sen.conſi.140 num.20.Pariſi.conſi.5.num.176.lib.4. Rolan.conſi.2.num.47.& ſequ. lib.1.& Dida.Couar.in epitom.dè ſponſal.2.par. cap.3.§.4. nume.55.
16 Idem † quoque operatur metus amiſsionis omnium bonorum.cap.2 vbi notant omnes de his,quæ vi met.cau.fiunt. Bar. in l. ſi ob turpem. ff.de condi.ob turpem cau.Baldus in l.1.infra quod met. cau. Rolan. in conſi.2.num.56.& ſequen.lib.1.& Menoch.conſi.1.numer. 280. vel maioris partis bonorum,cum non poteſt abſque illis ſine graui damno ſuſtentari,Cyn.& Cur.Iun.in l.interpoſitas,infra de tranſact.Abb. & alij in c.2.num.2.de ijs quæ vi metus.Angel. in ſum. verbo metus. q.3.Silueſt.verbo metus ead.q.3.Roland.conſi.120. nume. 126.lib.4. Card.Alban.conſi.5.nu.21.
17 Sicut in ſimili dicimus,huiuſmodi metum perſonæ, & amiſsionis bono-

bonorum excuſare vaſſallum,ne perdat feudum,ſi intra annũ, & diẽ, quod tempus adhoc eſt determinatum inueſtituram non petat à Domino,quod ex textu in cap.1,quo tempore miles deduxit, & declarat And.Iſern.ibi.num.4. Et
18 † denique idem dicendum eſt in metu iniuſtæ excommunicationis ex ſent.Hoſt.Io.And.Abba.& aliorum in cap.cum dilectus,de his quæ vi met.Rot.deciſion.10.de ſenten.excõmun.in nou.& deciſion.10.alias 32.eodem titu. in antiquis,& Dida.
19 Couar.d.c.3.§.4. num.12. † Reſpectu verò ſubiecti nihil autem intereſt an cuidam inferatur iuſtus metus, vel adſit probabilis ſuſpitio.l.nouiſsimè.ff.quod falſ.tutor.Bal.in cap.1.§.item ſacramenta, de pac. iuramen.firman.& in l.interpoſitas,infra de tranſact.Alex.dicto conſi.99.nu.6.lib.3.Riminal.Sen.conſi.15.nu.26.Pariſi. conſi. 53. nu.
20 57.lib.4.Gramma.conſil.13.num.24.& conſi.32. num.35. † nec enim quis tenetur expectare percuſsiones,quæ poſſunt eſſe lætales, vt inquit Marian.Socin.in c.ad audientiam.num.180.de homicidio, atq;
21 hac ratione † minæ illatæ ab homine veriſimiliter timendo inducunt iuſtum metum.l.Fulcinius.§.quid ſit,quibus ex cau.in poſſe.eat.l.vni. infra ſi quis Imperat.maledix.qđ probat Bar.in l.metus,ex quib.cau. maior.And.Iſernienſis.in d.cap.1.quo tempore miles, num.4. Calde. conſi.1.de ijs quæ vi met.cau.fiunt.Alex.conſi.56.lib.1.Riminal.Sen. conſi.15.nu.12.Pariſi.conſi.88.num.66.lib.4,& Thom.Mina.conſ.28.
22 nume.4. & 5. † Quinimmo ex ſolo vultu hominis terribilis, iuſtus metus incutitur, vt docent Bald.in d.cap.1.§.item ſacramenta,de pace iuramen.firman.Riminald.Sen.conſi.15.nu.23. & Aimon Crauet.
23 conſi.49.num.3. † Idem etiam quod minæ operantur importunæ prẽces Principum,& aliorum potentatum,qui eorum voluntati non obſequentes tyrannicè tractare conſueuerunt, vt tradiderunt Ioan. Andreas,& Abb.in cap.fin.qui cler.vel vouent. Felyn. in c. 1. de offic. deleg.Angel.verbo metus.num.2.Silueſt.eodem verbo. q.2. Dec. in l. in omnibus.num.4.de reg.iu.& Roder.Suarez.alleg.24. idque in vxore tradit Afflict.deciſion.69.non diſſentit Crauetta.cap.11.nu.17.
24 Eadem ratione † euaginatio armorum probabilem metum incutit,Abb.in cap.1.notab.1.de ijs,quę vi met.cau.fiunt.Thomas Minad. conſi.28.num.6.necnon armorum ſtrepitus,& vociferationes . Alex. conſi.98.lib.3.Afflict.in conſtit.aſperitatem.num.32.licet actus ſit geſtus armis depoſitis:teſte Gram.conſi.13.nu.28. nec vnquam ſint arma extracta.Idem conſ.51.num.17.& 18.Greg.Lop.in l.15. tit.2.par. 4.verbo *tuuieſſen armas*.
25 Nil ſecundo intereſt an metus ſibi, vel liberis proprijs,vxori fratribus,

tribus,aut conſanguineis inferatur.l.iſti quidem. ff.de eo quod met. cau.cum pro affectu magis in liberis parentes terreantur,vt latè deducunt Marc.Mant.ſingul.2.num.4.Roland.conſi.2.num.66. lib.1. & Menoch.conſi.1.num.275.Idem in vxore docuit D. Thom. in 4. ſent. diſtinct.29.q.1.ar.2.ad ſecundum.In fratre Rot.deciſion.7.de renunciat.in nou.& generaliter in ſanguine coniunctis. D. Thom. & D.de Rot.dictis locis.Barto.in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prętori. ff.de noui ope.no.nunc.Bal.in l.1.infra de indicta uidu.toll.Rolan.d.conſi.2.nu. 61.lib.1.Gram.conſi.13.nu.18.& 19.Senat.Pedemont.deciſi. 179. nu. 2.& Menoch.conſi.1.nu.279.

26 Idem tertiò ſeruandum eſt, licet metum paſſus coactioni cauſam dederit,quoad reſciſionem matrimonij, & conſequenter profeſſionis:teſte glo.in c.veniens.lo 2.de ſponſ.Fel.in c.cum inter,num.20.de excep.Pariſi.conſi.53.num.69.lib.4.& Dida. Couar. de ſponſal.2.par. conſi.3.§.5.nu.7.

27 Et denique quartò non ſolum cum quis metu cogitur profiteri in certa religione,verum etiam in incerta de certis, vt in matrimonio poſt Bald.Dec.Fortun.& alios defendit Didac.Couarru. dict.§.5. numero 8.& 9.

Verum maximè aduertendum eſt, non omnem metum quantũuis
28 conſtantem virum moueat,profeſſionem vitiare: ſed eum tantũ,qui violenter adhoc ab aliquo infertur,vt quis profiteatur, vel voueat, aut periculo ſuccumbat, vt cum mortem, vel aliquid ſimile alicui minatur,niſi profeſſionem fecerit,vt docent Hoſtien. Io.And. Henri. Boich.Ioan.Anan.& Anton.But.& Abba.in c.ſicut, lo 2. de regularib. Domin.Sot.optimè lib.7.de iuſt.& iure.q.1.ar.2. & quamuis Silueſt. in ſum.verbo metus.q.8.& ver.iuramentum.4.q.7.tunc demum aſſe-
29 rat irritari profeſſionem: † cum quis metu emittens profeſſionem, vel votum non conſentit,nec animum habet ſe obligandi, ſecus verò ſi intendebat ſe obligare,cum in hac intentione fuerit liber, nec potuerit cogi,tamen contrarium verius,& receptius eſt,vt docet Dom. Sotus lib.7.de iuſt.& iure.q.2.ar.1.ſicut nullum eſt matrimonium carnale,non ſolum cum quis fingit conſentire : verum etiam cum conſentit,vt poſt D.Thom.& alios,receptum docet Nauarr. capitul. 22. numero 51.

30 Itaque vt ſuperius diximus,is tantum metus profeſſionem irritat qui violenter ad hoc inferatur,atque hac ratione, nec metus quãuis maximus mortis naturalis profeſſionem,aut votum vitiabit. c. porrectum,& c.ſicut,lo 2.de regular.c,literaturã de voto. not.Hoſtien. Ioan.

Ioan.And.Henr.Boich.Ioan.Anan.Anton.But.& Abb.in d.c.ſicut. Idẽ Hoſtien.in ſum.de regular.§.& qualiter. num.7. Speculat. in titul.de ſtat.monach.q.20.num.27.Archid.17.q.1.in ſum.num.2. & in canon. Gonſaldus.17.q.2.Henr.Boich.in c.porrectum.num.1.Hoſtien.Ioan. And.& Abb.in c.3.de renunciat.num.3.Angel. Clauas. verbo metus. q.8.in fin.Abb.in c.2.num.11.de his quæ vi me.cau.fiunt. Silueſt.ver. votum.2.q.12.Dom.Sotus.lib.7.de iuſtitia & iure,quęſt.1.arti.2.Nauar.cap.22.num.51. Dida.Couar. in epitom.de ſponſal.2.par.cap.3. §.4.numer.16.

31 Idem quoque dicendum eſt de timore mortis accidentali: ſi quis enim nimio naufragij,incendij,ruinæ,peſtis, gladij, carceris, captiuitatis,aut conflictus belli, aut alterius periculi timore perterritus profiteretur,aut aliter voueret,vtique ad voti obſeruantiam cogendus eſſet,vt tradunt omnes ſuperius adducti. Ad quod maximè conducit,quod Beatus Fulgentius in epiſtola de coniugali debito'& deuoto continentiæ docuit. *Et ne quis ſibi uellet* (inquit) *excuſationem tribulationis ad fruſtandæ promiſſionis licentiam aſſumere, neque ſe putaret voti reum,ſi ſe dixiſſet ad aliquod vouendum non voluntate, ſed tribulatione compulſum,docet Beatus Dauid,omnia eſſe Deo reddenda,quæ fuerint legitimè dumtaxat in tribulatione promiſſa, cum dixiſſet reddam tibi Deo vota mea,quæ diſtinxerunt tibi labia mea,continuo ſubdit, & loquutum eſt os meũ in tribulatione mea.* Hęc Beatus Fulgentius,cuius meminit Franciſ. Turrian.lib.2.de votis.Monaſt.cuius rei ea eſt ratio,quod huiuſmodi mala, & pericula ſepe inferuntur, vt homines conuertantur: cum peccatores flagellis corripere ſoleat dominus. c. cum infirmitas, de pœniten.& remiſſion.can.Nabuchdonoſor.23.q.4.non debet, nec poteſt aduerſus metum à Deo illatum aliqua competere reſtitutio, cũ ad bonum inferatur:cum ex hoc animę periculum quis euadat, nec vlli Deus iniuriam inferat,vt docent glo.Hoſtien.Ioan.Andre. Henr. Boich.Ioan.Anan.Anton.Butr.& Abb.in d.c.ſicut,lo 2.de regul. Item etiam votum intrinſeco metu emiſſum,non ceſſat eſſe voluntarium, in extrinſeco verò metu voluntas non adeſt,vt Dom.Sot.d.q.1.art.2. lib.7.Idem etiam ſi metus violenter inferatur ad hoc, quod in matrimonio carnali docuit Dida.Couar.in epitom.de ſponſal.2.par.cap.3. §.4.numero 15.

32 Aduertendum tamen eſt ad id,quod Auguſtinus Berous docuit in cap.in præſentia.num. 196.& ſequent.de probatio:qui concluſionem ſuperius firmatam veram eſſe ſolum aſſerit in voto ſolemni religionis:hoc eſt profeſſione,ita vt etiam in graui infirmitate facta valida ſit:

sit:votum verò simplex in infirmitatis angustia emissum,ex pœnitentia reuocari possit,motus ex can.Gonsaldus.17.q.2.& ex cap.in præsentia,de probation.in quibus probatur,inualidum fuisse votum ingrediendi religionem feruore infirmitatis emissum. Hæc tamen distinctio nulla ratione est admittenda: cum nulla possit constitui diuersitatis ratio,inter votum solemne,& simplex: cum vtrunque obliget apud Deum,& à voluntate pendeat,quæ voluntas in graui infirmitate si sufficit ad firmandum votum solemne, debet quoque sufficere ad voti simplicis confirmationem:quocirca hac distinctione reiecta,generaliter in omni voto,tam simplici, quàm solemni concludendum est non irritari etiam mortis naturalis timore. Nec obstat Can.Gonsaldus.17.quæstio.2.nam multiplici solutione tollitur, quarum prima est,quod Gonsaldus sit astrictus voto simplici,quod in foro animæ implere tenetur,vt saltim probet,vt intelligit D.Tho. 2. 2. quęstion.189.arti.5.ad primum,vel secundo dicitur, ideo non fuisse Gonsaldum compulsum,quia non emiserat votum:sed promiserat se emissurum,vt sentit Inno.in c.consulti.num.2.de regul. Tertio quod verius est eam ob causam non obligatum Gonsaldum, quia nimio infirmitatis feruore non erat mentis compos, quem sensum acceperunt glo.Archidia.Card.Tur.Crem.& Ægid.Bellam.in c.Gonsaldus, Ant.Butr.in c.consulti,nu,7.de regular.& Hostien.in c.sicut tenor,de regularibus.

Eademq; solutione tollitur c.in præsentia,de probatio.in quo sunt eadem verba,quæ in Cano.Gonsaldus, quem sensum attulit Andreas Barbat.in d.c:in præsentia,de probation.nume.44.quam solutionem licet,vt diuinatiuam reijciat Augustinus Berous necessariò tamen recipienda est,nec aduersatur.c.porrectum,& c.sicut.lo 2. de regula. præsertim,cum locum habeant in professione. Neque obstat quod Augustinus Berous opponit,quod si tempore primæ oblationis fuisset extra mentem, nec secunda oblatio valuisset,nisi probatum fuisset tempore secundę oblationis fuisse mentis compotem: cum furor durare præsumatur:nam ex illo c.colligitur ante secundam oblationem resipuisse:cum post conualescentiam votum illud reuocauerit, ac deinde iterum se,& sua monasterio dicauerit.

Nec iterum obstat si opponatur, quod ex quo tempore primæ oblationis erat furiosus præsumatur etiam tempore secundæ oblationis,non obstante recto sensu inter primam,& secundam oblationem ex doctrina Petr.Ancharan.in clemen.prima,de homicid.quam receperunt inibi Card.Alex.post alios,consi.141.num.6.lib.1. consi. 147. nu.10.

num.10.lib.7.& Purpurat.consi.254.num.12.& 260.nume.5.qui vno ore fatentur,quod si quem certo tempore furiosum constet fuisse, licet postea sanæ mentis fuisse probetur,non sufficit, nisi tempore celebrati contractus ita fuisse probatum fuerit: nam hæc oppositio non habet locum in terminis.c.in præsentia,de probat. cum enim ille furor momentaneus fuerit ex causa infirmitatis,non præsumitur dura re:nec ex hoc præsumitur quem esse furiosum, ex quo semel in furorem incidit absque perseuerantia ex doctrina Bar.in l.2.ff.de bonorũ possess.infan.de lat. quam admittunt Iason in l.furiosum. nume.2.infra qui testam.face.poss.Alex.consi.191.nume.4.lib.1.& alij infra adducendi.

Reiecta igitur August. Beroi distinctione firmum remanet, quod generaliter concluſum est,mortis imminentis timorem,nec votum,
33 nec professionem vitiare,dummodo vouens sit compos mentis † qđ si eousque mortis terror peruenerit, vt vouens extra mentem positus sit,apertissimè fatendum est,nullo pacto vouentem,vel profitentem obligari,vt statuit sum.Pont.in c.sicut tenor,de regula.vbi omnes not.quod docet etiam in c.sicut,lo 2.& in c.porrectum,eodem tit. & in d.can.Gonsaldus.17.q.2.D.Tho.2.2.q.88.ar.4.& q.189.art.5. sicut non obligatur Diabolo peccans,vt docet Alex.in 1.par. suæ sum. quęst.172.art.1.& 7.& omnis Theologorum scola,in 2.sententiarum distinct.22.

34 Sed antequam vlterius procedamus,animaduertendum est hoc in loco † pro eodem accepi furiosum,amentem,dementem,stultũ,mentecaptum,insanum,freneticum,& melanconicum: cum in iure æquiparentur,teste Boer.decisi.23. nu. 42. ac vnus æque atque alter bono sensu,& intellectus lumine careat,vt latè deducit Menoch.consil.82. nu.170.& plur.sequen.

35 Animaduertendum est secundò professionem à quocunque factã
36 indubio validam esse † cum furor tanquam mentis defectus in dubio non præsumatur l.ne codicillos,infra de codicil.l.non codicillum,infra de testamen.l.2.infra qui testamen.facere possunt. c. fina. de succession.ab intesta.not.Hostien.& Anton.Butr.in c.sicut tenor.de reg. glo.& Archid.in can.Gonsaldus.17.q.2.Dec.consi.448.nu.9. Roland. à Valle,consi.27.nu.28.lib.3.& Ant.Gomez.nu.3.variar. resolut. c.de delictis.num.71.

37 Est igitur probandus furor,qui quibus modis probetur,& ex quibus præsumatur explicant glo.in d.c.Gonsaldus,scribentes omnes in l.furiosum,infra qui testamen.facere possunt,& in l.si cum dotem.§.si

maritus.ff.solu.matrimon.in cap.fina.de succession.ab inteſt. Alexan. consi.141.lib.1.86.lib.2.& 147.lib.2.Riminald.sen.conſ.76. nume. 5. Dec.conſ.448.Parisius.consi.87.num.4.& plur.sequen.& conſ.88. nu. 1.& sequen.& num.57.& sequen.& conſ.15.num.9.lib.4.Purpur.con. 254.Rober.Marant.in l.15.pōt.nume.121.ff.de acquiren.hæred. Ro-
38 dericus Suarez alleg.1.& Menoch.conſ.82.num.222.& seq. † Hic autem furor si probatus semel fuerit,semper perseuerare præsumitur, si credimus.glo.in can.Indicas.9.q.3.scribentibus in c.fina.de succeſ. ab inteſta.& in cap.cum inter Canonicos,de election.Præpoſi.in c.di lectus,de sponsal.Alex.conſ.141.num.4.lib.1.conſ.86.numer.12.lib.2. conſ.92.num.16.lib.5.& 147.num.10.& sequen.lib.7.Bertran.cōſ.48. lib.1.Pari.conſ.87.num.12.lib.3.Purpurat.conſ.254.num.12.& Nico. Euerard.in cent.legal.loco de tempore ad tempus.

39 Quę furoris perseuerantię præsumptio ceſſat primò cum solū probatur,quem fuiſſe furioſum in aliquibus actibus, non autem aliquo continuo tempore,huiusmodi namque furor non præsumitur perseuerare.Bar.in l.2.ff.de bonorum poſſeſsio.infant.delat. quem recepe runt Iaſ.in l.furioſum,nu.2.infra qui teſtam.fac.poſſ. Alex.conſi.141. nu.4.lib.1.con.86.nu.12.lib.2.& 147.nu.8.lib.7.Bertran.con.48.n.24. lib.1.Alciat.tract.preſumpt.Regu.2.prę ſump.18. & Dida.Couarr.in epito.de ſponſ.2.par.c.2.nu.6.

40 Non admittitur ſecundò eadem præsumptio continuati furoris quoad actus geſtos longo elapſo tempore poſt furorem, ſecus verò quoad proximos,vt scriptum reliquerunt Imol.& Anton.in l.1.§.fin. de verborum oblig.Anchar.in clement.1. colum.vltim. de homicid. Alex.con.141.num.7.& 86.num.13.Bertrand. d.conſi.48. nume.24.& Dida.Couar.d.loco.

41 Tertiò non habet locum † cum peritorum iudicio, & teſtimonio conſtat cauſam, quę ex accidenti furorem illum induxerat extinctā eſſe,vt tradit Aretin.in l.2.ff.de teſtam.à quo non diſſentit Dida. Couar.dicto loco.

42 Quartò non obſeruatur,cū quis dilucida habet interualla, & geſſit actum,ex quo colligitur ſanæ mentis Bal.Paul.Caſt.Alex.Corneus & Iaſon.in l.furioſum,infra qui teſtamenta facere poſſunt.Alex.con. 141.num.1.86.num.14.lib.2.& Iaſon.in con.178. lib.2.Dec. con.488. num.15.Alciat.de præsumpt.18.præsumptio. Hyppol.Marſi. ſingula. 380.nume. 3. & Ioſeph. Ludoui.deciſion.Peruſi.1.nume.13. quā magis com.fatentur Hyppol.& aduerſus Præpo.in c.dilectus.de ſponſal. Iaſon.in l.patre furioſo. 7.notab. ff.de ijs,qui ſunt ſui vel alieni iuris.

Curt.

Curt.Iun.con.151.lib.7.Boer.deciſion.23.num.62.Gram.con.16. nu. 9.Boerius in ſingul.verbo præsumptio.nu.29.Roder.Suarez, alleg.1. nu.18.Ant.Gomez,dicto tom.3.variar.reſol.tit.de delit. nu.72. Emanuel Suarez,in Theſau.recepta ſent.ver.furioſus.nu.413. & Menoch. con.82.nu.220.qui & alios huius opinionis adducunt.

43 Quinto & vltimo, omninò hæc reijcitur præsumptio cum mentis compotem eſſe poſt emiſſam profeſsionem factum expreſsè conſtat: tunc.n.profeſsio furoris tempore facta confirmatur.c.ſicut tenor. de regul.ēt ſi certificatus non contradicit,vt docent Hoſt.& Ioan.Andr. in d.c.ſicut tenor.quos ſequētur Antonius,& Ioan.Anan.ibidem, data perseuerantia tridui:idem ſentiunt Archidia.& Ægid. Bellame. in can.Gonſaldus.17.q.2.à quibus diſſentit ſolus Abb.in d.c.ſicut tenor, qui ante annum ratificari negat,ſicut enim profeſsio à minori facta ratificatur,ſi integro anno poſt maiorem ętatem permaneat,ſecundum opinionem Hoſtien.& aliorum quam veram intelligit Auguſt. Berous,in c.in prę ſentia,nume.799.cum mentis compos factus profeſſorum actibus ſe immiſcuit,quod ſentit Petrus Anch. in d.c.ſicut tenor,qui id verum docet,dum ſuſcipit habitum profeſſorum, ita ēt in hoc caſu admittendum eſt.

44 Idem etiam quod in furore hucuſque diximus, in ira pariter admittendum eſt, quæ furor breuis eſt, vt in ebrietate quotieſcunque quid agat non cognoſcit,ſecus verò ſi id intelligat can.ſunt qui opes, vbi glo.Archid.Card.Tur.Crem.& Ægid.Bellam. not.17.q.4. Io.And. num.21.Anton.Butr.num.25.in cap.dudum,de conuer.coniuga.Abb. in c.2.de vot.Anton.Butr.Abb.& Fel.in cap.ſicut,lo 1. de iureiurand. Idem Fel.in c.dilecti.num.16.de excep.& in c.Matthæus,num.2.de ſimon.& in cap.in præſentia.num.10.de probat.Dec.optimè in l.quidquid calore.num.3.& ibi Cagnol.de regu.iur.ſufficit enim ad votum eadem deliberatio,quæ ad mortale Diabolo ſatis eſt, affirmante id glo.in cap.mulier.32.quęſt.2.Paludan.in 4.ſententiarum,diſtinct.38. quæſt.1.Silueſt.verb.votum,2.q.13.Caietan.2,2.q.88.ar.2. Dom.Sot. lib.7.de iuſtitia & iure,q.1.ar.2.& Nauar.c.12.nu.24.& 26. † Et licet contrarium ſentire videantur glo.in cap.dudum, de conuer.coniug. Archid.in cap.procliuis.20.q.3.Roman.ſingul.514. Iaſon. in l.ſi filiā. num.4.infra de inoffi.teſtam.Boer.deciſion.168.nume.16.Petr.Duen. regul.192.8.limitat.& And.Tiraquel.de pen.leg.tempo.cau.1. nu.27. Eorum tamen ſententia intelligenda eſt, cum eo vſque ira peruenit, vt excludat rectum intellectum,atque ita intelligunt glo. in d.c.dudum.Hoſt.Anton.& Abb.dum æquiparant illam iram,vel ebrietatem

furori : intelligenda est ergo cum peruenit vsque ad furorem quendam momentaneum: pariter etiam ita sunt intelligendi Petr. Duen. & Andreas Tiraquell.qui adducunt Fel.& Dec.qui ita intelligunt.

45 Animaduertendum est tamen ad id, quod superius conclusum est eãdem † deliberationem,qua quis obligatur Diabolo sufficere ad votum,verum quidem esse:cum eadem deliberatio formalis est,non autem cum est eadem deliberatio virtualis,& interpretatiua,vt cũ non aduertit se vouere,vt optimè explicant Mantio, & P. Henriq.in suis
46 scriptis.2.2.q.88.art.2. † Ideoq; sicut bonum morale plenam requirit deliberationem,& libertatem,cum ad speciem virtutis, & actum meritorium requiratur formale voluntarium, donum enim morale constat ex integra causa,malum verò ex quocunque defectu, vt tradit D.Thom.2.2.q.110.ar.3.in corpore, quod sentire mihi videntur Hostien.in cap.ad nostram,de regular.Archidia.& Ægid. Bellame. in can.1. 20.q.1.asserentes eandem deliberationem ad obligandum hominem Deo ex voto non sufficere, quæ ad obligandum sufficit Diabolo:cum Deus deliberationem,Diabolus verò indeliberationẽ que
47 rat,ex qua conclusione sequitur † eum, qui benè potatus, aut iratus aliquid vouet,non obligari voto,cum non animaduertit : quid agat, vt concludunt Mantio,& Henriquez d.loco.

48 Quod si dubitetur,an cum ille,qui vouit intellexerit quid agebat, & deliberauerit,vt opus erat,ad coniecturas recurrendum est, ex vouentis intentione:nam si homines post votum emissum obligatos manere sciebat,& idem de se ipso intelligebat remanet omninò obligatus.Idem etiam cum quis explicat se firmo, & efficaci proposito adhesisse tali rei faciendæ,vt post Victoriam docet P.Henriquez. d.art. 1.dub.1.si verò ob subitum motum,vel repentinam periculi angustiã votum emittit,sed mox dum animaduertit,voti pœnitet, non obliga
49 tur voto, † sicut scrupulosus subita occasione correptus, si in vehementem carnis incidit concupiscentiam, mox tamen pacato animo
50 pœnitet,non peccat mortaliter. † Idem ergo dicendum est in voto: nam ex tam subita pœnitentia sumitur inditium non pleni cosensus,quod tradiderunt Abba. à nemine perpensus adhoc in c. dudum, num.6. de conuer.coniuga.Angel.Clauas,& Iacob.Vngarellus, apud ipsum in addit.in sum.ver.votum 2.num.6.quorum sententiam, licet reiecerint Siluest.verbo votum 2.q.13.& Domin.Sot. lib. 9. de iust.& iure.q.1.ar.2.tamen eos defendit P.Henriquez, quo loco super citauimus,& rectè vt arbitror,cum enim dubium sit, an plenè consenserit, inclinandum est in eam partem, vt dicamus non esse obligatum etiã in

51 in foro animæ † cum in dubio votum tanquam onus sit præsumendũ, & fauorabiliores esse debeamus ad absoluendum,quam ad condemnandum l.Arrianus.ff.de actio.& obli.c.inter dilectos,de fid.instrum. l.fauorabiliores.de reg.iu.Reg.vt sunt partium iura.de reg.iur.lib.6. quod in specie docuerunt Dom.Sot.lib.7.de iust.& iu. q.3.ar.2. Mantio,& P.Henriquez.d.loco.

Ex quo destruitur,quod docuit Cagnol.post Andr.Barbat.in l.sem
52 per in obscuris,de regul.iur.num.11. † in votis latam esse faciendam interpretationem,quoad ea,quæ immediatè assignantur Dei seruitio,vt in his,qui vouent religionem,quod licet procedere possit quo ad votum respiciẽs bona ex l.Titia.§.fi.de au.& arg.leg.quoad personam tamen verum non erit,ob periculum animę,& grauitatem negocij: ex quo colligitur non satisfacere ad hoc,can.sunt qui opes.17. q.4.cum locum habeat in oblatione bonorum,quæ non est tanti præiudicij,& hæc in foro animæ,in foro enim exteriori.ex quo quis votũ emittit, semper præsumitur deliberatum, ideoque cogitur vouens ad adimplendum ex senten.Inno.Hostien.Ioan.Andr. & aliorum in c. literarum de voto.

Nisi tacitè professus fuerit, tunc enim præsumitur votum indeliberatum,nisi triduo perseueret in voto.Inno.Hostien.Io.Andr.& alij ex eo cap.moti,in c.ad nostram,de regular.& Archidiacon. in canon. procliuis.20.q.3.

SVMMARIVM EX CAP. XIII.

1 *PRofessio dolo monachorum facta nulla est, sed contrarium secundum aliquos,& inter hos tertia opinio statuitur,num.5.*
2 *Contractus bonæ fidei dolo celebratus nullus est.*
3 *Qui errat non consentit.*
4 *Dolus bonus laudandus est.*
5 *Non omnis dolus vitiat professionem,sed ille tantum, qui cadit in constantem virum.*
6 *Dolus supinus quis dicatur.*
7 *Dolus, quo blanditijs, & munusculis ad religionem quis inducitur bonus dicitur.*
8 *Inducentes ad religionem dolis,& mendacijs grauiter peccant.*
9 *Dolus tertij nocet cum tertius est causa acquisitionis.*

Abbas

10 *Abbas est proxima causa acquisitionis.*
11 *Dolus professionem non vitiat, cum inducitur ad ingrediendum religionem in genere.*
12 *Vel cum dolus committitur ab alio, quam Abbate.*
13 *Dolus dans causam matrimonio, non vitiat matrimonium, sed contrariũ in professione, & differentia.*
14 *Inducens aliquem ad religionem præponens vitæ secularis pericula, non vitiatu professionem.*
15 *Erudientes ad iustitiam homines sicut stellæ fulgebunt.*
16 *Dans, vel accipiens aliquid, vt ingrediatur, uterque peccat, nisi id non ex pacto faciat.*
17 *Deceptus in leuibus professionem irritare non potest.*
18 *Dolus in accidentalibus non uitiat, si quæ dicebantur uera non esse sciebat, secus si sciebat.*
19 *Ignorantia regulæ, vt quid facti excusat.*
20 *Dolus si respiciat substantialia professionem irritat dummodo aliqua concurrant.*
21 *Dolus non uitiat professionem, cum quis ad illam est inductus propter Deum.*
22 *Item cum attractus est facilius munusculis, & uerbis adulatorijs dummodo uoluntatem habuerit ingrediendi.*
23 *Item cum fuit dolo inductus ab alio, quam ab Abbate.*

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

CVM ergo de metu, & furore egerimus, opus est, vt dolo inductum ad professionem videamus, an religioni obligetur: qua in re non leuis est cõtrouersia, an professio dolo facta sit ipso iure irrita, vel omninò valida, qua in re diuersas scribentium sententias reperio.

1 Quarum altera est Petri à Bellapertica.colum.3. & Barto.num.20.in hac authen. asserentium inualidam esse professionem ab eo factam, qui dolo, & calliditate inductus est: mouentur ij duplici potissimum ratione: quarum prima est, nam cum certissimũ
2 sit † contractus bonæ fidei dolo celebratos nullos esse ipso iure.l. & eleganter vbi omnes not.ff.de dolo: multò id magis est in professione admittendum, qua Deo quis obligatur, apud quem maior bona fides exposcitur. Posterior eorum est ratio ex defectu consensus desum-
3 pta: † Is enim, qui errat non consentit.l.per errorem.ff.de iurisdict. om-

nium iueicum, at quocunque dolo inducitur errat, consequenter ergo non consentit.

In contrariam sententiam quamplurimi scribentes frequentius abierunt, moti ex can.constituit 22.q.3.& c.cum dilectus de ijs, quæ vi metus causa fiunt, ex cap.ex parte.cap.veniens, & cap.dudum, de conuer.coniug.ex quibus desumitur dolo non obstante validam esse professionem.

4 Mouentur præterea ratione, † quod huiusmodi dolus, sit bonus dolus; qui laudandus est, & à iure permittitur.l,1.& l.dolum.ff.de dolo hunc autem bonum esse dolũ ex eo probant, quod ingredientes ad meliorem, & tutiorem vitam inducantur, ac Dei seruitio applicentur, cui seruire regnare est, quocirca cum ex dolo eorum commodũ oriatur nullam videntur querelę iustam causam habere, sicut etiam nec culpa obijci ab eo potest, qui ex ea est commodum consequutus. l.cum in fundo.§.quod si mulier, vbi glo.Alber.& Bal.not.de iur. dot. l.nupta.§.1.inibique not.glo.ff.soluto matrimonio.Idem tradunt glo. in l.sed etsi exceptio.ff.de euictio.Alex.consi.71.num.1.lib.2.Dec.cõs. 492.num.11.in fin.Cagnol.in l.ex qua persona.num.2.de reg.iu.Cur. Iun.num.47.& Sebast.Sapia.num.51.in l.diem functo. de offi. asser. & propterea dicebat Bellam.in c.constituit. 20.q.3.ex eo hunc contractum firmum manere, quod dolus non consequitur effectum suum: immo totum contrarium, cum animę salutem consequatur: ad huius sententię corroborationem facit authoritas Apostoli ad Cor.12.vbi inquit, *Ego uos non grauaui, sed cum essem astutus dolo uos cœpi.*

Quibus pręcipuè rationibus id affirmarunt in authen.nostra Cin. num.11.Alber.num.2.in fin.& dec.nume.9.Bald.in authen.si qua mulier.num.33.huius titul.gloss.in cap.illud.20.q.1.in can.sicut.27.q.1. & in can.constituit.& idem inibi receperunt Archid. Turre Crema. Ægid.Bellam.20.q.3.glo.Inno.num.2.Hostien.num.8.Ioan.And.num. 10.Anton.Butr.num.18.Ioan.Anan.num.1.Abb.num.4. & Imol. nu.9. in cap.cum dilectus, de ijs, quæ vi met.cau.fiunt.Hostien. Ioan. Andr. num.1.& Abb.num.3.in cap.cum ad nostram, de regula.glo. Hostien. num.9.Ioan.And.num.8.Anton.But.num.14.& Abb.num.8. in cap.ex parte, lo 2.de conuer.coniug.glo.Hostien.nu.5.Anton.But. eod. nu.5. Abb.num.1.& 4.in cap.veniens.eodem titulo, glo.Inno. num.4. Host. num.19.& 20.Ioan.And.num.21.Anton.Butr.num.26. in cap.dudum, de conuer.coniug.Ioan.And.in cap.scripturę.num.5. de vot. Henric. Boich.& Alber.in c.super eo.num.5.de regul.quod coniungit cũ cap. ad nostram.glo.in regul.scienti.de regul.iur.lib.6.Abb.in c.præterea

lo 1.num.5.de offi.deleg.in c.ex parte, num.16.de reſtitut. ſpoliat.in cap.in noſtra.nu.7.de ſepultur.in cap.cum dilecti.nu.7. de emptio. & vendition.in cap.in præſentia.num.3.vbi Fely:nu.10. Dec.num.34.& Auguſtinus Berous.num.105.de probat.Gulielm.Benedict. in c.Raynutius verbo condidit. Io 2.num.26.de teſt. Hoſtien.in ſum tit. de regularib.§.4.num.7. & in tit.de voto.§.vtrum ſpeculator, de ſtat.mon. §.fina.num.71.& titu.de reſtit.in integ.§.3.num.6. Ioan.de Friburg.in ſum.Confeſſ.lib.2.tit.8.de empt.& venditio.quæſt.8.in fin. & l.3. titu. 28.de tranſ.clericorum.quæſt.10.& Angel.Clauas. in ſum. verbo religioſus.nume.2.eiuſdem opinionis videtur eſſe D.Th.ſecunda ſecundæ.quæſt.189.art.9.aſſerens apoſtatare,mendacijs inductos ad profitendum,ſi retrocedant.

5 Ad quas controuerſias conciliandas tertia quædam ſucceſſit ſententia aſſerentium † non omnem dolum vitiare profeſſionem,ſed eũ tantum,qui caderet in prudentem virum, quod à contrario ſenſu colligitur ex cap.cum dilectus,de ijs quæ vi met.cauſ.ex quo cap.id adnotarunt inibi Inno.num.2.Hoſtien.num.5.Ioan.Andr. numer.2.& 3. Anton.Butr.num.19.Ioan.Anan.num.1.Abb.num.12. Imol.numer.9. Felyn.num.19.& Dec.nume.37.in cap.in præſentia,de proba. & omnes communiter in c.dudum.de cõuer.coniu.idem Dec.in hac auth. nu.9.quod ſentit etiam Bar. hic num. 21. dum excludit dolum ſupi-
6 nũ.Dolus autem ſupinus,qui non excuſat,is dicitur eſſe cum aliquid ſupra curſum naturalium cauſarum promittitur, vt ſi ceſſatio ſtimulorum carnis,vel aliquid contra ius naturale ciuile, vel canonicum, aut regulam ordinis,vt explicant Inno.Hoſtien.Ioan.And.Anto.Abb. & Imol.in d.cap.cum dilectus.Aduerſus quam ſententiam non obſtãt ea,quę ſuperius adducta ſunt,& primo quidem non obſt.cano.conſti-
7 tuit.20.q.3.locum enim habet † in dolo leui,blanditijs, verbis captatorijs,vel munuſculis ad profeſſionem impellentibus ſpe lucri ex bonis ingredientis conſequendi. Sicut etiam corruit cap. ex parte, de conuer.coniuga.nam dolus,& falſa cauſa fuit impulſiua,finalis verò cauſa fuit animus, & voluntas Deo ſeruiendi, vt inibi explicat gl. & Abb.num.8.Nec etiam obſtat. cap.veniens,eodem titulo:nam ille dolus non erat cadens in prudentem virum,nec enim erat veriſimile, quod maritus ſibi ipſi damnum grauiſſimum inferret ſe reddendo inutilem,vt vxori noceret.

Nec quidquam facit cap.dudum:nam ex eo cap. nullũ poteſt colligi argumentum,vt Ioan.And.& alij explicant eo in loco, immo potius à contrario ſenſu facerer pro contraria opinione, dum validam pro-

profeſſionem non fuiſſe ex eo deſumitur, quod tempore, quo vouit, id non feciſſet purè ſimpliciter,& voluntariè pro Dei amore, & animę ſalute,præterquam quod eſt illius fatuitati imputandum, quod ea crederet,quæ ſubſtantiæ religionis maximè repugnant, retentionem,ſcilicet proprietatis,& continentiæ non obſeruationem, vt animaduertunt eo in loco Inno.& alij.

8 Nec etiam ea aduerſatur ratio,quod cum ſit dolus bonus, & permiſſus profeſſionem non vitiat:nam id vtique negatur, † cum graui ter illi peccent,qui homines mendacijs,& falſis rationibus etiam ad religiones inducunt:imminet enim in ducto periculum, ne cũ ſe deceptum inuenerit retrocedat, & fiant nouiſſima illius peiora prioribus,vt inquit D.Thom.2.2.quæſt.189.ar.9.ſi ergo peccant inducẽtes nõ poteſt dici bonus dolus,qui ex peccato reſultat,vt arguit Bar. hic.num.22.quod ſi non eſt bonus dolus nihil intereſt, quod ad meliorem vitam quis inducatur:nam ſi hoc admittendum eſſet,idẽ quo que locum haberet, cum quis vi, vel metu ad meliorem vitam inducitur,quod falſiſſimum eſt,vt ſupra probauimus, quod ſi id in vi, & metu admittitur,in dolo etiam graui multo fortius admittendũ eſt: cum plus ſit perſuadere,quam aliquẽ compellere,atque cogere:teſte iure conſulto.in l.1,§.perſuadere.ff.de ſeru.corrup.

Nec quicquam etiam obſtant rationes,quibus hanc reijcit opinionem Auguſtinus Berous in cap.in præſentia.num.123.& ſequen. Rõ nempe,qua mouentur alij,quia eſt bonus dolus, quæ pariter militat, ſiue leuis ſit,ſiue magnus, nam hoc falſum eſſe ſuperius probatũ eſt. Nec etiam quod ex cap.ex parte,de conuer.coniuga. ipſe deducit, in quo alterius dolo non obſtante valet ingreſſus ea ratione, quia ſine tali cauſa ſeductionis religionis obtentu,potuiſſet ingredi monaſterium,& ſic præſumit vltra dolum etiam quod ſponte,& ſine dolo ingreſſurus fuiſſet,quæ ratio multo fortius militãt in prudentibus: nã reſpondetur non colligi hoc ex eo cap.cum nihil eo in loco ſum.Põt. præſumat: ſed ſolum idcirco falſam cauſam profeſſionem non vitiare aſſerat, nec maritum vxorem repetentem hac vti poſſe ratione: cum etiam ſi maritum lepra percuſſum non credidiſſet, monaſteriũ adhuc marito contradicente ingredi potuiſſet: cum matrimoniũ adhuc non eſſet conſumatum: & tandem nihil obſtant contrarijs rationibus reſponſiones,& primo quod cum ſit dolus tertij non poteſt vitiare profeſſionem:ex qua Deo eſt ius quæſitum: nam id non procedit,cum ille tertius reputatur eadem perſona, vt tutor, procurator, & negociorum geſtorum,cuiuſmodi eſt Abbas,qui obligationẽ Deo

quærit,& eius nomine ſtipulatur.l.ſed & ex dolo.ff.de dolo Bar.in l.& eleganter.nu.3.ff.de dolo,& in hac authen.nu.20.

9 Item etiam dolus tertij nocet cum ille tertius eſt proxima cauſa acquiſitionis meæ.l.ſi procurator.ff.de doli exce. Bar.in l.3.& l.& ele
10 gãter.nu.3.ff.de doli exce.atqui †Abbas proxima eſt cauſa obligationis quæſitę Deo,ergo nocere debet,nec militãt rñſiones ad c.cum dilectus,à contrario ſenſu de ijs quæ vi met.cau.fiunt, quod non ſumatur argumentum à contrario ſenſu,quoniam ſequeretur abſurdum: nam vt probatum eſt,potius ſi contrarium diceremus eſſe abſurdũ.

Nec ſecunda ſolutio,quod illud operetur votum,& iuramentum, ſecus ſi dolus ſolus interueniſſet:nam id ridiculum eſt, & contra Beroum pugnat:ſi enim votum iuramento confirmatum irritatur,multò magis votum ſimplex,cum duo vincula fortius ligent. c.1. de tregua,& pace,cum vulga. & vltimo nihil facit tertia ſolutio quod differentia inter dolum,qui cadat in prudentem virum conſideretur ſolum quoad oblationem bonorum,non autem quoad perſonas:id aũt falſum eſt,cum id tam perſonę oblationem reſpiciat,quam bonorũ, ideoq; vtrumque vitiat.

Ad quam ſententiam confirmandam maximè confert,quod tradiderunt Dom.Sot.lib.7.de iuſtitia & iure.9.parte,artic.2.ad primum. Mantio,& P.Henriquez.2.2.q.88.ar.1.quod ſiquis fraude, & dolo ad religionem Carthuſię vouendum inducitur, quia facilis ſit, abſque ieiuniorum,& veſtium aſperitate,& delectu ciborum, votum, quod nullum eſt ſeruare non tenetur.

11 Quam concluſionem limitat primo Bar. † cum dolo quis induci-
12 tur ad ingrediendum religionem in genere, ſecundo † cum dolus cõmittitur ab Abbate,cui tanquam perſonę fide dignæ religiosè in negocio ad eum ſpectante credidit iuſta cauſa motus, ſecus verò ſi ab alio glo.in l.nec ſupina.ff.de iur.& fact.ignor.nec dicendum eſt, quod tenebatur ſcire regulam,eius namque ignorantia, tanquam facti excuſat Inno.Hoſt.Ioan.And.& Ioan.Ana.in d.c.cum dilectus,de ijs quę vi met.cau.fiunt.

13 Vnica tamen ſupereſt difficultas, quæ eſt huiuſmodi † quod dolus dans cauſam matrimonio,non vitiat matrimonium,vt probat Dida. in epitome,de ſponſa.2.par.c.3.5.& 7.nu.3. cuius deciſionis ratio eſt ob indiſſolubile vinculum à conſenſu procedens, cum ſpiritualia inhæreant ſic,vt euelli non poſſint.Bal.in rub.extra de iud. 1.lect. nu.7. & Dida.Couar.lib.uar.reſol.c.5.nu.8.lib.1.

Ad cuius reſolutionem plures caſus conſiderandi ſunt, quorũ primus

14 mus eſt † cum quis veris,& laudabilibus perſuaſionibus ad religionem aliquem induxit ſecularis vitę proponens pericula,& difficultates,& religioſorum ſtatus commoda,& meritum,in quo apertiſſimè dicendum eſt validum huiuſmodi eſſe ingreſſum,& eum maximè laudandum,qui induxit:ſcriptum eſt enim Iacobi vltim. *Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animam eius à morte, & operit multitudinem peccatorum,ad idem facit*, quod traditum eſt Daniel 12.

15 † *Qui ad iuſtitiam erudiunt plurimos, erunt quaſi ſtellę in perpetuas æternitates*, grauiterq; ſunt reprehendendi huiuſmodi factum diabolico inſtinctu,velut Pharaonis amici improbantes,vt tradit glo.Origen.in quintum Exodi:Quare Moyſes,& Aaron ſollicitabãt populum ab operibus ſuis: *Hodie quoque* (inquit Origenes) *ſi Moyſes, & Aaron, id eſt propheticus,& ſacerdotalis ſermo animam ſolicitat ad ſeruitutem Dei, exire de ſeculo, renunciare omnibus, quæ poſſident attendere legi, & uerbo Dei; continuè audies vnanimes,& amicos Pharaonis dicentes,videte quomodo ſeducunt homines, & peruertuntur adoleſcentes*, idque latisſimè probat D.Thom.2.2.quæſtion.189.arti.9.quodlibet.3. art.11. & quodlibet.4.art.23.

16 Secundus caſus eſt cum quis conuentione,vel pacto, prętium accipit.vel aliud quodcunque terrenum beneficium,vt ingrediatur, peccat etenim tam accipiens, quam dans, ac vterque in labem incidit ſimoniæ: Ita Bonifacius Pont.in can.quam pio.1.q.2. D.Thom.2.2.q.100.art.3.ad quartum,& q.189.ar.9.& quodlibet.4.art.23.in corpore.Omni verò pactione ceſſante,beneficia temporalia conferre ad ingreſſus impedimenta tollenda,vel ad eum nutriendum,aut in ſtudijs alendum,vt religioni ſit aptus laudabile eſt, atque commendabile, idem etiam in beneficijs tẽporalibus ſi aliquis aliquem alliciat, vt eum fauorabilem ſibi reddat,gloriam non intendens propriam, ſed Dei honorem,& proximi ſalutem.D.Th.d.locis.

17 Tertius caſus eſt cum quis † in leuibus decipitur ex quibus graue damnum non infertur, & dicendum eſt tunc etiam validum eſſe ingreſſum ex eo,quod tradunt in voto. Dominic. Sot. & alij ſuperius citati.

18 Quartus caſus eſt cum dolo quis inducitur ad profitendum, dolus autem † committitur in accidentalibus religionis, vt ſi religio proponitur relaxata tanquam ſancta, vel in ea delectum ciborum non ſeruari affirmatur,nec abſtinere à carnibus,aut aliquid ſimile, & tũc licet dolo inducentes peccent,religioni tamen obligatur cum quoad ſubſtantialia,non fuerit dolo inductus, ac formaliter illa profitendo

promiserit,hoc tamen casu,si quidem falsum esse sciebat,quod mendacijs sibi proponebatur,sibi imputet,non enim tenebatur credere, si autem verisimiliter ignorabat,aut illa à carnibus abstinendi, vel similis consuetudo est particularis alicui monasterio, & transferẽdus est in aliud.Inno.Hostien.& alii in cap.cum dilectus,de ijs quę vi me. cau.fiunt:si verò est vniuersale religionis institutum,religioni in genere obligatus remanet:ideoq; eam in qua non seruantur ista accidẽ
19 talia eliget.glo.in can.constituit.20.q.3. † Ignorantia namque regulę,vt quid facti excusat Inno.Hostien.Ioan.And.Card. Anton. & Ioan. Anan.in c.cum dilectus, de ijs quæ vi met.cau.fiunt, atque ita soluitur,quod de matrimonio carnali superius diximus: sicut enim illud ob dolum in accidentalibus non vitiatur,ita etiam spirituale: solum autem est differentia,quo ad obligationem specialem,quod in matrimonio ex eo contingit,quia non potest aliter esse consultum, in professione verò illud vinculum non dissoluitur: sed commutatur, dum vni religioni obligatus ob dolum in accidentalibus in aliam transferetur.

20 Quintus casus est cum dolo ad profitendum est inductus, & hic si circa † religionis substantialia versatur, professionem irritam esse dicendum est,vt si quis iuris ignarus,rusticus,vel aliqua muliercula ad profitendum dolo inducatur,ac ei ab Abbate, viro religioso, fide digno,& in eo negocio perito,asseratur,eum, qui profitetur, aut castitatem,aut paupertatem,aut obedientiã seruare non teneri: in hoc enim casu locum habet opinio Bart.in hac authent. num.20.& in his terminis intelligenda est opinio Inno.& aliorum, quam inibi defendimus:nempe cum dolo cadente in prudentem virum, quod intelligo inspecta conditione dolo inducti,prout in metu declarauimus: si enim causa,qua ad profitẽdum inducitur sit dolus in substãtialibus, irrita est profesio non secus ac matrimonium.

21 Quæ conclusio non habet locum primo † cum quis ad profitẽdum est inductus propter Deum,non autem cupiditate bonorum.argum. cano.constituit à contrario sensu not.Abba.in c.dudum,nu.9.de conuer.coniugat.

22 Non procedit secundo cum quis alias propria voluntate ingressurus facilius attractus est munusculis,aut verbis adulatorijs,& blandis,ita vt non principaliter dolo fuerit inductus,vt not.Vgo.Archid. Card.Tur.Crem.& Ægid.Bellam.in d.can.constituit.Aug.Ber.in c.in præsentia.nu.103.de probat.

23 Tertiò cessat superius firmata conclusio † cum fuit inductus dolo à mo-

nasterio, vel Abbate, secus verò si ab alia persona particulari monasterij.ex senten.Abbatis,in d.c.dudum.nu.9. quam licet reprobare videatur Dec.in hac authen.nu.9.& in c.in præsentia. nu.32. de probat.vera tamen est,nisi Abbas,aut monachi dolum sciuerint ante professionem,aut factum post emissam professionem ratificauerint, vt explicat Aug.Berous,in d.c.in præsentia.nu.109.

SVMMARIVM EX CAP. XIIII.

1 *Pactum ab ingrediente appositum,ut liceat retinere bona sua uitiatur, si ex interuallo opponatur,sed professio firma remanet.*
2 *Pactum appositum in ipsa professione per viam modi uitiatur, & professio firma remanet,secus si per viam conditionis.quod reprobat Aretinus.*
3 *Pactum retentionis bonorum in professione appositum sub conditione,ut in usu tantum,& nuda administratione uerificari possit,ualet cum ingressu,secundum Bar.& Ciuilistas,sed contrarium tenent Canonistæ.*
4 *Pactum incontinenti in professione appositum per viam conditionis, & pleno iure nullum est, sed professio firma remanet,secundum multos, sed contrarium tenent plurimi.num.15.quod nos tenemus,& clarè probamus.nu.19. vsque ad finem.*
5 *Pactum vt quis efficiatur monachus pro consequenda Abbatia non ualet, & professio firma remanet.*
6 *Diaconus,si cum protestatione ordinetur,se velle vxorem accipere,remanet ordinatus,& pactum corruit.*
7 *Intellectus ad caput Diaconi.28.dist.& plurib.seq.num.*
8 *Continentia non est de substantia ordinis Diaconatus.*
9 *Differentia est inter eum,qui religionem profitetur, & illum,qui ad sacros ordines promouetur.*
10 *Intellectus ad caput insinuante,qui clerici,uel uouentes.*
11 *Regula utile,per inutile non uitiatur,intelligitur circa accidentalia,secus circa substantialia.*
12 *Hæres institutus in re particulari,vel excepto fundo, fit hæres in totum.*
13 *Intellectus ad l.1.§.si fundo.l.quoties. §.si duo, & l. si ita quis. ff. de hære.insti.*
14 *Conditio impossibilis actum non uitiat in vltimis voluntatibus.quod qualiter intelligatur vide.*
15 *Professio uitiatur in pacto,quando fuit incõtinenti appositũ per uiã cõditionis.*
16 *Pactum,quod precarium possit usque ad tale tempus reuocari nullum est, & precarium firmum remanet.*
17 *Conditiones contra substantiam matrimonij annullant matrimonium.*

Intel-

18 *Intellectus c.fin.de conditionibus appositis.*
19 *Voluntarium militem vult Deus.*
20 *Clericorum societatis Iesu institutum laudatur.*
21 *Votum sub conditione emissum non est implendum, si conditio non fuerit purificata.*
22 *Substantialia matrimonij sunt fides, sacramentum, & proles.*
23 *Substantialia professionis sunt castitas, obedientia, & paupertas.*
24 *Matrimonium coniuges diuidere non possunt.*
25 *Paupertas magis substantialis est in monacho, quam proles in matrimonio.*
26 *Matrimonium tenet etiam si prolis spes non habeatur.*
27 *Matrimonium inter Beatissimam Virginem, & Beatum Ioseph fuit verum matrimonium.*

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

1 TERTIVS & vltimus casus in quo professionẽ irritari dubitatur est, quando ingrediens aliqua sibi ex pacto retinuit bona, in quo vt hęc materia clarior appareat plures casus distinguendi sunt, tamen vt variatio delectationem inducat, disputando procedam, breuiter per istos tres casus transeũdo, vt inutiles duos saltim medios existimando.

Primus igitur casus est, quando tale pactum ex interuallo fuit appositum: tunc enim concludendum est, quibuscunque verbis hęc reseruatio fiat, tale pactum non valere, professionem autem firmam remanere prout argumento l. per seruum. §. denique. ff. de vsu, & habita. dicit ibi glo. quam Cin. num. 15. Bar. 29. & alij communiter hic sequuntur, & hanc etiam approbant Ioan. And. nu. 9. Ant. But. nnm. 8. & cæteri Canonistæ. in cap. fin. de condition. appos. & in c. insinuante qui clerici, vel vouentes, ad cuius confirmationem optimè conducit tex. in l. obligationum. §. conditio. ff. de actio. & obligat. cum donatio perfecta conditionem minimè recipiat. l. perfecta. infra de donatio. quæ sub modo, quidquid simpliciter dicat Abb. sequens Pau. de Elea. in d.c.fi.nu.7. de cuius opinione infra videbimus.

Secundus casus est quando in ipsa professione pactum fuit appositum, & hoc caput tres casus continet, quos successiuè numerũ hunc secundum sequentes ponemus. Hic ergo secundus casus est quando in ipsa professione pactum fuit appositum, non per viam cõditionis,

vt

vt si diceret. Profiteor si liceat bona mea mecum retinere, vel si
2 bona mea retinebo, † sed per viam modi vel rationis, vt quia dicit. Profiteor hoc pacto, quod possim bona retinere, vel dedico me sine bonis meis, vel quia est mihi licitum bona mea retinere, & hoc etiã casu vitiari tale pactum, & professionem firmam remanere dicit hic Bar. quem, & alij supra citati in dictis locis sequuntur: per spatio notata à glosa, in l. cũ donationis, infra de transa. vbi Bal. nu. 3. per eam dicit, quod & si conditio impossibilis vitiet contractum iux. tex. in l. impossibilis. de verborum obligat. hoc tamen cessare in modo, vt ẽt dicit Angelus in d.l. impossibilis, rationem adducens, quod in modo à principio actus valeat, ex quo facilius conseruatur argum. l. patre furioso. ff. de ijs qui sunt sui, vel alieni iuris: sed Aret. in l. 1. §. sed si mihi. nu. 33. versic. & ex ista materia brocardica. ff. de verb. obl. Dec. hic nu. 23. & Aquil. in l. non solum. §. morte. ff. de no. ope. nunc. huiusmodi conclusionem impugnant, quia videtur contra mentem, & rationem d.c.fina. de cond. appo. vbi pacta apposita contra substantiã matrimonij ipsum vitiare dicũtur, necnon contra ipsum tex. in secundo exemplo, ubi casus ponitur, quando matrimonium quis contraxit, donec aliam sponsam meliorem inueniret, in quo exemplo manifestè patet conditionem appositam esse ad distinguendum actum, qui transit in dispositionem de præsenti, donec conditio impleatur, vnde eadẽ est ratio in hoc exemplo, quę in modo: in vtroq; enim casu præcedit dispositio pura, & valida, & conditio sequitur resolutiua impossibilis, & isto etiam casu matrimonium vitiatur, quoniam etiã in modo voluntas limitata videtur: quamuis enim modus actum non suspendat, vt conditio, deficiente tamen modo dispositio resoluitur, & ideo præstatur cautio de implendo modum. l. quibus diebus. §. fina. ff. de condition. & demonstration. Cum modus, & conditio impossibilis æquiparentur, vt idem Bar. dicit in l. codicillis. ff. de lega. 2. & Imo. in l. 1. ff. de condition. & demonstration. & Dec. vbi supra quemadmodum. n. qui conditionem imponit impossibilem, animum se obligandi habere non videtur. l. non solum. ff. de action. & obligation. ita qui modum adiecit impossibilem: cum diuersitatis rationem non inueniam, qua in re Aretin. & Decij opinionem veriorem esse ex ijs, quæ in vltimo casu dicentur apparebit.

3 Tertius casus est quando pactum sub conditione prolatum fuit, bonorum tamen retentio expressè in proprietate facta non fuit: sed ita simpliciter, quod in vsu tantum, & nuda administratione verificari, & intelligi posset, quo casu pactũ, & ingressum valere dicit Bartholus,

tholus,cum verba,quæ in aliquo contractu apponuntur, ſecundum naturam contractus,in quo apponuntur intelligi debeant iux. text. in l.damni infecti.ff.de damno infecto.l.ſi vno cum ſimilibus. ff.locat. cum verò monachus proprium retinere non poſſit.c.2. & c. cum ad monaſterium de ſtatu monachorum, & aliquid habere poſſit quoad adminiſtrationem,& vſum,cum Abbatis tamen permiſſione d.ca.2. ſicut ſeruus,qui licet nihil poſſidere poſſit conniuentibus tamẽ oculis domini,aliquid habere poteſt.l.4.ff.de manumiſſio.& quia ſeruus & monachus ęquiparantur iux.nota.per Innocen. in cap.cum olim, de priuileg.& glo.in d.cap.inſinuante, de quibus omnibus latius dicemus,in verbo ſua,ſequitur,vt huiuſmodi reſeruatio firma cũ profeſſione remaneat.Hanc Bar.opinionem acriter impugnat Ant. But. in d.cap.fina.dicens eam tantum aures demulcere, & melius facere legiſta ſi falcem non immitterent in meſſem alienam, & ſubdẽs dicit nũquã reperiri monachum adminiſtrationem habere perpetuã ex iure vigore pacti ſibi debitam:eſſet enim contra ius monachatus, vt proprio iure haberet.d.c.cum ad monaſterium, ſed ciuiliſtæ omnes Bar.defendere conantur,& propterea oppoſitis reſpondent. Primo non eſſe inconueniens monachum adminiſtrationem perpetuam habere,etiam ſi Abbas non conſentiret,vt in adminiſtratione monachi à ſum.Pontif.conceſſa,patet.c.porrectum, de regulari.& notatur in cap.cum ſingula.de prębend.lib.6.ergo adminiſtrationem habere non remouibilem ad nutum Abbatis,contra monachatus ſubſtantiã non eſt,aliter enim Papa non diſpenſaret,quę reſponſio ſecundũ Ant. ibi Barto.non ſaluat opinionem:nam licet monachus adminiſtrationem habeat à Papa,ex iure tamen,vel pacto non habet eam, & eſt caſus noſter,nec tamen habet perpetuo,ſed ex gratia,& quæ ad ſummi Pontifi.nutum poteſt reuocari,ſicut ea,quę ab Abbate conceditur,in cuius locum Papa ſuccedere videtur,faciunt not.in cap.vt noſtrum, de appellationibus.

Propterea Baldus hic alio modo dictæ obiectioni reſpondet dicẽs, reſeruationem,nedum in proprietate,ſed nec etiam in poſſeſſione,& vſufructu,aut vſu,faciendam eſſe,ſed in quadam detẽtione vſusfacti, & facultate percipiendi fructus,donec Abbas conſentiat, facit quod nota.in l.Lucius.§.tres hæredes.ff.ad Trebellian. nam poſt ingreſſum monaſterij ex quadam æquitate id Abbas permittere poterit,vt not. in regula.non eſt obligatorium, de regu.iur.in 6.& de ſimplici reſeruatione in vſum facti intelligitur facta,& quia indeterminatè fit, legitimo modo facta intelligitur.argum.c.exijt, qui ſeminat. §. ſi verò fra-

fratribus.de verborum ſignificat.lib.6.quæ tamen ad nutum Abbatis reuocari poterit,cum non ſit ius quæſitum,de honeſtate tamen permittere debet,& ideò licet ius non poſſit reſidere in perſona monachi,tanquam proprium in eo tamẽ fructus percipiendi facultas reſidere poteſt, vt ipſemet Bald. deducit in l. raptores. infra de epiſcopis,& clericis, vel ſecundum Aretin. reſponderi poteſt in d.l.prima. §. ſed ſi mihi,de verborum obliga.qui dicit mentem Bartoli eſſe, quod ſi illud pactum in vim pacti ſtare non poteſt,in vim mandati ex Abbatis conſenſu reſoluatur,vt l.ſi cum Cornelius. ff.de ſolut. & not. in l.1.C.de contrah.& commit.ſtipul.mandatum autem poteſt quandocunque reuocari,& ſic proprium non habebit, & hoc modo ſecundum Dec.hic Abbatis videtur excitata poteſtas.Quidquid tñ & Bald. & cæteri pro ſaluanda opinione Bart. dicant,chimera potius eſt,quã veritas:non enim monachum vſufructum, vel vſum facti, vt inquit Bal.habere negatur, ſed ex pacto,vel iure habere, nec iure cautũ eſt, nec permitti debet,vt Anton.adnotauit optimè dicto loco,nec refragatur religionis fauor,qui conſiderandus quippe eſt, vt in l.ſunt perſonæ.cum ſimil ff.de relig.& ſump.fun.expedit enim religioni potius religioſo carere,quam inuitum eum habere: voluntarium enim militem vult Deus.c.non eſt.15.quæſt.1. ſed an monachus, & qñ poſſit habere proprium, vſumfructum, vel vſum in interpretatione uerbi S E infra dicemus.

4 Quartus & vltimus caſus eſt,& hic dubius,quando monachus aliquid in profeſſione pleno iure retinuit,non per viam modi, ſed conditionis,non ex interuallo,ſed in ipſis profeſſionis verbis, & in hoc caſu,duæ ſunt doctorum opiniones,& earum quælibet numerum habet infinitum eam defendentium.

Prima eſt eorum,qui hoc caſu profeſſionem firmã remaneret, pacto reiecto,ac vitiato aſſerunt. Hanc tenet hic glo. & ſentit in §.illud. in authen.de mona.per illum tex.& in l.ſi pater.ff de adoption. glo.in cap.ſolet.30.q.2.in verbo noluit circa finem. Pet.Bellaper.hic col.5. in verſi.quid ergo dicemus.Cin.num.15.Odoffre.num.12.Alberi.nu. 15.& Iaſon.num.37.hanc dicens communem Inno.num.2. Ioan.And. num.9.in fine.Anton.Butr.num.8.verſi.dic ergo.Boich.nume.14. Ancharan.in fine,& Præpoſitus num.9.in fine,in c.fina. de condit.appoſi. & in d.c.inſinuante,qui clerici,vel vouen.Card.Tur.Crem.in c.Diaeoni.12.q.2.Ang.con.272.Io.de Imo.in c.cum M.Ferrarienſis. de conſtit.hanc etiam communem afferens.

5 Ad quam opinionem tenendam pluribus mouẽtur medijs, & primo

mo †quia ſicut pactum non valet,quod quis monachus efficiatur pro conſequenda Abbatia,vel alia dignitate,immo pactum vitiatur.c.cũ ad noſtram,cum glo.de elect.ita etiam debet vitiari hoc pactum detentionis proprij firma profeſſione remanente.

Verum hoc motiuum parum ſtringit, cum pactũ in propoſito noſtro contra ſubſtantiam ſit monachatus,vt infra latius apparebit,qđ in d tex.contrario ceſſat:immo etiam aliter tolli poteſt, quia ibi nulla monachatus facta mentione,id tantum dicitur,quod Abbatis electio ex eo nulla eſt,quia electus antea non erat monachus iux.regulares traditiones,cum monachatio fieri debeat nulla ſpe vel promiſſione ſubſequente,quod fiet Abbas.

6 Secundò mouẽtur per can.Diaconi.28.diſtinct. vbi † Diaconus cũ proteſtatione ordinatus,ſe velle vxorem accipere in miniſterio remanet,& ſic factum iſtud recipiendi vxorem ordinem non vitiat, ſic etiam in propoſito noſtro dicendũ eſt: ſed Rom.in l.1.§.ſi ſtipulanti. de verborum obligation.reſpondet illud pactum recipiendi vxorem non fuiſſe per viam conditionis adiectum, vt in caſu noſtro, ſed per viam modi.

Hæc tamen reſponſio non eſt tuta,vt ſuperius demonſtratum eſt: cum nulla ſit differentia conſtituenda in caſu hoc noſtro inter modum,& conditionem Ideo ſecundo loco reſpondent Iaſon.hic Abb.&
7 alij aduerſam partem tenentes,in d.cap.fina. † quod non mirum ſi or
8 do diaconatus non vitietur per illud pactum † cum continentia non ſit de ſubſtantia ordinis Diaconatus, vt in clericis orientalibus.c.fin. 31.diſtinct.ſed illud fuit poſtea iure poſitiuo additum.32.diſtinct.per totum,& ſic non eſt contra ſubſtantiam ſecundę regulę:ſed melius reſponderi poteſt,vt per Aquil.in l.non ſolum.§.morte.nu.289.de oper.
9 noui nunciation. † qui differentiam magnam vult conſtitui inter eũ, qui religionem profitetur, & illum, qui ad ſacros ordines promoueri deſiderat: quia profeſſio eatenus tenet, quatenus profitentis concurrit voluntas,quę per tale pactum limitata hic videtur. Ad ſacros verò ordines promotus, & ſi cum dicta proteſtatione, ordinatus tamen eſſe non deſinit,licet eius voluntas ad ordines ſuſcipiendos ceſſare videatur,quia per ſacrum ordinem character etiam animæ imprimitur,qui nunquam tolli poteſt.glo.& doctor. in cap.2.de pœnis, in 6.Bero.in c.qualiter & quando. nume.25.de accuſa. etiam ſi metu fuerit ſuſceptus,arg.c.maioris.§.item quæritur.de baptiſ.quod ſecus eſt in profeſſione.

Vel poſſet aliter reſponderi ſecundum Cardin.à Tur.Crem.in d.c.

Diaconi.num.1.in fi.quod hæc proteſtatio,ideo nihil operatur, quia iam erat ſubdiaconus,& vxorem non poterat ducere, vnde quamuis ad Diaconatũ peruenerit,& proteſtatus fuerit,nihil huiuſmodi proteſtatio operatur, ex quo manifeſtum deducitur argumentum illud in caſu noſtro ceſſare,cum eo ſcilicet tempore, quo hic ad profeſſionem emittendam inducebatur,nullo erat adſtrictus vinculo,quo huiuſmodi proteſtatio ab ipſo facta, ex alio, quam ex ipſa profeſſione nulla,& inualida declarari potuiſſet.

Tertiò mouentur per l.obligationum ferè.§.planè. ff. de action.& oblig.vbi ſi quis tradens ſolum,abſque ſuperficie tradere dixerit,nihil agit,cum abſq; ſuperficie ſolum eſſe non poſſit,ſic ergo in propoſito noſtro, hæc proprij adiectio profeſſionem vitiare non debet, cũ & ipſa ſine carentia proprij ſubſiſtere non poſſit.

Sed Aquilinus in d.§.morte.d.num.289.huic text.reſpondet, quod licet ſuperficies ſolo cohærens ſeparari non poſſit, & eam reſeruãdo nihil agat,tamen vt ibi Iureconſultus dicit efficax exceptio tradenti remanet, eo non obſtante,quod pactum tale non valeat,cum ergo tale pactum,quod in caſu noſtro eſt appoſitum valeat,vt infra patebit, non ſolum exceptionem producere debet,ſed ipſo iure propter volũtatis defectum profeſſionem ipſam vitiat.

Vlterius,& quartò pro eorum opinione adducitur text. in c. inſinuante qui cleri. vel vouen. vbi propter votum caſtitatis per mulierem quandam emiſsũ,eo adiecto, vt in propria domo cum omni ſubſtantia remaneret,votum tenet, & matrimonium poſtea ſubſequutũ nullum eſt.

Huius text.oppoſitionem conatur tollere Roman. in d.l.1.§.ſtipulanti.de verborum obligatio.dicens mulierem caſtitatis tantum votum emiſiſſe,non paupertat.s,ac propterea non eſſe illud pactum inconueniens.

10 Verum † quia hæc reſponſio inutilis, videbatur illi text. contraria cum ibi dicatur pactum fuiſſe appoſitum,vt in propria domo cũ omni ſubſtantia remaneret, ipſe alio modo reſpõdet dicens ibi pactum per viam modi fuiſſe appoſitum,quo ſcilicet caſu vitiari actus nõ debet:ſed qua ratione hæc reſponſio non procedat ex ſupradictis in ſecundo caſu manifeſtum redditur. Qua de re Aquil.ſæpius cita.loco. in d.§.morte alio modo reſpondet dicens, mulierem profeſſionis tẽpore nihil ſibi reſeruaſſe,id verò dumtaxat actũ eſſe, vt in domo propria,cum omni ſubſtantia remaneret, ſed an ea bona ſibi præcipua futura eſſe,& monaſterio non acquiri,nihil de hoc actum eſſe conuin

citur arg.c.dudum,de conuer.coniu.quem tex.hic Decius ad propositum inducit.

Mihi tamen nullum ex d.tex.argumentum sumi posse videtur: ibi enim summus Pontifex non dicit pactum illud non valere,& firmam professionem remanere.immo potius ibi permitti videtur, sed matrimonium contra votum solemne castitatis emissum, vt professioni contrarium reijcitur,tamen si qua ex parte obstare ille text. potest, Romani resoonsio primo loco adducta melior videtur. Nam vt ibi patet mulier illa paupertatis votum non emiserat.sed castitatis tantū, de cuius substantia non est proprium non habere, vt hodie in sororibus tertij ordinis Sancti Francisci apertè videmus,quæ in domo propria remanentes, castitatis voto tantū emisso propriū sibi retinent.

Quintū eorum fundamentum ex tex.desumitur in l.1.§.1. ff.si vsufruct.petatur. vbi si legato vsufructu adijcitur ne iter, aut via concedatur inutilem esse adiectionem dicitur,cum sine ea vti frui nō posset,sic ergo in proposito,ista retentionis proprij adiectio debet reijci,vt professio valida sit,ac suos sortiatur effectus.

Sed respondetur huic tex.ideo illam adiectionem esse nullam, & actum non infirmare, quia non est contra substantiam vsusfructus, vt in l.per seruum.§.denique.ff.de vsu & habit.nam via,& iter sunt accidentalia,& quasi adminicula,seu quasi instrumenta ad vsumfructū: sed in monacho retentio proprij, contra substantiam est monachatus,dicto cap.cum ad monasterium,& cap.non dicatis. 12.q.1.

Sextò adducunt pro ipsis.cap. quidam. 10. q.1. vbi si quis Ecclesiā fabricauerit,eamque postulet consecrari, eo adiecto,vt quas illi dotes tribuerit ad Episcopi non pertineant ordinationem,tale pactum nullo modo permittendum est,quia contra ius est, quod idem in proposito nostro dicendum est.

Sed Abbas in d.c.fina.de condition. apposit. respondet conditionē ibi appositam non fuisse contra substantiam consecrationis Ecclesiæ,sed contra consequutiua ad ordinationem Ecclesiæ, ideoque non vitiare.

Septimo facit pro eis regula,quod vtile per inutile non vitiatur. l.1.§.sed si mihi,de verborum obligat.cum similibus,at si nos diceremus professionem vitiari per adiectionem inutilem factam retētionis bonorum,vtile per inutile vitiaretur, & esset contra dispositionē
11 regulæ,ergo &c.Cui rationi respondet Cyn. hic † regulam illam intelligens,quando fit adiectio circa adminicula, & accidentalia,vt in d.l.1.§.1.ff.si vsufruct.peta.non autem circa ea.quæ sunt de substantia rei,

rei,tunc enim inutilis,& contraria adiectio totum vitiat, vt in l.per seruum §.denique.ff.de vsu,& habita.& l.vbi repugnantia.ff.de regu. iur.sed hæc adiectio proprij,vt diximus, contra substantiam est monachatus, ergo &c.

Octauo pro hac opinione adducitur, quod ex l. 1. §. si ex fundo.l. quoties.§.si duo,& l.si quis ita.ff.de hęredib.institu.apertè colligitur,
12 quod scilicet. † Hęres institutus in re particulari,vel excepto fundo in totum fit hæres,illius particularis rei adiectione detracta, sed de substantia testamenti est,vt quis non decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus.l.hoc articulo.ff.de hæredi.instituend. sicut ergo adiectio ista contra substantiam testamenti reijcitur, ita etiam pactum retentionis bonorum debet reijci,quod est contra substantiam monachatus.

13 Ad quod facillimè respondetur † in illis etenim iuribus nullum pactum,nulla interuenit conditio contra substantiam actus:sed cum in re tantum certa institutio facta esset, & institutus nullum haberet cohæredem illius certæ rei detractæ, in totum admittitur, ne testator pro parte decedat testatus,& pro parte non.

14 Vltimò ad huius sententiæ confirmationē adducitur ratio † quod sicut in institutionibus,& legatis impossibilis conditio actum nō vitiat,immo ad substinendum actum pro non adiecta habetur. §.impossibilis.institu.de hęred.instit.l.conditiones.& l.filię.ff.de condit.& demonstra.ita etiam in casu nostro conditio ista debet reijci,& professio pro pura haberi.

Hoc tamen vltimum sicut,& cætera non obstat: nam id in vltimis voluntatibus procedit,& fauore eorum, non autem in contrahentibus,& actibus inter viuos.§.si impossibilis.institu.de inutil.stipula.& l.non solum.ff.de actio.& obliga. sed professio actus dicitur inter viuos ergo &c.

Sed posset ad hoc replicari,quod sicut fauore vltimæ volūtatis impossibilis conditio non vitiat,ita etiam religionis fauore vitiare nō debet,cum sit religio omni casu fauorabilis. Ideo melius responderi posset,quod iura in contrarium allegata loquuntur in cōditione impossibili,nos autem in conditione loquimur, quæ habet perplexitatem,& actus substantię contrariatur,quo etiam casu in vltimis volūtatibus actum vitiat.l.si Titius.ff.de condition.institit.& in d.§.deniq;. nec vt dixi religionis fauor refragatur, qui si quoad personam attinet ingredientis nullus considerari potest, quia vt dixi voluntarium militem expedit habere,& non coactum.cap.non est.15.q.1.& quoad

bona

bona cum hic dolo inductus videatur, sequitur, quod nec bona in monasterium transire debeant, prout Roman. affirmat in d. §. stipulanti. numero 32. & latius dicemus in verbo S. V. A. Ex quibus constat hanc opinionem nullo esse fundatam iure, vel ratione, cui responderi non possit.

15 Altera superiori contraria est eorum sententia, qui professionem huiusmodi per hanc conditionem appositam irritari affirmant, quã tenent glo. in c. fina. de condition. appos. & in c. 1. qui cler. vel vouen. Goffred. in titulo de regul. iur. in ver. quod si aliquis Paul. de Eleaz. Petr. Ancharan. in fine, & Ioan. de Ligna. in clement. fin. de regular. b. Card. Florent. & Abb. num. 7. in d. c. fin. Præpo. in d. c. non dicatis. nu. 6. 12. q. 1. Hanc etiam tenent glo. in l. per seruum. §. denique. ff. de vsu, & habita. Iacob Butrig. in authen. si qua mulier. colum. 2. versi. modo quæro. Bart. hic. nume. 29. Sal. num. 5. Paul. Castr. 19. & Dec. 22. in hac authen. Angel. in l. si quis ita hæres, de hęred. institu. & in l. quidam. §. illo. num. 5. infra de neces. ser. hæred. instit. Roman. in d. l. 1. §. si stipulãti. nu. 26. de verbor. oblig. Alex. Aret. & Alcia. qui communem dicit in d. l. 1. §. sed si mihi, eod. tit. Aquil. in d. §. morte. nu. 289. And. Sic. consi. 3. vol. 1. & alij per ipsos allegati.

Ad cuius sententiæ confirmationem adducitur.

Primò tex. in c. fi. 32. q. 8. in fi. vbi dicitur, quod cum homines vouerint nulla conditione rumpenda sunt, quæ sine vlla conditione vouerunt, at iste sub hac conditione vouit resolutionis, scilicet proprij ergo &c.

Huic oppositioni rñdetur per Aret. in d. §. sed si mihi, qđ istud verbum conditio de valida intelligitur, non inualida arg. l. non putauit. §. nod quæuis, de bonorum possesio. con. tabu. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. sed conditio ista est inualida, quia monachus non potest habere proprium, ergo nulla est conditio: sed melius dic (vt patet) ex d. tex. non colligi in rumpenda vota, quæ cum aliqua conditione sunt emissa, cum huiusmodi vota actus sint legitimi, qui non recipiunt conditionem, neque diem per reg. actus legitimi, quapropter nihil obstat.

Secundò mouetur ex l. per seruum. §. denique de vsu, & habita. vbi inutile vsusfructus legatum dicitur, si vsus adimatur, sicut ergo vsus fructus absque vsu esse nõ potest, & si vsus adimatur, vsusfructus quoque adimetur, ita in proposito, quando monachus esse nõ potest absque carentia proprij, si fiat cum proprij retentione esse monachus non potest.

Huic

Huic autem obiectioni respondet Ioan. de Imo. in d. l. vbi ita donatur. de mor. causa donat. quod ex eo nullum est vsusfructus legatum, quia circa rem legatam versatur impossibilitas, non autẽ circa substantiam actus, vt in casu nostro, sed an hæc responsio teneat ex infrascriptis apparebit.

Tertiò pro hac opinione adducitur ratio, quam ponit Areti. in d. §. sed si mihi, quoniam ista promissio ex parte vouentis repugnantiã continet, & contradictionem: vult enim profiteri regulam, de cuius substantia est paupertas, & proprium vult sibi retinere, quod regulæ substantiæ repugnat: ex qua contradictione, & repugnantia obligationis, & professionis oritur nullitas, vnde Barto. in d. §. morte dicit protestationem, quæ incontinenti, & in contextu orationis cũ facto sequitur actum semper nullum reddere propter contradictionem, & repugnantiam, & si pars altera protestationi non consentiat, quia contrarius seipsum repellit. l. 2. §. sed si alius. ff. quando appella. & d. l. vbi repugnantia, de regu. iu. facit l. si Titius. ff. de condit. & demonstr. in c. vnico. de postul. prælat. in 6. quamuis ergo Deus non consentiat, vt dicunt Ioan. And. & alij: quia tamen perplexitas, & repugnantia obligationem impedit formari ex parte vouentis, non est curandũ si alia pars non consentiat.

Aduersus hanc rationem adducunt contrarię opinionis fautores.

16 tex. in l. cum præcario. ff. de præcario: † vbi pactum, quod præcarium non possit, nisi vsque ad tale tempus reuocari nullum est, & præcarium firmum remanet, & tamen illud pactum contra substantiam actus erat appositum, & in se repugnantiam continebat, & actum nõ vitiat.

Huic tex. & obiectioni, alijs infinitis responsionibus omissis, ita dicendum videtur ex mente Baldi in l. si pater. la prima, in 2. lectura. ff. de adoptio. quod quando pactum contra substantiam actus appositum, contractus minuit virtutem tunc semper vitiatur dispositio, vt d. §. denique, & latè Dec. in reg. nemo potest. de regul. iur. sed quãdo virtutem ipsius auget, tunc si pactum non tenet, non redditur obligatio, & contractus nullus: nam si voluerunt quod est plus, id etiam quod minus est velle videntur argum. l. 1. §. si stipulanti ff. de verborũ obli. facit tex. in l. tutores. §. curatores. ff. de admi. tut. & à cõtrario sensu. l. egi cum gl. 1. ff. de exce. rei iud.

Quartum huius conclusionis fundamentum est per c. fina. de condition. appos. it. qui est pro hac opinione fortissimus tex. cuius verba

17 hęc sunt † *Si conditiones contra substantiam coniugij inserantur, puta si alter*

dicat

dicat alteri contrahо tecum, si generationem prolis euites, vel donec inueniam alteram honore, & facultatibus ditiorem, aut si pro quæstu adulterandi te tradas, matrimonialis contractus quantumcunque sit fauorabilis caret effectu.
Sed argumentum de matrimonio carnali ad spirituale validum est. cap.2.& toto titu.de translat.Episcoporum, ergo professio per pactũ istud vitiatur.

18 Sed huic tex.conantur respondere Io.And.Anton.But. & alij ibi dicentes eo in loco de partium agi præiudicio, quæ possunt consentiendo sibi prejudicare, secus in monachatu: nam & si Abbas aliquem ad religionem recipiens, conditioni huic consentiat, per hoc tñ Deo nõ præiudicatur, cui principaliter vouens obligatur, non autem Abbati sicut in tex.nostro expressè dicitur.

Sed in hanc responsionem animaduertit Imola, in l. vbi ita donatur, de donat.cau.mor, dicens, illum tex.intelligere quando alter appositæ conditioni consentit, est restringere illum, qui indistinctè loquitur, indistinctè, ergo debet intelligi.l.de prętio.cum similibus, de publica.

Verum licet Imolæ responsio admitti possit, vt tamen formaliter respondeatur, sic dicendum est, prout per Card.& Abb.in d.c.fi. quod in professione adeo necessarius est Abbatis consensus, vt sine eo professio non valet.c.ad audientiam,& c.porrectum, de regula. Nec obstare dicunt obligationem in professione Deo acquiri: cum idem sit in matrimonio, ac etiam magis, cum illud sit sacramentum, tamẽ verum est, quod licet Abbas hoc casu domini vices fungatur. cap. si religiosus.de electio.in 6.seruus domini tamen dicitur.c.vnico. de sindi.serui quidem procuratores, Abbates, vel prælati, licet in quæsitis non possint Ecclesię,& dominis præiudicare, in quęrendis tamẽ, prout in casu nostro præiudicare possunt, vt not.glo.& doctores in l. iubemus.hoc eod.tit.nostro.& 16.q.1.c.vlt. &in l. fin. infra de acq.poss. latè Rom. consi.184.

Hanc tamen responsionem Card.& Abbatis impugnant hic Iason, & Præposi.in d.c.fi.dicentes obligationem in professione magis Deo, quam in matrimonio acquiri,& circa acquisitionem dicũt quod vbi de animę præiudicio agitur nullo modo prælatus, vel Abbas possunt præiudicium aliquod inferre: cum animę cunctis sint rebus præponẽdæ.c.præcipimus.12.q.1.l.sancimus.hoc eodem titu.non est ergo bonum argumentum de temporali amissione, ad animarum amissionem, eo magis quod in ijs, in quibus prælatus Ecclesiæ præiudicat actio ipsi Ecclesię conceditur contra prętatum, eiusque hæredes. c. ex

prę-

præsentium, vbi gl.de pignoribus,& ideo si in quęrendis præiudicat, de suo tenetur satisfacere, vt voluit Federicus Senensis, consi.9. at verò quando res estimationem non recipit, debet ecclesia omninò indemnis seruari glo.in cap.cum venissent, de in integrum restitutio. & in cap.coram, de offic.delegat. at in casu nostro si professioni, ita conditionatæ consentiat Abbas in anima quærenda Deo præiudicat, quæ estimationem nõ recipit, nõ enim debuit consentire, quapp cum aduersus eum æstimatio dari non possit illæsus debebit seruari.

Et sic Ioann.Andreæ, & aliorum responsum ad dictũ cap.fina. subsistere adhuc videtur, quare Aretin.in dict.§.sed si mihi, dicit Ioan. Andreã errare in illius tex.intellectu, inferens, quod si altera pars conditioni non assentiret, vt si mulier taceret, vel diceret se purè tantum consentire, valeret hoc casu matrimonium, quod falsum est: quia si vnus ex contrahentibus sub conditione contraxit,& alter purè consentit, diuersitas maxima in substantia obligationis causatur. l.1.§.si quis simpliciter.ff.de verborum obligat. cum in matrimonio verba expressè requirantur, quando partes ea proferre possunt cap. tuæ, cum ibi nota.de sponsali.contractus ergo nullus est. Ipse verò Ioann.Andreas, adhuc in opinione sua persistendo respondet ad dict. cap.fina.dicens magnam esse diuersitatis rationem inter carnale,& spirituale matrimonium: nam de magis formali,& extrinseca substantia in matrimonio carnali est prolis generatio, quam in professione carentia proprij, quod à primæua institutione deducitur: ipsũ namque matrimonium à Deo institutum ea de causa fuit, vt liberorum natiuitas insurgeret, cap.omne itaque 27.q.2. sed vt religionem professi proprio carerent, non fuit à primæua institutione inductũ, sed ex post facto, ex authoritate ecclesiæ.cap.non dicatis, & c. certè. 12.quæstion.1.

Quibus Ioannis Andreæ rationibus,& si hanc posteriorem sententiam tenentes responsum videantur, discurrendo tamen,& funditus materiam tangendo, dicendum videtur ad quod ipse primo loco de præiuditio dei loquitur, nullum ex eo domino præiudicium inferri, quod mihi nec probari potest, nec ipsi, qui id asserunt, probant: nam
19 vt sæpius dixi † voluntarium militem, non coactum diligit Deus.d.c. non est.15.q.1.propter quod voluntati Dei satisfactum potius videtur, quam præiuditium aliquod inferri.

Et si vt ipsi dicunt, animæ salutem quęrimus, animaduertamus id quæso an huiusmodi professionem irritam declarari ipse monachus postulet, an alius, quod si ipsum id petere dicemus, cui dubium erit

si contra ipsum pronuntiatur,eum contra sui voluntatem intra claustri septa morari?Immo ex ipsa conditione apposita clarũ redditur, quia non videtur habuisse animum se obligandi.l.nõ solum, de actio. & oblig.quo nihil peius,nihil religioni deterius, & animæ suæ detestabilius esse potest:hinc religionum relaxationes, hinc monachorũ lites,discordiæ,& altercationes oriuntur,qua de re semper † clericorum societatis Iesu institutum probaui,qui voluntarios eligunt,non coactos religiosos,ex defectu ergo voluntatis nullam huiusmodi professionem declarandam arbitror.Ideoque professio metu facta nulla est.c.1.de ijs,quæ vi met.caus.& c.præsens. 20. q.3. quod latè supra ostendimus. † Votum etiam sub conditione aliqua emissum non esse implendum,si conditio non fuerit purificata. Neque posterior hæc Ioan.And.responsio subsistere videtur:sicut enim in carnali matrimonio tria substantialia insunt † fides scilicet,proles,& sacramentum c. omne itaque.27.q.2.sic tria † sunt de substantia professionis, sine quibus dici professio non potest:castitas scilicet, obedientia & paupertas.d.c.cum ad monasterium † hinc est quod matrimonium diuidere coniuges non possunt communi ẽt consensu habito.c.super eo,de eo. qui cog.consang.Quos.n.Deus coniunxit homo non separet, ita etiã professus à religione,quã est professus recedere non põt.c.licet, & c. statuimus.de reg.Nec unquam instituta religio fuit absq; paupertate,cum à primeua religionis institutione fuerit instituta, vt legitur Matth.29. *Ecce*(inquiunt Apostoli)*nos relinquimus omnia, & sequuti sumus te*, quo scilicet tempore, & sic à primeua religionis institutione paupertatis votum fuit inductum,quod latius probauimus in verbo Monasteria,in principio.Immo constanter dico † paupertatẽ in religione magis substantialem esse in Monacho,qua prolem in matrimonio: † nam adhuc matrimoniũ consistit in non habentibus prolis spem: †quod in matrimonio inter Dñam nostrã Gloriosissimã, & B. Ioseph videre licet,qđ secundũ cõem Theologorũ scholã fuit verũ, ac reale matrimoniũ,& in eo nec interuenit proles, nec vllum fuit in terueniendi propositũ:patet ex celeberrimo illo respõso, quod Regina cœlorum exhibuit Angelo,qũo fiet istud, qm̃ virum nõ cognosco. O admirabile castitatis exẽplum,o excelsa virginitas, recusas virgo Dei cõnubiũ, eiusq; fieri mater,cuius eras creatura, vt votũ castitatis emissum non uiolares: sed nec violasti,quia & ante partũ,in partu, & post partum immaculata virgo permansisti,intercede pro nobis ergo ad Dñm,qui te elegit,& sic videtur p supradicta verior hæc posterior sententia,& finis huic verbo INGRESSI impositus.

MONA-

MONASTERIA.

SVMMARIVM EX CAP. I.

1 RELIGIONES *ipso nascente mundo institutæ fuerunt.*
2 *Seth tertius Adami filius prima fuit religionis figura.*
3 *Filij Ionadab religionis Typum expresserunt.*
4 *Samuel Prophetarum conuentum instituit quos Hieronymus monachos appellat.*
5 *Helias Prophetarum Religionem restituit.*
6 *Nazarei religiosi fuerunt.*
7 *Essei,Pharisei,& Seducei religiosi fuerunt licet hæretici.*
8 *Sacerdotes Aegyptij arctissimum vitæ institutum habebant.*
9 *Religiose viuendi modum per Ezechielem dominus ostendit.*
10 *Omnis vera religio à Christo sumpsit exordium.*
11 *Christus dominus noster tria religionis instituit vota,& Apostolis præfixit.*
12 *Christus dominus noster proprio exemplo tria substantialia seruando docuit.*
13 *Apostoli fuerunt institutores Religionum.*
14 *Religionis laudes.*
15 *Christiani primitiuæ ecclesiæ omnia vendebant,& pretium ad pedes Apostolorum afferebant.*
16 *Religionis antiquitas à D.Bernardo declaratur.*
17 *Apostoli professi sunt tria substantialia.*
18 *Ananias cum vxore Beato Petro iubente subita morte corripitur ob contrauentionem voti paupertatis.*
19 *Christiani primitiuæ ecclesiæ non erant à religiosis dissimiles.*
20 *Christiani segregatim viuere cœperunt.*
21 *Duo genera sunt effecta Christianorum, alterum Clericorum, alterum secularium.*
22 *Religiosorum primitiuæ ecclesiæ habitus.*
23 *Religiones in Aegypto plurimum auctæ fuerunt,deinde in Africam,demum in Europam.*
24 *Religiosorum clericorum conuentus Mediolani erat Augustini tempore.*
25 *Omnis religio tempore frigescit.*
26 *Diuus Marcus Euangelista primus omnium Alexandriæ clericos reformauit, & mulierum conuentum instituit.*
27 *Sanctus Augustinus clericos reformauit Hypponi.*

CAPVT PRIMVM.

NVNC ergo vt institutum prosequamur ordinem in huius auth.verborum declaratione, nõ nulla de religiosorum origine,ac statu alijsque ad eos pertinentibus verbi huius(Monasteria) occasione ducti pertractanda decreui non incongruum, eorum etenim gratia Monasteria condita ac instituta sunt, & ex eorum antiquitate & origine Monasteriorum quoq; demonstrabitur origo,& status,vt quę aduersus orthodoxam fidem nostrã rapaces lupi,& canes latrare conantur; veritate,& authoritate confutentur,& qui à Deo tam singulari beneficio concesso fruuntur leti exultent eiq; maximas gratias referant.

1 Ea est igitur religionum antiquitas, ea vtilitas, vt ipso nascente mundo,figuratæ ac præsignatæ fuerint, quod pluribus sacræ paginæ confirmare possem exemplis, si breuitati consulendum non esset, & quæ ad hanc Authenticam pertinent quæstiones, ad earum declarationem me non reuocarent, aliquando tamen vberiorem de his tractatum ~~annuente Deo~~ promulgaturum non despero:ex ijs tamen aliqua clariora in medium afferre nõ dubito,& si obtrectatoribus meis id extra materiam fortasse videbitur,accuratis tamen viris gratum futurum non despero.

2 Prima autẽ religionis figura in Seth:tertio Adami filio clara redditur,vt explicatum est.Gen.4.Is enim cœpit nomen Domini inuocare,atque Deum spetiali cultu religioni proximo inuento deprecari, vt explicat Aug.15.de ciuit.Dei.c.18.& venerabilis Beda lib. vnico, super Gene.& Thom.Vuald.in doctrina fidei,tomo 1.lib.3.c.1. nu.1. cuius institutum eius filij sunt amplexi,vt Nicolaus Lirensis in Gen. testatur, ijsque succesit Enoch septimus ab Adamo, qui ambulauit coram Deo. Gene.5.

3 Filij quoque Ionadab filij Rechab, religionis quendam typum ex presserunt viuentes communiter,à vino abstinentes possessiones immobilium à se abdicantes, patrum mandatis obtemperantes. 1.Paralip.2.qui collaudantur Hieron.35.eosque religiosos appellant. Rabanus in glo.1.ad Timot.3.Nicol.Liren.loco citato. Immo ab istis religiosè viuendi modum cœpisse affirmat, Thom. Vuald. vbi sup. c.2. num.1.qui eorum vitam nostræ tempestatis religiosis quam diligẽtis-

4 tissimè comparat. † Postque hos Samuel primus tempore legis religiosorum conuentum psallentium domino instituit. 1.Reg.10. qui prophetæ appellabantur,ac eos monachos dicit Hieronymus ad rusticum monachum,quos consequutus est magnus ille Dei amore ar-
5 dens propheta. † Helias Thesbite,qui Heliseo sibi ascito prophetarũ religionem penè extinctam restituit.3.Reg.19. & 4. Reg.2. ac in solitudine simul congregatim viuebant,vt habetur 4.Reg.2. & in Hist. tripar.l.1.c.2.& in libro Isidori.titu.de offi.c.15.atque hos religiosos & principes suos appellat Hieronymus epist.ad Paulinum, eorumq; conuentus,quos in ciuitatibus habebant,& quod prophetantes Deũ laudantes dicebantur,describit Thom.Vuald.vbi supra. c.4.quos religionum Princeps ex Hieronymo dicit Poleonidorus Bactauus, in tract.de antiq.montis Carmeli. lib.1. c.3. col.2.atque Heliam verum religiosum tria substantialia religionis seruasse comprobat idẽ Poleonidorus Bactauus in dicto tract.de antiq.& santimo. ordinis Carmeli.lib.1.c.3. col.31.

6 Nec transibo Nazareos, à quibus religiosè viuendi modus iste demonstratur.nume.6. & eorum meminit Ioseph.de antiquita. iud.l.4.
7 c.3. † Item etiam Esseos,Pharisæos,& Seducęos,qui etsi in multis religionis instituta sectati fuerint,vt tradit Ioseph. de antiquita. iud. lib.18. & de bello Iudaic.lib.2.& Eusеb.lib.8. de præpara. Euangeli. & in lib.Scholas.Histo.in rub.design.in mor.domi: tamen ob eorum falsas superstitiones,eorum conuentus hæreseos, non religiosos ap-
8 pellabimus,vt dicit Hieronym.c.2.in Math.nec etiam omittam. †Sacerdotes Ægyptios qui arctissimo vitæ genere obstricti,ab omnibus mundi curis alieni,in templo commorabantur,quorum mores, & vitam tradidit Hieron.l.2.contra Iouin.c.6.

9 Hunc religiosè viuendi modum per Ezechielem Dominus ostẽdit c.11.his verbis [propterea(inquit)loquere hæc dicit Dominus Deus congregabo vos,& dabo vobis humum Israel, & ingredientur illuc, & auferent omnes offensiones, cunctasq; abhominationes eius de illa,& dabo eis cor vnum & spiritum nouum tribuam in visceribus eorum] quod Nicolaus Lirensis inibi de religiosis(& si in alium sensum)intelligit.

10 Has quidem religiones,quas scripsimus typum ac lineamenta fuisse harum quæ nunc sunt nemo non affirmabit † cum omnis vera religio à Christo Domino nostro sumpserit exordium,vt sensit D.Tho.
11 2.2.q.188.ar.7.in corp. Is namq; † primus omnium tria religionis vota,quæ earum bases profectò sunt,& ad quæ ceterę obseruationes

refe-

referendę ſunt inſtituit,ac Apoſtolis præfixit paupertatem, vel maximè commendans,ac beatos appellans pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Matth.5. quam Apoſtolis præcepit. Matthæ. 10. & ad eam amplectendam adoleſcentem poſt adimpleta præcepta,perfectionis viam perquirentem,vt neceſſariam hortatur præponens ei theſaurum in cœlo.Matth.19. [Vis (inquit) perfectus eſt] vade,& vende omnia quæ habes, da pauperibus, & ſequere me, quibus extremis verbis obedientiam expreſsit, cuius obiectum eſt alios ſequi,& ab alijs duci: caſtitatem vt virtutem à paucis intellectam,& cognitam prædicat.Matth.19. [Sunt (inquit) Eunuchi,qui ſe caſtrauerunt propter regnum cœlorũ,qui poteſt capere capiat,] cæteras verò obſeruationes ſummopere collaudauit, ad opera miſericordiæ diſcipulos induxit.Matth.25.Amplisſima quoque præmia ijs propoſuit,qui forti animo ſubſtinerent,& patienter ferrent aduerſitates,& perſequutiones,beatos appellans: mites,lugentes,eſuriẽtes, miſericordes, mundos corde, pacificos, perſequutionem patientes, maledictos,eiectos,& exprobatos ab hominibus propter Chriſtum. Matth.5.Quæ omnia paſſuros Apoſtolos nuntiat,ac eos confirmat,& ad veram perfectionem inſtituit.Matth.5.

12 Hæc omnia multo magis proprio exemplo docuit, quis enim magis obedientię ſe ſubiecit,quam Chriſtus? qui non ſolum parentibus putatiuis adoleſcens adhuc ſubditus erat.Luc.19. Verum etiã factus eſt obediens vſque ad mortem,teſte Paul. ad Hebr. 5. Caſtitatem verò Chriſti quis vnquam mente concepit? qui de matre virgine,ac ſine macula originali naſci voluit,vt eius conceptio de matre puriſsima fieret, vt ea puritate niteretur qua maior ſub Sole nequit intelligi, vt tradit Anſelm. in eo lib. quem de conceptu virginali conſcripſit,paupertatem denique amplexus eſt maximè omnium, ita vt de ſeipſo loqueretur. Luc.9.Vulpes foueas habent,& volucres cœli nidos:filius autem hominis non habet vbi caput ſuum reclinet, cuius paupertatis,teſtis eſt Paul.2.Ad Corinth.8. Scitis enim (inquit) gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, quoniam propter nos egenus factus eſt cum eſſet diues,vt illius inopia nos diuites eſſemus, quæ paupertas ad ſummam famem eum deduxit,ita vt exurierit. Matth. 21. Et propè fontem ſitierit.Ioan.4.de eius paupertate ſtupet Anſelm. in epiſt.de corp.& ſanguine Dñi. His verbis, [pauper verò,ita fuit vt veniens in mundum non in ſua,ſed in aliena domo naſceretur, & natus propter inopiam loci in pręſepio brutorum animalium poneretur:ſtupet Fulgentius in ſermone de Epiphania, ò mundi natura (inquit)

quit)confer mecum quis eſt ille cui exhibes obſequium,& non habet tectum] quis eſt qui præſepe vagitibus implet? Reſponde mihi oro te,dic mihi,cui exhibes laudem?non diu inquirat anima rationẽ,ſtupens enim video pannos,& intueor cœlos,ęſtuo cũ conſpicio in præſepe mendicum, & ſuper aſtra præclarum,ſed ſubueniat nobis fides, quia ratio naturæ deficit] & tãdem vt vnico verbo eius eximiam ingentemq; paupertatem complectar, non ſolum pauper natus vixit, & mortuus fuit,verum etiam ſeipſum totum nobis tradidit, vt teſtatur Angelicus doctor Thom.Aquinus in Hymno de ſacramento, incipe. Verbum ſupernum prodiens his verbis [Se naſcẽs dedit ſociũ, conueſcens in ædulium,ſe moriens in pretium,ſe regnans dat in pręmiũ.] Cęteras verò obſeruationes,ad quas alios induxit,nemo Chriſto diligentius exequutus eſt, qui ſemper prædicationibus intentus erat,& populum nunc in templo,nunc è naui docebat,qui deſerta petijt,longum ieiunium ſubſtinuit orationibus ad patrem vacauit,omniaq; miſericordię opera exequutus eſt:qui exurientibus cibum ſubminiſtrauit,claudos,cecos, mutos, debiles, leproſos, paraliticos, febricitantes,aridos,lunaticos,demonijs oppreſſos, ſanguinis fluxum patientes,& omnes malè habentes ſanauit,& denique mortuos in vitam reuocauit,ut teſtatum reliquit.Matth.14.15.17.21.& denique ſi patientiam Apoſtolis propoſuit, nemo eam conſtantius, fortius, & perſeuerantius tenuit:in quo ne eius vitam percurrentes lõgius noſtram protrahamus orationem, videatur Ciprianus qui Chriſti patientiam,veluti in ſummam redegit.ſerm.3.de bono patientiæ.

13 Huiuſmodi ergo religionem Chriſti monitis,ac præceptis inſtitutam,& fundatam exempliſq; corroboratam, cum animaduertiſſent

14 Apoſtoli † in perfectionis culmine conſtitutam, ab huius mundi curis longe poſitam,cœleſti patriæ proximam,& omni iucunditatis genere refertam,libenti,alacriq; animo conſtanterq; amplexi ſunt:ſuoque exemplo ſucceſſores ad extremum vſque ſeculi permanſuros reliquerunt.Animaduerterunt enim hanc vitæ conſuetudinem ſummis laudibus in cœlum vſque efferre:prophetã in huiuſmodi verba prorumpentẽ. [Ecce quam bonum,& quam iucundum habitare fratres in vnum,ſicut vnguentũ in capite,quod deſcendit in barbam, Barbã Aaron,quod deſcẽdit in orã veſtimẽti eius.] Cuius rei teſtis eſt.S.P. Clemens Petri ſucceſſor,cuius meminit Grat.in canon.dilectisſimis. 12.quæſt.1.ac elegantisſimè eum locum explicauit,Auguſt. eo in loco [iſta (inquit verba Pſalmi:iſte dulcis ſonus,iſta ſuauis melodia,tã in cantico,quam in intellectu etiam monaſteria peperit, & ad hunc

ſonum

ſonum excitati ſunt fratres,qui habitare in vnum cœperunt,iſte verſus fuit tuba ipſorum,quę ſonuit per omnem orbem terrarum,& qui diuiſi erant,congregati ſunt(& Paulo infrà)vnde illi centum viginti, qui ſimul erant in vno loco poſt reſurrectionem Domini,& aſcenſionem in cœlũ,quibus in vno loco conſtitutis ſuperuenit Spiritus ſanctus miſſus à cœlo in die Pentecoſtes,ſic miſſus ut promiſſus, omnes
15 inde erant,& ipſi primo habitauerunt in vnum † qui omnia quæ habuerunt vendiderunt,rerumque ſuarum prætia ad pedes Apoſtolorum poſuerunt,ſicut in Actis Apoſtolorum legitur, & diſtribuebantur vnicuique,prout opus erat, & nemo dicebat aliquid proprium, ſed erant illis omnia communia,& quidem in vnum: ſed erat illis anima vna,& cor vnum:Ergo qui primi audierunt, ecce quam bonũ, primi audierunt,ſed non ſoli audierunt, non enim vſque ad illos tantum illa dilectio,& vnitas fratrum venit: venit enim, & ad poſteros iſta charitas,& exultatio, & votum Deo vouerunt, & Paulo poſt ex voce huius Pſalmi appellati ſunt,& monachi.]

16 At idem comprobat D. Bernardus in epiſtola ad fratres de monte Dei.Sed hæc(inquit) nouitas,non eſt nouella vanitas, res enim eſt antiqua religionis perfectę fundatæ in Chriſti pietate,antiqua hæreditas eccleſię Dei,à tempore prophetarum pręmonſtrata, iamq; nouæ gratiæ ſole exorta,in Ioanne Baptiſta inſtaurata, & innouata, ab ipſo Domino familiariſsimè celebrata,& ab eius diſcipulis ipſo prę ſente concupita,(& Paulo infra)poſt paſsionem verò domini, calente adhuc in cordibus fidelium effuſi eius ſanguinis recentis memoria,ſolitariam hanc vitam eligentibus,paupertatem ſpiritus ſectantibus,& in ſpiritualibus exercitijs,& in contemplatione Dei,pingue otium altero,in alterum zelantibus, deſerta repleta ſunt:ex quibus legimus Paulum,Antonium,Macarium,Arſenium, & alios quamplures,in ſanctæ huius conuerſationis Republica conſulares viros,egregia nomina in ciuitate Dei nobiles,& triumphales titulos habentes de victoria huius ſeculi, & Principis huius mundi, & corporis ſui] (hæcBern.)qui idem in libro de Natura, & dignitate amoris diuini. c.9.expreſſe tradidit. [Laus ergo (inquit)huius diſciplinæ,ab Apoſtolis ſumpſit exordium,qui ſicut à Domino didicerunt,vel à Spiritu ſancto cuius virtute nuper ex alto fuerant induti, modum conuiuendi ſic ſibi inſtituerunt,vt eſſet multitudinis cor vnum, anima vna, & omnia communia,& eſſent vnanimiter omnes in templo; hanc Apoſtolicæ inſtitutionis formam,quidam ęmulantes,non habent domos, vel diuerticula,niſi domum Dei,domum orationis, omnia quæcunq; fa-

ciunt, in nomine domini faciunt, ſimul habitantes, vno ordine, una lege viuentes, nil habentes proprium, nec ipſa corpora ſua,nec voluntates in ſua poteſtate habentes,ſimul dormiunt, ſimul ſurgũt, ſimul orant, ſimul pſallunt, ſimul & legunt, fixum,& immobile propoſitum eorum obedire prępoſitis ſuis, & ſubiacere eis. (Hæc Bernardus.)

Hoc itaq; Religionis propoſitũ ſummopere à propheta collaudatum, pſal. 132. ſuperius explicato, cùm eius commoda intellexiſſent Apoſtoli reſpondentes Prophetę, & illud amplectentes, Chriſto
17 ſe dicarunt † cùm Petrus omnium Apoſtolorum nomine dixit. *Ecce nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te*,quo tempore Apoſtoli omnes vouerunt, ac profeſsi ſunt; teſtis eſt magnus Pater, & Doctor Auguſtinus 17. di Ciui. Dei c. 14. cui ſe ſubſcripſit Hieronymus epiſt. 70 contra blasphem. Vigilantij. *Nonne (inquit) diſcipuli Chriſti, nonne Apoſtoli, qui non prius in ſacri diſciplinatus collegio numerãtur, quàm iſtud conſilium altiſſimo voto, & omni cordis deſiderio profeſsi ſunt*; & ne in hoc amplius demoremur, de voto paupertatis Apoſtolorum ſpecialiter meminerunt Clemens Alexandrinus lib. trenorum 3. Chryſoſto. homel. 11. ad Hæbreos,& Euſeb. lib 1. de demonſtrat. Euange. Ca. 8. de voto caſtitatis,Origenes homel. 17. & 19. in Luc. & Epiphan. ſermo. 61 contra Phyſicos. Deq. omni voto,& profeſsione d. Thom. 2. 2. quęſt. 88. art. 4. ad tertium,& quæſt. 188. ar. 7. in corpore.

Apoſtolorum ergo exemplo commoti, & Chriſti promiſsione inducti,innumeri idem uitæ inſtitutum ſequuti ſunt,voluntariam paupertatem,caſtitatem, & obedientiam pro Chriſto amplectentes, ſic omnes qui cum Apoſtolis congregati erãt idem vitæ inſtitutum ſeruabant,erat enim eis cor vnum,& anima vna,act. 4. nec quiſq; eorũ quæ poſsidebat,proprium eſſe dicebat:ſed erant illis omnia commu-
18 nia,inter quos † Ananias paupertatis voto obligatus, cum Saphira vxore eius quia de cuiuſdam agri precio fraudauit.B. Petro iubente ſubita morte correctus eſt,Act. 5. tanquam paupertatis voto cõtraueniens,ut expreſsit Sum. Pont. Clemens in Epiſto. 4. in cano. dilectiſsimis 12. qu. 1. & Vrbanus Pontifex in C. ſcimus ead. cau. & qu. Ciprianus lib. 3. ad Quirinum c. 30. Greg. in Regis. in c. Ananias 17. quęſt. 5. Auguſt. ſerm. 12. de temp. & ex hoc loco Religionũ inſtitutio ortum habuit,ut Nicola. Liren. teſtatur Act. 4. qui optima ratione id miraculũ factum eſſe dicit, cùm in moralibus magis moueant exempla,quàm verba.

19 Immo omnes qui in initio naſcentis Eccleſiæ Chriſtum ſequeban-

tur à religioſorum vita non erant diſſimiles,ut docet Hieronym. de viris Illuſtribus in vita Philonis: *talem(inquit)apparet primam in Chriſtum credentium fuiſſe,Eccleſiam,quales nunc monachi eſſe nituntur,& cupiunt ut nihil cuiuſdam ſit proprium, & nullus inter eos diues,nullus pauper,patrimonia egentibus diuidantur,orationi vacetur,& pſalmis,doctrinæ quoque, & continentiæ quales & Lucas refert primùm Hieroſolimis fuiſſe credẽtes.* Succedentibus uerò temporibus ſemper Religio eſt ampliata, ac in diuerſas orbis partes perlata,Apoſtolorum prędicatione;qui diuiſis inter ſe orbis totius partibus,Chriſti Euangeliũ omni creaturę nuntiarunt, Iuxta ipſis à Chriſto traditum præceptum.

At feruore illo ſanctiſsimo in humanis pectoribus tepeſcente, ge-
20 neris tamen humani inimici inſidijs † ſegregatim, ac diſtinctim vi-
21 uere cœperunt,effectumq. eſt hoc † ut duplex eſſet Chriſtianorũ ſtatus,alter religioſorum qui,diuinis officijs,ſacriſq. celebrãdis eſſent addicti,& hi clerici appellãtur:alter uerò ſecularium,ut tradit Hie-
22 ronymus à Gratiano adductus in C. duo ſunt 12. quæ. 1. † erat Religioſorum amictus linea tunica, ſuper quibuſcumq; veſtibus, quam Iacobus Apoſtolus primus Hieroſolimitanus Epiſcopus,ex more Leuitico,veterumq. Sacerdotum ſibi aſſumpſit, Leui. 16.

23 Recepit tamen ſancta Religio varia diuerſis in Regionibus incrementa,& primùm in Ægipto,vnde Paulus,Antonius, Macarius,& innumeri alij orti ſunt,quorum monachorum numerum affert Hieronymus in Epiſtola ad Euſtochium,eorumq; vitam ſummis laudibus effert Chriſoſtomus homil. 8. in Matth. & homil. 78. in Ioannem. Inde in Africam perlata eſt quorum vitam nec ſcire, nec poſſe laudare Manichæis opponens teſtatur Auguſt. lib. 1. de mon. Eccle. cath.
24 cap. 31. eadem in Europa ſentit incrementa † refert enim Auguſtin. c. 32. & 33. oper. proxim. addu. ſe Romæ, ac Mediolani Religioſorum Clericorum conuentus vidiſſe,quos ſummis laudibus prædicat atq; huiuſmodi vitæ obſeruationem clericis præponunt Eugenius, & Leo Sum. Pont. in Can. neceſſaria. Vrbanus in c. ſcimus,& Augu. in can. quia tua fraternitas 12. quæſt. 1.

25 Sed quia omnis Religio quantumcumq; bene ſteterit à paternis traditionibus declinauit, quod ſignificatur Apocalip. 12. ibi quod caritatẽ reliquiſti primam,ut teſtatur inibi Nicola. Liren. hac de re eam, quam diximus Religionem, quæ à ſecularibus diſtincta prima ſanctorum Apoſtolorum documenta,ac veſtigia ſectabatur,cùm
26 in multis diſtractam à ſancto illo inſtituto vidiſſet † D. Marcus Euãgeliſta primus omnium Alexandriæ Ægipti reformauit, eiſq. regulam

lam tradidit,particulares eorum conuentus inſtituens, eos ſingulari nomine cultores vocans,ac etiam mulierum conuentum ædificauit:cultrices eas appellans,ut ſcriptum reliquit Philo eius contemporaneus meminit Euſeb. lib. 2. Eccleſiaſt. Hiſt. c. 17. 18. & 19. Philonis verba circa regulam illis traditam,ab Euſebio relata ſunt hęc; *Quod primo omnium renuntient facultatibus ſuis,qui ſe ad huiuſmodi philoſophiam dederint,& bonis ſuis quibus intereſt cedant,tum deinde,ut omnes vitæ ſollicitudines procul abijciant,& extra vrbem egreſſi in hortulis, uel exiguis quibuſdam agellulis degant,refugientes imparis propoſiti conſortia, & vitæ diſſimilis contubernia,ſcientes impedimento eſſe, hoc arduum volẽtibus iter virtutis incedere:*(& infra) *eſt autem in ſingulis locis conſecrata oratio ni domus quæ appellatur ſemnon, uel monaſterium. Semnon autem in noſtra lingua ſignificare poteſt honeſtorum conuenticulum,in quo ſecedentes(inquit) honeſtè,& caſtè vitæ miſteria celebrant:nihil illic prorſus quo ad cibum, potumq; pertinet inferentes,uel ad reliqua humani corporis miniſteria,ſed legis tantum libros,uel volumina Prophetarum,hymnos quoque in Deum,ceteraq; his ſimilia in quorum diſciplinis, exercitijs inſtituti, ad perfectam, beatamq; vitam ſtudijs iugibus coaleſçunt:* & paulò poſt *cõtinentiam uerò,uel ut fundamentum quoddam primum in animo collocant & ita demum reliquas ſuper hanc pergunt ædificare virtutes.* Hæc & alia plura Philo in lib. de vita Theorica,quem propter id opus conſcriptum inter doctores Eccleſiaſticos commemorat Hieronymus lib. de viris Illuſtribus.

27 Hos uerò quos ſupra diximus religioſos,qui ab Apoſtolis originem trahentes,vitam à ſecularibus ſegregatam ducentes, & à Diuo Marco reformatos cùm diſtractos,ac extra perfectum eis iter traditum,incedentes cõſpexiſſet magnus pater Auguſtinus, in priſtinam reducere formam decreuit,qui cùm à Valerio Hypponenſi Epiſcop. clericus ordinatus fuiſſet clericorum conuentum ibi congeſit,eiſq. ultra prædictas alias regulas tradidit,quod teſtantur Vincentius in ſpeculo doctrinali lib. 19. c. 16. & in ſpecul. Hiſtor. lib. 16. D. Antonin. Archiepiſcopus Florentinus in 2. par. ſuæ choron. & alij multi. quos in id attulit Frater Paulus Morigia ordinis Ieſuatorum in hiſto. religionum c. 8 atq; has Religiones non ab ipſis Sanctis proprie ex quibus nominantur, ſed ab Apoſtolis, ac Euangeliſtis in Chriſto fundatas,aduerſus Vuitclef doctè, ac eleganter concludit Thomas Vualdus in doct. Fidei tom. 3. tit. 9.

Et ex huiuſmodi regula diui Auguſtini,canonicorum regularium nomen ſumpſit congregatio illa magna, ac ſancta, ut colligitur ex tex. in c. cùm cauſam de electio. in fine,ac de his omnibus extat Eu-

genij IIII. quoddam priuilegium prædictis canonicis regularibus, indulctum,cuius fit mentio in quodam consilio Paduani collegij inter consilia Zabarellæ inserto,& est num. 14.

Sed priusquam ulterius progrediamur Lectorem candidum, ac politum ne culpæ nobis id ascribat,monere debemus ,in hoc Religionum breui tractatu eum constituisse ordinem,ac modum. Religiones scilicet omnes tum monachorum & fratrum,tum etiam militũ, quinque regulis subijcere sanctorum .s. Petri Apostolorum Principis,magni Basilij,doctissimi Augustini,sanctissimi patris Benedicti, ac pauperrimi,humillimiq. Francisci; &si ex his quatuor sint Regulæ approbatæ ut habetur in c. pernitiosam 18. quæst.2. & D. Antoninus testaturin Sum. 3. par. tit. 16. c. 1. num. 5. & Boetius in tracta. de statu,& vita heremi. in principio,& Siluester in verbo Religio 1. nu. 7. quo loci omnes quæ infra describentur religiones sub his militare regulis designat.

His quatuor.ea de causa,& quintam addimus,nã cùm clerici tam seculares,quam regulares nulli regulæ subiaceant, sed ab Apostolis descendant,quorum princeps est D. Petrus, merito sub eius norma & Sum. Pont. constitutionibus militare dicendum est. Huic ergo B. Petri Regulæ,ut diximus,de qua primum sermo nobis peragendus est regulares,ac seculares clericos pro sui ortus tẽpore subijcimus, quem & in alijs ordinem seruabimus ,quod si recentior tempore aliqua Religio antiquiori inuenietur præposita, id nõ ex inscitia, sed ordinis superdicti seruãdi gratia factum esse animaduertendum est.

SVMMARIVM EX CAP. II.

1 *ORDO Canonicorum Regularium à Petro Apostolo institutus à diuo Augustino reformatur.*
2 *Ordo Canonicorum Regularium reformatur pluribus tẽporibus.*
3 *Canonici Regulares Lateranenses nuncupantur,& ex quo .*
4 *Canonici Regulares omnes alios ordines præcedunt.*
5 *Canonicorum Regularium habitus.*
6 *Canonicorum Regularium generalis per annum durabat,nunc per triennium.*
7 *Generalis à prioribus,& Abbatibus eligitur.*
8 *Canonicorum Regularium ordo in Italia tantum comprehenditur,licet in Hyspania,& Gallia, nomen antiquum in quibusdam Ecclesijs retineant .*
9 *Monasteriorum numerus.*
10 *Ecclesia S. Ioannis Lateranensis fuit Canonicorum Regularium.*

11. *Mona-*

11 *Monasterium Sancti Petri ad Aram Neapolis antiquissimum est totius Religionis.*
12 *D. Petrus Neapoli primùm sacra fecit,& primum Episcopum instituit.*
13 *Fabius Iordanus laudatur.*
14 *Canonicorum Regularium uunc viuentium numerus.*
15 *Ioannes Lopez de Bolagnos commendatur.*
16 *Sanctorum Numerus.*
17 *Summi Pontifices huius ordinis.*
18 *Cardinalium,& Episcoporum numerus.*
19 *D. Alfonsus de Herrera Episcopus Arianensis.*
20 *D. Gabriel Flamma Episcopus Chiozę.*
21 *D. Hyppolitus Caracciolus,*

CAPVT SECVNDVM.

1 CANONICORVM uerò Regularium ordo ab Apostolis,ut diximus institutus à diuo Augustino reformatus , nouisq. documentis ornatus in vniuersum orbem cum Christiana Religione dilatatus est,sicq. illum sanctè viuendi modum,omnes fere clerici sunt amplexi.

2 Hic ut moris solet esse vetustate collapsus à quodam Iuone primum reformatur anno 1080. sub Gregorio VII. Pont. Max. & Henrico IIII. Occidentali Imperatore,in Oriente uerò Imperantibus Constantino VI. Nicephoro III. Botoniate I. & in Regno Castellæ.& Leonis regnante Alfonso VI. Aragoniæ Sancio I. Galliæ Philippo I. & Neapolis Græcis Imperatoribus nominatis,& iterũ anno 1380 instauratur pariterq. anno 1396.pristinum statum recuperauit , Bartholomei Columnæ, & Iacobi Auogadri V. I. D. opera,atq, uirtute,& S. Mariæ de Frigionaria nomẽ sumpsit,ex quo monasterium illud ubi reformatio cœpit,hoc erat titulo insignitum 3000. pasibus à nobilissima ciuitate Lucensi distans,& in monasterijs S. Mariæ de Caporeto,& S. Crucis de Mortana,& S. Mariæ Gratiarum Nouariæ diuersis temporibus, antiquæ disciplinę restituitur.Hodie uerò non sine magno Bonorum dolore aliquantulum relaxatus cernitur.

3 † Lateranenses Canonici Regulares nuncupantur ex quo Basilicã illam 800, fere annispossederint.

Huius

4 Huius ordinis religioſi oẽs alios præcedũt,&ſi diu inter monach. D. Benedicti quos nigros vocant,& ipſos fuerit diſceptatum cui tamen controuerſiæ finẽ impoſuit in iſtorum fauorem ſententiã pro ferendo Pius IIII. Pont. Max. ut ex eius decreto apparet ſub datum 18. Ianuarij 1564. in quo clericos ab Apoſtolis originem trahentes appellat, quod ad verbum retulit Nauarrus in tractatu de Regula. in 4. par. ſuper c. ſtatuimus. 19. quæſt. 3. in princip. num. 5.

5 Habitus † eorum tunica eſt ex Scoto albo quam nigra zona pellicea cingunt, eiq; albã ẽt lineam,ſed breuiorẽ tunicam imponunt qui antiquus clericorum eſt habitus, & caput nigro birreto clericorum formæ ſimili cooperiunt,& extra domos nigrum ex Scotto pallium deferunt.

6 Generalem ſemper habuit Rectorem † cuius adminiſtratio per annum tantum durabat,donec ad triennium extenſa fuit Gregorij XIII. Pont. Max. Imperio anno 1580. à quo ſcilicet tempore tres fuere quorum primus D. Theodoſius Placentinus,huic ſucceſsit D. Petrus Frãciscus Veronenſis,& qui nunc regit tertius eſt D. Camillus de Caſalo.

7 Eligitur autem in Generali Capitulo à Prioribus, & Abbatibus Monaſteriorum.

8 Non diuiditur in Prouincias ordo iſte,& quod mirum eſt tam vaſtus ordo † in Italia tãtum comprehenditur,&ſi in Hyſpania,& Galliã in nonnullis Cathedralibus Eccleſijs adhuc antiquum Regulariũ nomen ab illis Canonicis retineatur, ut Nauarrus diuerſis in locis teſtatur in ſuo tract. de Regular. & præſertim in 3. commen. nu. 25. quod Ioannes Nigraualle repetijt in tract. de ortu ordinis Canonicorum Regulariũ vbi infraſcriptę Cathredrales Eccleſiæ enumerantur quas adhuc uſq; retinent.

In Hyſpania ſunt XVII.
In Gallia XVI.
In Germania XIII.
In Sicilia Catanenſe VI.

In Italia uerò & in Anglia omnes Eccleſiæ cathedrales erant Canonicorum Regularium.

9 Monaſteria igitur quæ in Italia ſunt numerum continent LXIIII.

10 Horum antiquius eſt S. Ioannis Lateranenſis, ſed ex ijs quæ poſsi
11 dentur nunc à Religione † eſt S. Petri ad Ara Neapolis, ſic nuncupa
12 tum quod ibi † D. Petrus cùm primùm ex Antiochia Italiam appulit,ſacra feciſſe,& primum Epiſcopum Aſprem Neapolitanum miraculo

culo ſanitati corporis,& animæ reſtitutum inſtituiſſe traditur,eſtq; Neapoli & aliud maximę deuotionis glorioſiſsimæ Celorum Reginę dicatum,vulgariter S. Mariæ de Piede Grotta nuncupatum,quod ſtet prope celeberrimum illud antrum Coccei Romani ciuis opera exciſum,quo per CCCC. fere ſtadia Pauſilippi mõte perforato,Neapoli Puteolos Romamq; patet Regia uia acceſſus † de quibus latius & de omnibus ad hanc Illuſt. Ciuitatem Neapolis accuratiſsimè pe
13 ritiſsimus Legalis diſciplinæ interpres,& omni ſcientiarum genere refertus Fabius Iordanus in ſuo de Ciuitatis Neap. deſcriptione elegantiſsimo opere.

In Regno quoq; noſtro habent in Inſula Tremitana quam totam poſsident,pulcherrimum cum fortiſsima arce Cœnobium,quod aliquorum ſecularium auxilio à Turcarum frequentiſsimis incurſionibus hactenus defenderunt.

14 Religioſorum uerò numerus eſt 1200.

Sanctorum quidem numerus maximus eſt,prout de tam antiqua Religione credi poteſt,quorum qui haberi potuerunt, nomina per Menſium dies ad Martirologij formam,in alio edemus particulari opere,quem ſic ordinatum ad nos tranſmiſit merito vitæ probitate,
15 & doctrina laudãdus accuratus vir † D. Nicolaus Lopez à Belognos Hiſpanus,qui ſua opera atq, diligentia in his peculiaribus Religionum rebus obtinẽdis dum Romę eſſet,maximo fuit mihi adiumẽto.

16 Eſt igitur hic quem dixi numerus à plurimis grauiſsimis authoribus deſumptus 335. &ſi Volaterranus lib. 20. cap. 3. ſeptem mille eſſe voluerit,ex quo Pio V. ita decernente XVI. fuere probati.

Dignitatibus omnibus illuſtratus etiã fuit ordo iſte, nam ut Volaterranus author grauiſsimus loco citato refert.

17 Summos Pontifices habuit LIIII. inter quos arbitror connumerari eos qui ex ordine Præmonſtratenſi,& S. Saluatoris orti ſunt,

18 Cardinales amplius 300.

Sic etiam,etſi certus non habeatur Archiepiſcoporum.Epiſcoporumq; numerus,maximum fuiſſe credendum eſt,& qui nunc aliquibus Eccleſijs præſunt,quatuor tantum ſunt,inter quos † D. Alfonſus
19 Herrera Hyſpanus Arianenſis Epiſcopus,qui maximo cum probitatis,& ſanctitatis nomine Eccleſiam illam gubernat vir equidem ſcientiarum omnium doctiſsimus,& dum hæc ſcriberẽ viuebat D. Ludouicus Grauinas Caſtri Maris Stabiarum Epiſcopus, qui librum conſcripſit,quem Clypeum militantis Eccleſiæ nuncupauit,

Innumeri etiam ſunt qui ſuis ſcriptis Eccleſiam,Religionemq; illuſtra-

lustrarunt tametsi usque ad Ioannem de Nigra ualle enumerantur tantum 82. sed librorum quos scripserunt infinitus est numerus, inter quos Hugo de Sancto Victore Cardinalitia fulgens dignitate,& maximus Theologus,cuius eximiam doctrinam eius scripta testantur. Item Petrus Damianus Episcopus Ostiensis, & Cardinalis, qui Cardinalatui, & Episcopatui abdicans in Cœnobium S. Mariæ Rauennatis vnde exierat reuersus & priuatam eligens vitam multa
20 scripta reliquit,& nouissimis his temporibus † D. Gabriel Flamma omnium suæ tempestatis concionatorum facile princeps, qui multa in Theologia scripta,necnon sanctorum vitas Etrusca lingua.& spiritualia carmina reliquit,& Episcopus Chiozzæ decesit.

21 D. Hyppolitus Caracciolus Nobilis Neapolitanus,famatissimus ac lepidissimus Concionator,& alij multi quorum nomina recense re longum esset,cùm Ioannes Nigra valle,& D. Augustinus Veronẽsis Canonicus regularis latè de hoc scripserit.

Hunc etiam ordinem plurimi,& sanguine, & dignitatibus clarissimi sunt ingressi, & præcipuè duo Imperatores, duo Reges Galliæ, Rex Britanniæ, eiusq; filius, Dux Lotharingiæ, quatuor Duces Venetiarum.

SVMMARIVM EX CAP. III.

1 *ORDINIS Canonicorum Diui Marci Mantuæ institutio.*

CAPVT TERTIVM.

AD eorum quoque exemplum alios etiam Canonicos habemus,ut sunt Canonici Diui Marci Mantuę residentes.quos à Diuo Marco Euangelista originem habuisse pluribus Sum. Pontificũ testimonijs comprobat Frater Paulus Morigia in Histor. Relig. c. q. atq; hos Canonicorum regularium vestibus vti describit, præterquam quod omnia uestimenta alba deferunt, habent tantum illud Cœnobium ab Henrico Mantuæ Episcopo anno Domini 1150. ædificatum.

EX

SVMMARIVM EX CAP. IIII.

1 *ORDINIS Canonicorum S. Georgij in Alga, origo, & tempus,*
2 *Beatus Laurentius Iustinianus huius ordinis Illustrator.*
3 *Ioannes Vincentius Porta commendatur.*
4 *Habitus Canonicorum Azzurinorum.*

CAPVT QVARTVM.

1 ITEM etiam sunt Canonici S. Georgij in Alga azzurini nuncupati qui licet ab Antonio Correario nobili Veneto, qui postea in Cardinalium numerum fuit adscriptus, ea in Ciuitate sub Gregorio XII. instituti fuissent An. 1407. Imperantibus in Occidente Roberto Bauaro, in Oriente Manuele II. Paleologo Ioanne II. Castellę Aragoniæ, Martino Portugalliæ Ioanne I. Franciæ Carolo VI. & Neapoli Ladi-
2 slao Regnantibus,eorum tamen Princeps dicitur † B. Laurentius Iustinianus primus Venetiarum Patriarcha,qui hanc Religionem illustrauit,cuius Imaginem cum alijs multis virorum Illustrium vidi a-
3 pud Ioan. Vincentium Portam virum omnibus virtutibus & sciẽtijs ornatissimum,pluribus etiam regulis,& diuitijs auxit,Gabriel Candelmera,qui deinde in Sum. Pontif. assumptus Eugenius IIII. dictus
4 fuit † amictum habent cęrulei coloris, votum sollemne professionis non emittebant, sed à Maximo illo Christianæ Reipu. reformatore Pio V. ut illud emitterent præceptum fuit.

SVMMARIVM EX CAP. V.

1 *CLericorum Boni Iesu ordo Rauennæ institutio.*
2 *Clericorum Boni Iesu numerus.*
3 *Habitus Clericorum Boni Iesu, & institutus.*

CAPVT QVINTVM.

1 SVCCEDIT huic nostris ignota,sed Religiosa Clericorũ cõgregatio quæ Boni Iesu nomine insignitur,hæc Rauennę instituta fuit diuino monitu à quadam probatissima virgine sanctitatis fama,&

prophetiæ dono clarisſima, quæ Hieronymo, & Leoni Sacerdotibus Regulam tradidit ſeruandam, qui deinde alios in ſocios ſibi aſciuerunt, Eccleſiam Boni Ieſu titulo ornarunt, vbi ſacra miniſtrant, in eadem Ciuitate, quam non ſunt egreſſi, & propterea nec eorum creuit
2 numerus † qui teſte Paulo Morig. in c. 64. ſuę Hiſt. eſt XII.
3 Eorum habitus nigri eſt panni, & biretum circularis formæ. Priorem ſingulis annis, eligunt; ſolent tamen confirmare per triennium, quando bene ſe geſſit, in communi viuunt, & contemplationi tantum vacant, ſed Pio IIII. Pontif. Max. concedente ſollemnia emittunt Religionis vota.

SVMMARIVM EX CAP. VI.

1 *ORDO Clericorum Hoſpitalariorum S. Spiritus de Saxia in Vrbe diuino monitu inſtituitur, & modus.*
2 *Ordinis Hoſpitalariorum miniſterium.*
3 *Clerici Hoſpitalarij vnde dicti.*
4 *Flaminius Ricci congregationis Oratorij laudatur.*
5 *Habitus Clericorum Hoſpitalariorum.*
6 *Prioratuum, Conuentuum, & Fratrum numerus.*

CAPVT SEXTVM.

1 SVNT etiam plures Clericorum Religiones, inter quas prima nobis occurrit antiquitate cæteris præferreda congregatio Clericorum Hoſpitalariorum S. Spiritus de Saxia in Vrbe de qua ſermonem habere debemus.

Hic ſi quidem ordo mirabiliter, & ex Spiritus ſancti vera, & expreſſa voluntate fuit inſtitutus, Innocentius enim ille Max. Pont. cuius temporſ auerunt Religionum floridisſima, dum intra cubiculum ſuum oraret vocem de cœlo audiuit ſic dicentem, Innocenti, vade piſcatum ad Tiberim fluuium, qui ſtupefactus, & quid ſibi hoc uelit animo perpendens, manè conſurgens, conuocatis Cardinalibus, Epiſcopis, Sacerdotibus, & vniuerſo Clero quod audierat narrat, & ſecundum diuinam ſibi factam reuelationem ad fluuium accedit, & mittens rete in fluuium proprijs manibus primum cepit 87. deinde 344. infantes, & abortiuos ſubmerſos quos mulieres fornicariæ occultandi cri

di criminis gratia, proiecerant ad eundem fluuium, tali perterritus ſpectaculo, oculis madentibus, quibus modis hoc malũ reprimi poſſet mente agitabat, cumq; orationibus vacaret, qnas uniuerſo Clero indixerat, orans in ſecreto aliam audiuit vocem, Innocenti vade conſtrue mihi ſollemne hoſpitale de bonis Eccleſiæ, pro ſubſtentatione pauperum peregrinorum, & infirmorum, præſertim ad recipiendos infantes proiectos ne pereant in corpore, & anima; huic ille admonitioni nulla mora adhibita parendo Hoſpitale tranſtiberim magnificentisſimum extruxit, ſumptum vberrimum pro nutricibus contulit quę interdũ mille numero exiſtebãt priuſquã ſexus infantes expoſitos impietate, vel inopia parentũ alebant, proq; eorũ veſtitu, alimẽtis, & eruditione, ut maſculi diſciplinis, ſcientijs, doctrinis, ac bonis moribus, & quibus modum viuendi habeant artibus erudiantur, fœminei, ſexus in exercitijs muliebribus, & honeſtis moribus exercean tur, & nuptui collocandæ dote prouideãtur, ut inde etiam premia laborum habeant Magiſtri, & magiſtræ puerorum, Medici, Chirugici, Matronæ, Miniſtri & ſeruitores vulneratorum lãguidorum, & id genus infirmorum, quo ſic inſtituto, ne rectoribus hoſpitale careret, ſex viris pijs, & doctis, illius curam ipſe commiſit (quos magiſtros fuiſſe Epomerides & tabarda, ſiue palliũ quibus Fratres Hoſpitalarij ipſorum ſucceſſores vtuntur deſignat) nulli alij ordini ſubdẽs regendum perpetuo tradidit, & eos qui petitum è Gallia certum modum viuendi è Ciuitate, quæ dicitur Mons Peſſulanus ad illum venerant, voto hoſpitalitatis addixit, & ultro volentes obſtrinxit, & ex irreligioſis, Religioſos reddidit, & monaſterium iuxta hoſpitale illis erexit, Hoſpitaliq; coniunxit, vtramq, domum Religioſam reddidit. &c.

Illorum autem curæ iniunxit ut ij, & eorum ſucceſſores Hoſpitalitati vacantes non ſolum recipiant hoſpites peregrinos, cæteraq, miſericordiæ opera exerceãt, ſed etiam cæcos pauperes, & tecti egenos, vagos, infirmoſq; in plateis decumbentes attrahant, & reducant, & curam illorum ex facultatibus Hoſpitalis, ac elemoſinis habeant, Illud propheticum exequentes Iſaiæ 18. *Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagoſq. induc in domum tnam, cùm videris nudum cooperi eum, & carnem tuam ne deſpexeris*, Et ut Samaritanum illum imitentur, qui inuento diſpoliato, & vulnerato miſericordia motus erga eum, alligauit vulnera eius infundens oleum, & vinum, & etiam imponens illum in iumentũ ſuum duxit in ſtabulum, & curam eius egit. Hiq; etiam paruulos non baptizatos ad Hoſpitale proiectos, quos mulieres fornicariæ clam perimerãt, ſinant Baptiſmo venire ad Chriſtum iuxta illud.

Sinite paruulos venire ad me. procul dubio credentes id Christo factum iri, quid quid vni ex minimis (quorum ad instar hos fieri idem vult) factum fuisset. Hoc Hospitale (si rectè Io. Dlugosus scripsit) sub saxo Neronis, seu arce Romæ est situm, quod ex proprietate situs, Hospitale in Saxia de Vrbe appellatur, uel potius à natione Saxonum, quæ illam Romę partem incoluit.

3 Rectores huius Religionis ab Hospitalitate, quam sollemni voto professi sunt, & exercere tenentur Hospitalarij dicti sunt; & Sancti Spiritus ea de causa nuncupantur, quia ordo iste per reuelationem S. Spiritus est adinuentus.

Quæ quidem omnia ex libro quodam, qui in Hospitali S. Spiritus Romæ conseruatur, cui titulus est Epitome Xenodochij M. Alberti Rassei Schebresienſis, Fratris ordinis S. Spiritus excerpta

4 Sunt, opera, & diligentia peritissimi, ac Religiosissimi viri † Flaminij Ricij ex congregatione Clericorum Regularium Oratorij S. Hieronymi de Vrbe sic ergo Innocentius III. Optimus, Maximusq; Pontifex ordinem istum instituit, anno 1201. Imperantibus in Occidente, Philippo, in Oriente Alexio IIII. cum Angelo, Castellæ Alfonso VIII. Leonis, Alfonso VIIII. Aragoniæ Petro II. Lusitaniæ, Sancio, Franciæ Philippo II. & Neapoli Federico Sueuo, qui postea Imperator fuit; De confirmatione, tamen ordinis ab Innocentio III. constant ex suo Diplomate in Bibliotecha Vaticana in eius Regist. Tom. III. & ab omnibus alijs succesſoribus confirmatus, & summis priuilegijs ornatus.

Fuit hic ordo in infirmorum subsidium institutus vt ex professione eorum constat, qui enim profitetur dedicat se Deo &c. Et Dominis suis infirmis & omnibus suę vitę diebus seruiat illis.

Tria vouent solemnia vota, & veri denique sunt Religiosi.

5 Eorum habitus communis cum ceteris clericis est, at super vestem & palliũ ad latus sinistrũ Crucẽ huiusmodi ✝ albi coloris imponũt.

Non diuiditur in prouintias Religio ista.

6 Sed domus quas prioratus vocant habet 648.

Conuentus habet decem.

Et Fratres 600.

SVMMARIVM EX CAP. VII.

1 *ORDINIS Clericorum Regularium Theatinorum fundator.*
2 *Theatini vnde dicantur, & vnde Paulini.*
3 *Theatinorum institutum.*

Theati-

4 *Theatinorum habitus.*
5 *Generalis Sixto V. Iubente creatus fuit.*
6 *Monasteriorum numerus.*
7 *Clericorum numerus.*
8 *Prælatorum numerus.*
9 *D. Ioannes Baptista Tusus Episcopus commendatur.*
10 *D. Ioannes Galeotus Neapolitanus laudatur.*
11 *D. Basilius Pignatellus & alij.*

CAPVT SEPTIMVM.

1 ALIAM quoque Clericorum habemus Religionem, quæ prima fuit inter eas quę contemplationi, & ex illa descẽdẽtibus actionibus vacãt.

Hanc si quidẽ instituit Don Petrus Carrafa, qui Episcopatu Theatino renuntians cũ Caietano Tinneo Vicentino, Apostolico Protonotario, Bonifacio Colli. Alexandrino, & Paulo Romano, postq; per annum simul commorassent, & constitutiones aliquas condidissent, in D. Petri Apostolorum principi templo dicato Iuxta arã vbi Sanctorum Petri & Pauli reliquię conseruantur eiusdem Ecclesiæ clero interueniente, Religionis Tria essentialia, & substantialia vouere in die exaltationis S. Crucis anno 1524. Clemente VII. Ecclesiam Gubernante, & Imperium Romanum Hyspaniæ, ac vtriusq; Siciliæ Regna V. Carolo inuictissimo, Lusitanum verò Ioanne III. Francum autem Francisco I.

2 Theatini a pluribus ea de causa nuncupãtur quod eorum institutor Don Petrus Carrafa Episcopus, vt diximus, fuit Theatinus. ab alijs vero Paulini quia idem Episcopus in summum Pontificem assumptus anno 1555. eodem V. Carolo Imperante ac Hyspaniam Regente, eodemq; Ioanne III. Lusitaniæ, Henrico VIII. Franciam, & Philippo eiusdem Caroli filio Neapolim, Pauli IIII. nomem sibi assumpsit † in communi viuunt, vt cęteri Religiosi perfectissimam ac
3 extremam obseruantes paupertatem, cum nec in cõmuni nec in particulari aliquid possideant, nec victum quæritent, sed ælemosinam domi expectent (magnum quippe immensæ Dei prouidentię clarum, ac euidens signum) Canonicas horas congregati in Choro decantãt, sed humili, & simplici tono & bis in die ad communem mentalem orationem conueniunt in Choro, confessiones diligẽtissimè audiũt

& non

& non nulli paucis ab hinc annis magno cum feruore doctè, & ſuauiter Dei Verbum Euangelizant, & morientibus maximo cum feruore, & diligentia præſtant auxilium; Eccleſias quo ad cultum diuinum ſpectat ornatiſsimas & politiſsimas habẽt, ita vt deſiderari amplius nil poſsit, ſollemniter vt cæteri Religioſi profitentur, & tandem, vt vnico eorum laudes verbo complectar, veri Religioſi Chriſti imitatores ſunt, & apparent.

Nulli ex quatuor Approbatis ſubiacet regulæ, ſed proprijs regitur conſtitutionibus.

4 Pro indumento vtuntur nigra talari tunica, aliamq; deſuper imponunt leuioris panni manicis quidem amplioribus, quam à ſecularibus clericis portari conſuetum eſt, caligis albis ac vilibus vtuntur.

Probationis annum ad inſtar aliarum Religionum habent, ſed illud peculiare tamen ſeruant, quod Nouitij prius per quatuor mentium ſpatium veſte ab alijs Nouitijs differẽti probantur ante quam ad nouitiatus annum admittantur, quo elapſo tempore veſte nouitiorum communi induuntur, quæ profeſsis eſt ſimilis, ſed Benedictione tamen differens, & inde annus incipit currere.

5 Hæc congregatio ab ipſo ſui ortus tempore vſque ad annum 1588 abſq; generali profeſſo gubernata fuit, ſed ſingulis annis Capitulo Generali in vna ex eius domibus congregato, ibi Religionis negotia gerebantur, quo peracto illius domus præpoſitus cum aliquot patribus de negotijs in anno illo occurrentibus differebat, ſed Sixto V. Pontifice Maximo Iubente ad vitam duraturum Generalem, Elegerunt ſibi pr. die quinto Maij Ianuæ D. Io. Baptiſtã Milanũ Venetum.

6 In prouintias non diuiditur cum in Italia tantum Continetur, ſed domos habet X V. tres ſcilicet Neapoli, Romę duas, Venetijs, mediolani Placentię Ianuæ, Paduæ, Cremone, Capuę, Litij; Veronę, ac Florentiæ ſingulas.

7 Religioſi omnes tercenti ſunt.

8 Claruit Religio eorum inſtitutore Summo Pontifice.

Duobus Cardinalibus Placẽtino ſcilicet & Aretino, qui Archipræſul fuit huius Clariſsimæ Ciuitatis Neapolis, & magno cum ſanctitatis nomine deceſsit.

Archiepiſcopo vno, & duobus Epiſcopis; quibus addendus eſt

9 † Reuerendiſsimus D. Io. Baptiſta Tufus Epiſcopus Acerranus Inter præcipuos huius Religionis Patres connumerandus & D. . . . . .

10 Vitellus nunc in Epiſcopum Carinulę electus † D. Ioannes Galeotus Generis nobilitate, doctrina, & humanitate præclarus, nec non Vir. Summi

Summi Ingenij, & in gerendis negotijs dexterrimus.

Duos Fratres ſanguine, & Religione habet Famatiſsimos & lepidiſsimos Concionatores nempe D. Paulum à Toloſa & D. Marcellum ambos Neapolitanos, habet prẽterea alium Celeberrimũ Concionatorem a Natiuitate luce priuatum Ianuenſem inter quos meritò connumerandus eſt D. Deonifius Lanfraricus lepidiſsimus ac eru

11 ditiſsimus concionator. Nec non † D. Baſilium Pignatellum, ſanguine ac doctrina clariſsimum: habet prætera D. Benedictum Mandina, qui cum eſſet inter bonos Neapolitanæ Curiæ aduocatos, ſæculo relicto Religionem eſt ingreſſus, quod etiam ſecutus fuit alter doctus etiam cauſarum patronus Proſper Tripes, & maxime expectationis eſt adoleſcens D. . . . . de Ponte filius Io. Franciſci de Ponte Reuerendæ Camaræ Summariæ Prẽſidentis viri omni ex parte egregij ac peritiſsimi.

SVMMARIVM EX CAP. VIII.

1 RDINIS Clericorum S. Pauli decollati initium.
2 Carolus Borromeus Cardinalis collaudatur.
3 Religionis huius Inſtitutum.
4 Clerici huius congregationis Bernabini nuncupantur ab alijs Clericis.
5 Cardinalibus Borromei, & ab alijs S. Pauli decollati.
6 Collegiorum ac Clericorum numerus.
7 Clericorum habitus.
8 Officia Religionis.
9 Generalis quantum durat & eorum numerus.
10 D. Matthias Maynus laudatur.
11 Franciſcus Maynus Commendatur.

CAPVT OCTAVVM.

1 HIS ferme temporibus ortum habuit alia præclara Regulariũ Clericorũ Religio, quæ Sancti Pauli decollati nuncupatur, Hæc ſuum habuit exordium a tribus viris Sanctiſsimis Franciſco Maria Zaccaria, Cremonenſi Patritio, Bartholomeo Ferrera, & à Iacobo Antonio Storigio Mediolanenſibus Anno 1524.

Sub Pontificatu Clementis V I I. Carolo V. Imperante, Hæc n

Hyſpanis

Hyſpanis, & Neapolitanis Dominante Franciſco Valeſio Gallorũ, & Ioanne III. Luſitanorum Regibus in Ciuitate Mediolani, vbi hi probatiſsimi viri ſimul de diuinis, ſpiritualibusq; rebus perſępe colloquia habuere, quorum ſuauitate plures inducti huiuſmodi exercitationi operam nauabãt, Donec creſcente Dei ſpiritu de congregatione ſub Clericali habitu facienda cogitarunt, & Clementem VII. adiere qui cohabitandi, profitendi, alioſq; recipiendi conceſsit facultatem, Anno 1533.

Demum Gregorio XIII. Pontifice Maximo Romanã Eccleſiam Gubernante ab eo conſtitutiones condendi poteſtatẽ obtinuere, in-
2 terueniente Sanctiſsimo, & Preſtantiſsimo S.R.E. Cardinali † Carolo Borromeo Mediolanenſi Archiepiſcopo, cuius sãctitatis odore totus repletus eſt mundus, ſimulq; gaudent hęc noſtra tempora talem habuiſſe virum qui eam illuſtrauit & multis ſanctis operibus plenus, animam Creatori reſtituit Anno 1584. de menſe Nouembris.

3 Animarum ſaluti ſummo ſtudio, & charitate vacare cæperunt, præ dicationibus confeſsionibus, alijsq, ſalutaribus remedijs & primum Collegium Mediolani fundarunt, Sancti Barnabæ Eccleſiam obtinen
4 tes, ex quo † Barnabini ab aliquibus nnncupantur, ab alijs verò Clerici regulares Cardinalis Borromei, nam ipſum habuere fautorem & penè fundatorem, & ab alijs S. Pauli decollati quod ſibi titulum elegit congregatio huius namq; Sanctiſsimi Apoſtoli, non modo doctrinam, ſed actiones quoq; imitari conantur; Regulam Aliquam non ſeruant ſed propijs viuunt conſtitutionibus, Anno Religionem experiuntur Iux. a Concilio Tridentino conſtitutam formam; deinde ſollenniter in ea vt Cæteri Religioſi profitentur, Bona in Communi habere poſſunt, ſed paupertatem in particulari arctiſsimam ſeruant.

In Prouintias Congregatio iſta non diuiditur, ſed in Italia ſolum comprehenditur.

5 Domus quas Collegia vocant ſeptem habet quarum prima, eſt Mediolani vbi Præpoſitus reſidet generalis.

Et religioſorũ numerus ad Centeſimũ quinquageſimũ aſcendit.

6 Habitum vt Cæteri Clerici induuntur Communi.

7 In Religione hæc ſunt officia præpoſitus nempe generalis, cui quatuor aſsiſtunt ex quo aſsiſtentes nuncupãtur &c. Procurator generalis, & duo viſitatores, Collegij verò ſunt Præpoſitus, Vicarius, diſcreti duo vel quatuor, & Procurator.

8 Generalis Triennio officio fungitur

Et à

Et à congregatione condita quinque tantum fuere, inter quos ſan
9 ctitate clarus, & in regenda congregatione lectiſsimus D. † Mat-
10 thias Maynus cuius Fratri † Franciſco Mayno V.I.D. viro nobiliſs. moribus & litteris ornatiſs. maxima ſum familiaritate coniunctus.

Et nunc illam regit Don Carolus à Baſilica Petri, magnæ laudis vir dignitates non habuit, cum hæ vt plurimum recuſentur, ſed tamen nunc Epiſcopali eſt decoratus Alexander Saulus Ligur Epiſcopus Aleriæ.

SVMMARIVM EX CAP. VIIII.

1 *DEI prouidentia in Religionibus inſtituendis.*
2 *Ordinis clericorum regularium orphanorum, Princeps, inſtitutũ, & tempus.*
3 *Confirmatio huius congregationis.*
4 *Collegiorum, ac locorum orphanorum, & clericorum numerus.*
5 *Generalis à quo tempore fuit, & quot fuere.*
6 *Ioannes Fabuſcus Generalis, & qualiter fiat eius electio.*

CAPVT NONVM.

1

VIS Dei bonitatem narrare, aut conſiderare poterit? quis innumerabilia nobis in dies collocata beneficia penetrare audebit? qui ineffabili prouidentia ſua omnibus neceſsitatibus noſtris ita ſuccurrit, ita prouidet, vt ſi recte hæc perpenderemus, & mente agitaremus aduerſitates & neceſsitates ſi patienter ferremus, deſiderandæ, ac precibus obtinendę eſſent; vt ſingularem Dei contemplari poſſemus prouidentiam, quod & ſi in omnibus creatis rebus proſpici clarè poteſt, in Religionib⁹ maxime, id apertiſsime mẽtis oculis videre poſſumus, non modo enim animæ p ipſas ſuccurrit neceſsitatibus, ſed & corporis vt in huius Hiſtorię proceſſu aperte colligi poterit: alias nãq; cõſtituit vt orationibus & eorũ mortificationibus, abſtinentijs, & exẽplo Deum placando nos iuuarent, alias vt fidei documẽta nos docerent, eiuſq; ſacramenta adminiſtrarent, nonnullas vt bonis humanis atq; diuinis literis nos erudirent, quaſdam vt chriſtianam Religionem, noſq; omnes ab inimicis defenderent, plures

Z vt cor-

vt corporibus infirmis medendis vacarent, alias denique vt & posteris noſtris, qui omni pœnitus auxilio deſtituti vitam ducerent ferinam, & ab humana longe diſsimilem, educationem, victum veſtitumq; præberent ac cæteris bonis moribus, & ſpiritualibus inducrent documentis quod in hac orphanorum curæ dicata Religione clariſsimè verificatur.

2 Hęc namque Regularium Clericorum Cõgregatio Hieronymum Mianum nobilem Venetum ſuum nouit Authorem, & Principem qui diuino affatus ſpiritu anno 1530. ſub Clemente VII. Pontifice Maximo V. Carolo Romanorum Imperatore, ac Hyſpanię & vtriuſque Sicilię Rege, & Franciſco Gallorum ac Ioanne tertio Luſitaniæ Regibus cum Italiam multis vexatam prælijs & ruinis conſpiceret, quam ob cauſam patribus interemptis innumeri pueri & infantes brutis peiores effecti, fame ac frigore miſerrimè ex hac vita diſcederẽt, eis in domo ad hoc deſtinata colligendis initium ipſe dedit, quod onus vt maximum cùm adimplere ſolus non valeret, plures eiuſdem voluntatis patritios, & ſacerdotes ſibi aſſotiauit, idq; tam pium opus ita eorum opera coaluit, vt in omnibus ferme Italiæ Ciuitatibus domum huic miniſterio dicatam habeant, qui probatiſsimi viri cùm & operi perpetuando ac propriæ ſaluti neceſſarium fore conſpicerent, eorum hanc congregationem a Sum. Pontif. probari ac etiam confirmari Paulum III. Pontificem Maximũ adiere anno 1540. à quo eius confirmationem, multaq; alia obtinuere Priuilegia † hanc Pius

3 Papa IIII confirmauit, quorum ſententiam ſequutus maximus ac ſanctiſsimus ille Pius V., & approbauit, & alia conceſsit priuilegia tria. Religionum ſubſtantialia vota emittendi & Religioni propagandi tradens poteſtatem, eoſque Clericos Regulares S. Maioli Panię cognominari voluit, ex quo illa prima fuit congregationis domus, alio etiam appellantur nomine, hoc eſt congregatio Somaſche, ibi enim primum huius patres congregari cœperunt.

Proprium in Communi retinere poſſunt, in particulari vero vt cæteri Religioſi non propter votum ſolemne quod emittunt. Nec diuiditur in Prouintias ſed in Italia tantum comprehenditur.

4 Collegia in quibus huius congregationis Clerici profeſsi habitãt ſunt VIII. præter domus in quibus nouitij erudiuntur, & literis qui eis ſunt apti Imbuũtur, quę ſunt num. 4. & ſic omnes &c. xij. loca vbi orphani recipiuntur, & qui horum patrum cura & diligentia bonis moribus educãtur, & literis Inſtruũtur ſunt num. xvj. In quibus vnus vel alter ex iſtis patrib⁹ reſidet, qui illius orphanotrophrij curã gerit.

Religioſi

6 Religioſi vero numerum claudunt circiter 200.

7 Hi à tempore Pij V. per Generalem gubernari cæperunt cum ante
8 per Vicarium Generalẽ regerẽtur, Hic eligitur triennio tranſacto quo eius durat adminiſtratio fuerunt ab eo ad hoc tempus nouem Generales; eſtq; nunc Religioſiſsimus pater Ioannes Fabuſcus de oppido Barbarano.

Fit autem huius Electio per vota ſecreta patrum pro qua Electione Capitulum congregatur Generale, in quo etiam cæteri ordinis officiales creantur ſcilicet Vicarius Generalis, Diffinitores, duo viſitatores, tres prępoſiti Collegiorum & Rectores Orphanorum quorum adminiſtratio triennio Concluditur.

SVMMARIVM EX CAP. X.

1 *ORDO Clericorum Regularium Societatis Ieſu Neceſſarius fuit.*
2 *Ignatius Loiola ordinis fundator, & eius conuerſio.*
3 *Nomina Sotiorum Ignatij in Religione fundanda.*
4 *Religionis ſotietatis Ieſu nomen vnde fuit Religioni inditum*
5 *Religionis Inſtitutum.*
6 *Probationis tempus biennalis eſt.*
7 *Profeſſi huius ordinis quartum votum ſcilicet obedientiam ſummi.*
8 *Pontificis addunt.*
9 *Gregorius XIII. Pontifex Maximus laudatur.*
10 *Sotietas Ieſu in omnem orbem dilatata eſt.*
11 *Iapponenſium Regum legati Romam ad obedientiam præſtandam veniunt horum Religioſorum opera.*
12 *Prouintiarum Collegiorum & Religioſorum numerus.*
13 *Collegium Romanum maxime a Gregorio XIII. Pontifice Maximo auctum.*
14 *Gaſpar Chiroga Cardinalis Toletanus laudatur*
15 *Franciſcus Sciauier vt Sanctus laudatur, & aliqua de eius vita.*
16 *Antonius Criminalis primus Religionis martir cum alijs numeratur.*
17 *Edmundus Campianus martir in Anglia noſtræ tempeſtatis.*
18 *Rodulfus Acquauiua martir.*
19 *Hieronymus Acquauiua Dux Atri laudatur.*
20 *Alfonſus Salmeron pluribus nominibus commendatur, & aliqua de eius vita.*
21 *Franciſcus Aluarez à Ribera dominus meus cõmendatur, & in C. XI. in fine.*
22 *Petrus Ribadeneira, Benedictus pereira, Franciſcus Toletus, & alij multi doctiſſimi viri nuncupantur.*
23 *Ioannes Pareggia, Marius de Andri, Bartholomeus Perez laudantur.*

23 *Benedictus Iustinianus, Bernardus Colnagus, & Flaminius Berengutius & alij laudantur.*
24 *Carolus Mastrillus, & Gregorius frater, cum Francisco Saxo collaudantur*
25 *Ioseph Vigliegas excellentissimi Comitis Mirandæ confessarius laudatur.*
26 *Claudius Acquauiua nunc præpositus Generalis commendatur.*
27 *Benedictus Sardus, Antonius Litius, Petrus Antonius Spinellus cum alijs multis, pluribus titulis digni nominantur.*
28 *Decius Striuerius commendatur.*

CAPVT DECIMVM.

HIS demum ortu posterior sed sanctitate non inferior succedit Illustrissima clericorum congregatio saluatoris N. Iesu Christi titulo decorata, quę coĩter societatis Iesu nuncupatur, cuius in laudibus dicendis & si maiori, ac elegantiori calamo opus esse cognoscam lubens hoc onus suscepi propter deuotionem in eam, & obsequium quod illi debeo.

1 Eam ergo his temporibus necessariam vtilęq; fuisse totus orbis claro concinit præconio, resq; ipsa demonstrat cum à perfidorum hæreticorum subitis insultibus, ac procellis Petri firmissimam nauim defendi, eiusq; fidei virtutem remotissimis Prouintijs paucis ab hinc annis fermè cognitis notificari prędicariq; opus esset, quod magna cum diligentia alacri animo, summisq; laboribus atque periculis horum Religiosorum opera factum esse nemo est qui ignoret, ita vt rectè Iesu Christi sectatores, & discipuli verè
2 nuncupari possent non solum nomine, sed re.

Huius ergo Religionis parens fuit Ignatius Loiola Bertrandi ac Marinæ Sonis filius in nobilissima Loiolea Vrbe (cui dominabatur) celeberrimę Guipuscoę Prouintiæ ortus, hic cũ a familiaribus esset Serenissimi Ferdinandi Regis Catholici, Pompeiepolim (Nauarræ Regni primariam vrbem) ab eo missus vt 400. præesset militibus, eam tam diu à Francorum dura obsidione defendit, donec in crure vulneratus stare amplius nequiuit, atque ita deditionem Gallis statim fecere milites, qui sua mira virtute nitebantur. Ab eorum tamen Duce honorificè in patriam missus fuit, vbi dum infirmus cuiusdam spiritualis libri lectioni vacaret, admirabili interna commotione fuit a domino vocatus. cum primum ergo paullulum sanitati restitutus fuit in Serratum glorioſissimæ, Deiparæq; Mariæ montem dicatum abijt vbi vili amictus habitu triennio in heremo permansit: inde Hyerusalem profectus sacrisq; locis reuerenter inuisis, Hispaniam reuersus est, vbi Manresæ habitans, pueros orationes christianamquæ doctrinam magno charitatis feruore docebat. Cum vero illis prope temporibus nonnulli prauitatis hęreticæ seminatores in Hispaniam descendissent, vt eius criminis obnoxius in carcerem detrusus fuit, inde sine alicuius auxilio, eius innocentia à Iudicibus perspecta liberatus est. Cumq; ad hoc opus exercendum scientiam necessariam fore prospicerent, Grammaticæ in Hispaniam operam dedit inde Luthetiam Parisiorum Profectus, Philosophiæ, sacræque Theologiæ tantum vacauit, vt breuissime optimus fieret Theologus: nec tamen à charitatis operibus exercendis propter studia abstinuit, sed plurimos ex sotijs ad sacramentorum frequentiam inducebat, aliquibus autem magis coniunctis suum Hierusalem proficiscendi animum patefecit, con-
3 sensere omnes ac primus omnium eum sequutus est † Petrus Faber Gallus apud quem Ignatius Parisijs mansit; II. Franciscus Sciauier Nauarrus de cuius meritis, & sanctitate latius infra dicemus, hic in Indiam ab Ignatio missus fuit. III. Iacobus Laines qui 2. fuit Generalis vitæ probitate, sermonis dexteritate, ac doctrina præclarus, qui in sacro Generali Tridentino Concilio vt S. Pont. Theologus affitit cum Alfonso Salmerone domino meo, qui dum hæc scribebam inter mortales adhuc vitam degebat, de cuius præclaris gestis aliqua infra dicemus; hic IV. Ignatio accessit, V. sequutus gnatium fuit Simeon Rodericus Portugallensis, qui ad Ioannem III. Regni illius sereniſsimũ regem cum Francisco Sciauier missus fuit, ibique Religionẽ eo modo plantauit vt Apostolorũ nomine huius Societatis Religiosi, eo in Regno vocẽtur VI. Nicolaus Bobadiglia qui sua feruẽti prędicatione multis Calabriæ populis profuit, ibique Religionem notificauit & Catanzarienſe Collegium fundauit, viuit adhuc ætate, & sanctitate plenus. His cum Sotijs Ignatio Romam proficiscenti accessere Claudius Iaius à Ferdinando Romanorum Imperatore in Tergestinæ Ecclesiæ præsulem electus a S. P. in Collegio Cardinalium confirmatus fuit, sed Ignatij aliorumq; humilimis feruentisimisq; precibus fuit electio reuocata, Ioannes Codurius, & Pascasius Broetus. Romã ergo cum peruenisset benedictione a S. P. obtenta Venetias (semper pedibus) iter direxere vt inde Hierusalem

rusalem nauigarent, quo propter bellum inter Venetos ac Turcas ortum proficiſci nequiuerunt, ex quo peccatoribus penitentiam in Italia prędicare cęperunt, donec Hieruſalem nauigandi occaſio præberetur, (& ò felix impedimentum pro totius Chriſtianę Religionis vtilitate)

4 Romam igitur cum peterent dum Ignatius in quadam parua Eccleſia quæ in via erat ad Dominum oraret, Deum Patrem Chriſto vnigenito crucem baiulanti Ignatium ad Crucem portandam applicare videt, ex quo ſocietatis Ieſu nomen ſibi vendicauit Religio iſta.

Romæ vero prædicationibus alijſque charitatis operibus operam dum nauarent de religione agere cæperunt anno 1538. quorum cõſtitutiones & ſanctum inſtitutum ſequenti anno Max. ille Pontif. Paulus III. & Commendauit, & ſimul approbauit V. Carolo Inuictiſsimo in Occidente Imperante ac Hiſpaniæ vtriuſq; Siciliæ ac noui orbis Rege Ioanne III. Luſitanię & Franciſco I. Galliæ Regnantibus, & demum in Tridentina Synodo à ſacris patribus confirmatæ fuere, vt patet ex 25. ſeſsio. cap. 16.

Huius ſanctæ Religionis finis extitit Chriſtianos, eo quo fieri poſſet adiuuare modo prædicationibus, confeſsionibus etiam ſcientiarum omnium eruditione, ita vt priſca illa primitiuæ Eccleſiæ aurea tempora Athenienſium Romanorumq; diſciplinarum ætas redijſſe, magno cũ gaudio dicere poſsimus.

Mendicantium autem Priuilegia obtinuere, ſuntque actu mendicantes vbi Profeſſorum quas vacant domos habent, in Collegijs tamen ſtudentium ac lectionum cauſa conſtitutis redditus in eorum cõmodum alimẽta retinere licet, ſub Regula alicuius ſancti vìri non militant, ſed ex proprijs reguntur conſtitutionibus.

6 Prefecti Prouinciarum & cæterorum a Generali prępoſito & eliguntur, & remouentur † Biennio Regulam probant, quo peracto Religionis tria eſſentialia vouent, quod tamen votum & ſi vouentis reſpectu ſit ſolemne, Religionem quidem non obligat, ſolent tamen quindecim, aut viginti pluſue annis præteritis ſollemniter vouere, id que generalis arbitrio eſt reſeruatum cui etiam ante hanc profeſ-
7 ſionem licet eos dimittere, & abſoluere † Addunt tamen eorum aliqui, quibus id ſpecialiter à Prępoſito Generali eſt conceſſum; quartum votum, obedientiæ ſcilicet Summo Pontifici, eam intelligentes obedientiam, vt ad eius nutum, quolibet etiam ad martirium proficiſci deuincantur, quos oportet in doctrina & ſanctitate nimium eſſe præſtantes, vouent pręterea Chriſtianam docere doctrinam & dignita-

dignitates non acceptare.

8 Suntq; verè religioſi etiam ij qui ſollemniter non vouerunt † vt magnus ille recolẽdæ memorię Pontif. Maximus Gregorius XIII. declarauit in Bulla quadã eis conceſſa Incip. Intrãte Ieſu in Nauiculã.

Ignatius vero annorum 65. religionis rebus iam compoſitis, glorioſus Chriſti miles effectus, ad eum migrauit anno 1558. eodẽ Carolo V. Imperãte, Henrico II. Frãciæ, & Sebaſtiano Portugallię Regibus.

9 Suas verò Radices arbor hæc ſancta, ita extendit, vt vniuerſum comprehenderit orbem, iſtorumq; Religioſorum opera factum eſt,
10 vt è remotiſsima Iapponenſi Prouintia † Illuſtriſsimi de regali proſapia legati ad obedientiam præſtandam Gregorio Pontif. Maximo mitterentur, quos cum ſanctus ſenex vidiſſet canticũ cecinit Simeonis, Nunc dimittis ſeruum tuum domine &c. o res mirabilis paucis tranſactis diebus gaudens migrauit ad dominum, vt curæ quam in prouintijs illis præſertim adiuuandis adhibuerat præmium hic, & ibi reciperet.

11 Diuiditur hæc Religio in XXV. Prouintias Collegia ac Reſidentias habet 230. &.

12 Religioſos ad plus ſex mille † Collegium Romanum a Gregorio Pontifice Maximo inſtauratũ & auctum ædificijs, ac redditibus primum eſt totius ſocietatis, in quo 200. Religioſi morantur, ſecundum eſt Oliſipponenſe. III. Neapolitanum, & demum Toletanum ab Il-
13 luſtriſsimo probitatis ac doctrinæ viro inſigni † Gaſpare à Chiroga Illius Ciuitatis Archiepiſcopo Cardinaleque ampliſsimo inuictiſsimi Regis noſtri Philippi & à Concilijs ſtatus, maiori Hiſpaniæ inquiſitori, ac Regni Caſtellæ magno Cancellario &c. fundatum ac ditatum floruit fulgetq; ad huc Sancta iſta Religio tot, tantiſque ſanctitate, doctrina, ac prudentia viris, vt totius Chriſtianæ Reipub. ſeminarium dicere poſsimus, quorum nonnullos in medium afferam.

14 Primus ergo omnium Sanctitate Religionem illuſtrauit magnus ille ac beatus Franciſcus Sciauier, qui Ignatij Iuſſu in Portugalliam profectus ab illius Regecũ alijs eiuſdem ſotietatis ſotijs in Indiam, quæ Portugalliæ Regno ſubeſt, miſsus fuit, ibique tantum laborauit, vt Chriſtianam Religionem & inſtituerint, ac pluribus in locis reſtituerint; fundata in India Religione ſotijs curam relinquens, altiora quęrens Synaxum Regnum immenſum ac opulentiſsimũ petijt; ibiq; cum de ingreſſu ageret (eſt enim illius Regni lege aduenis prohibitus) graui oppreſſus morbo, virtutibus omnibus fulgens Terrena relinquens, ad celeſtia Regna glorioſus aſcendit 4. nonas Decembris.

cembris 1552. multis claruit in vita miraculis, ter naufragium paſſus, duobus aliquando tribuſq; diebus iactatus manſit in vndis, crucis ſigno, vel aquę benedictę aſperſione infirmos curabat, Energumenos liberauit, cæcos illuminauit, mortuos vitæ reſtituit & profetiæ dono claruit & Bonzis Iapponenſium ſacerdotibus, qui centum pluſuè ei dubitationes diuerſas propoſuerant, vnico ſatisfecit reſponſo vt Rome Iapponius quidã Paulus ab eo ad fidem Religionemq; conuerſus teſtatus fuit, multis etiam poſt mortem illuſtris fuit miraculis, inter quæ illud eſt, quod dum eius mortui corpus domeſticis veſtibus inuolutum à Luſitanis mercatoribus, qui morienti adfuerant calce contectum humi conditum eſt, vt exeſa calcis vi oſſa in Indiam deportarent, (ſic enim ipſe iuſſerat) tribus verò præteritis menſibus ſarchophagum effodere ac veſtes corpuſq; integrum inuenere viuido colore, carne humida, & ſuccoſa, ac odore fraganti, rei miraculo commoti corpus in nauim inferunt, Malachiã inſolita breuitate perueniunt, ibique 12. alijs menſibus ſic inuolutum conſeruatur; Goam verò cum veniſſent, corpus à Catholicis ac Religioſis ea qua debet reuerentia ſuſceptum, in Eccleſia Collegij ſocietatis honorificè collocatum fuit, vbi innumeris in dies fulget miraculis quę & eius clara geſta narrare longum nimis, ac extra prouintiam eſſet, de his tamen in vita Ignatij ac literis Indiarum quæ à patribus ſocietatis miſſæ ſunt latè agitur.

15 Primus verò omnium martirio Religionem illuſtrauit B. Antonius Criminalis Parmẽſis anno 1549. Braſilię in loco Comorini nuncupato poſtquem in eadem prouintia ſanguinem pro Chriſto fudere anno 1554. Petrus Correa & Ioannes Hoſa Luſitani.

Item Pater Ignatius cum alijs 40. ſotijs dum in Braſiliam nauigarent à Pyratis hæreticis Gallis à Regina Nauarræ miſsis captus, omnes occiſi, & in mari proiecti fuere vno tamen excepto, qui dum ſalutem quęrebat ab alijs inimicorum nauibus ſuſceptus tanti triumphi glorioſus extitit Nuntius.

16 Et Edmundus etiam Campianus Anglus, ſub impia Regina Eliſabet eo in Regno anno 1581. pro fidei confeſsione martirium ſubſtulit cũ alijs Anglis Romani Collegij ac Remenſis in Gallia alumnis.

17 Et nouiſsime anno 2584. quo hæc ſcribebam Rodulphus ex nobi-
28 liſsima Acqueuiuæ familia Neapolitanus † Hieronymi non modo nobilitate ac militaris diſciplinæ ſed ſcientiarum omnium peritia Illuſtriſsimi Atri Ducis filius prope Goam cum Franciſco Pacecco alijsque decem ſotijs Religioſis, & ſecularibus cum ad fidem plantandam

tandam ad quendam vicinum locum proficiſceretur ab inimicis inſidiantibus agreſſus, cruribus & capite obtruncatis, creatori animam reſtituit, cuius glorioſo martirio, hæc religio illuſtrata gaudet, ac Ciuitas Neapolitana triumphat, gloriatur ac iubilat.

19 Primus omnium inter doctores claret Alfonſus Salmeron Toletanus nobili ex genere ortus, vir iſte optimus, quartus Ignatium ſequutus eſt adoleſcens duodeuigeſimum annum agens, Pariſijs ſtudijs vacauit in XXt. anno Pontif. Max. Iuſſu Sacerdos Ordinatur ob eximiamq; eius doctrinam legatus ad Catherinam Mediceam Francorum Reginam mittitur & in Sacro Tridentino Concilio ut S. P. doctor aſtitit in literis tantum profecit, ut omnium ſua tempeſtate Theologorum, & Prædicatorum Princeps verè nominari dignus fuerit, omniumq; ſcientiarum fuit etiam peritiſsimus, ita vt quamlibet peculiarem ſibi fuiſſe vnuſquiſq; diiudicaret. Poetarum dictis ita adhuc ſenex memor erat, vt me grammaticæ tunc operam dantem longè recitantem ſuperaret. eram namq; ei (& hoc magnæ mihi gloriæ aſcribo) nimia familiaritate coniun-
20 ctus † Illuſtris admodum ac non modo peritiſsimi, verùm etiam Religioſiſsimi Viri Domini, ac Protectoris mei Franciſci Aluarez à Ribera in Regiæ Cameræ Summariæ Tribunali olim præfecti digniſsimi, nunc ſupremi Collateralis Conſilij Regentis meritiſsimi opera atq; fauore, Quod inter maxima, ac innumerabilia mihi ab eo collata beneficia, primum extimo. Ita erat Pater hic magnus ſtudio aſsiduus vt aliquando XI. horis interdiù ei vacaſſe pluries mihi affirmauerit, librum ſcripſit in plures diuiſum, quem de ingreſſu, Progreſſu, & Egreſſu Chriſti nominari voluit, paucos poſt dies typis tradendum, in eoq; cuncta ferè Euangelia expoſuit, Geneſis etiam librum eſt interpretatus, quod morte præuentus complere non valuit, terrenam miſeramq; patriam iſtam relinquens, Celeſtem conſcendit in hac Ciuitate, idibus Februarij 1585. eiuſq; diſceſſu, magno dolore affectos non modo ſuos patres, Ciuitatem iſtam, noſq; omnes reliquit, verum etiam vniuerſum mundum, cuius memoria lachrimas continere non poſſum, vixit annos 70. virginitatis dono, ac orationis perſeuerantia claruit, Neapolitanum Collegium, ac profeſſorum domum, & Nolanum inſtituit, Ciuitatemq; iſtam multis à vitijs, ſuis ſanctiſsimis prædicationibus purgauit & humilitatis virtute præfulxit, hæc pauca non ut tantus merebatur vir ſcripſi, ſed ut animum erga illum oſtenderem meum.

Plures etiam peritiſsimos viros produxit, quorum tantummodo

nomina deſcribere particulari compoſitione opus eſſet, cum omnes nominari dignos cognoſcam, nonnullos tamen quos magis profeciſſe in literis intellexi,& cognitos habeo in medium afferam,& in-
21 ter eos.Primus connumeratur † Petrus Ribadeneira Toletanus,qui Ignatij vitam conſcripſsit, Benedictus Pereira cuius in Philoſophia doctiſsima monumenta doctrinã demonſtrant; Pater Franciſcus Toletus Summorum Pontificum Pij V. Greg.XIII.ac Sixti V. ordinarius concionator, & Theologus,vir doctiſsimus, ita vt ſuis prędicationibus, ei docendi facultas, peculiariter aſcribatur. Plura ſcripſit in Philoſophia,& Theologia. Franciſcus Turrianus Hiſpanus qui in numeris ſuis ſcriptis prauitatis hæreticę profeſſores, conſtanter perſequutus eſt, Claudius Bambergenſis Theutonicus inſignis Mathematicus,plures in hac diſciplina libros edidit. Pater Fonfeca Luſitanus qui doctiſsimos commentarios in omnes Ariſtotelis methaph. libros, edidit,P. Bonus Arminius, qui contra hæreticos doctiſsima
22 ſcripſit commentaria † Ioannes Paregia Hiſpanus, doctrina, ac prædicatione Illuſtris. Marius de Andri V. I. D. caſuum conſcientiæ lector clariſsimus præceptor meus, Bartholomæus Perez Aragonenſis Sacræ Theologiæ in hoc Neapolitano Collegio olim doctiſsimus in-
23 terpres, meritiſsimus nunc Prouintialis in Andaluzia † Benedictus Iuſtinianus Ianuẽſis Theologicę diſciplinę peritiſsimus explanator in Romano Collegio, vir humaniſsimus, ac politiſsimus, verbiq; Dei prædicatione inſignis, Bernardus Colnagus Siculus, Ludouicus Gagliardus Venetus, Flaminius Beringutius Senenſis, ac Bartholomęus Blondus prędicatione inſignes,inter quos locum ſibi vẽ-
24 dicant † Carolus Maſtrillus nobiliſsima ex Ciuitate Nolæ vir caritate feruens, vitiorum acerrimus inſectator, ac in negotijs peragendis dexterrimus, eiuſq; Frater Gregorius Maſtrillus, & Franciſcus Saxus,qui Cayrum Greg. XIII. P. Max. iubẽte petijt vt Chriſtianos montis Libani qui S. R. Eccl. obedientiã profeſsi erant ſubſtineret, & religioſis ritibus ornaret.& inter iſtos connumerari di-
25 gnus eſt Vincentius Matreſius † & doctiſsimus Pater Ioſeph Vigliegas quem in ſui confeſſarium elegit Illuſtriſsimus & Excellentiſsimus Comes Mirandæ Huius Regni Prorex prudentiſsimus. Regimine inter alios clari ſunt Illuſtriſsimus Franciſcus Borgia Gandiæ Dux, Valentiæ Prorex, ac maior Imperatoris Caroli V. Equorum prętectus, qui his omnibus relictis religionem ingreſſus tertius fuit
26 Generalis. † Claudius Aquauiua vir quidem inſignis,in præpoſitum generalem aſſumptus V.in ordine eſt,viuit adhuc magnoq; omnium gaudio

gaudio ſocietatem regit. † Benedictus Sardus vir optimus,ac humaniſsimus Prouintialis huius Prouintię deceſsit. Antonius Liſius ex Ciuitate Fundorum vir non modo probitate, ac doctrina quam regimine clarus,Petrus Antonius Spinellus Neapolitanus Illuſtriſsimi Cariati Principis Frater,Religione, ac humanitate prędarus, Antonius Poſſeuinus Mantuanus concionator optimus; Robertus Perſonius Anglus, qui cum B. Aedmundo Campiano Martire in Angliam miſſus fuit, vir ſagaciſsimus, & doctiſsimus, pluribus annis ibi manſit, Chriſtianos Concionibus,& confeſsionibus ac miſſarum celebratione adiuuando, legibus tamen illius Regni ſæuiſsimis non obſtantibus. Michael Rogerius qui Greg. XIII. Iuſſu Sinarum Regnum eſt ingreſſus inibiq; fidem catholicam propagauit quem Salerni cognoui hoc anno 1593. dũ Auditoris illius Prouinciæ munere fungerer, aquo plurima de illius Regni rebus accepi. Sunt etiam clariſsimi Claudius Migliareſius, Ferdinandus Bonitus.Benedictus Macedonius. Hieronymus Piccolus,Vinc. Vaſſalus & alij innume-
28 rabiles, ac deniq; ut finem imponam † Detius Striuerius Catanzarienſis qui cum vtriuſq; iuris ſcientiam eſſet profeſſus, in eaq; multum elaboraſſet, religionem eſt ingreſſus, vir humaniſsimus, ac humilimus,& nunc eſt in Romano Collegio inter primos ſacrę Theologię Auditores quem magnum virum euaſurum ſpero.

SVMMARIVM EX CAP. XI.

1 *CLERICORVM S. Hieronymi de Vrbe origo.*
2 *Inſtitutum huius congregationis.*
3 *Philippus Nereus congregationis parens. Franciſcus Maria Tarugi, Antonius Talpa, Flaminius Riccius, Antonius Carolus, & Cæſar Baronius collaudantur.*
4 *Domorum, & Religioſorum numerus.*

CAPVT VNDECIMVM.

ADiſtarum Religionum ſimilitudinem nouiſsimè temporibus noſtris quædam alia orta eſt Clericorum cõgregatio, qui & ſi tria Religionis ſubſtantialia vota non emittant, ea tamen ad literam ſeruant.

1 Hæc nempe illa eſt quæ clericorum oratorij S. Hieronymi de Vrbe nuncupatur, quæ ſub Pio IV. Pontif. Max. florere incepit, & ſi multo ante Iulio III. ſedente ortum habuerit

buerit, cuius initium ex eo proceſsit quod pleriq; fideles quotidie poſt prandium ad Philippum Nereium Florentinum, clericum ſecularem, ſacris eruditum literis, orationibus, & audiendis confeſſionibus aſsiduum, in ædibus S. Hieronymi tunc degentem conueniebant, ibiq; priuatim de more primitiuæ Eccleſiæ, & antiquorũ patrum, monacorumq; Hæremi domeſticas exhortationes, & collationes facere cæperunt. At fidelium multitudine in dies creſcente à Cella illiuſ patris quæ eos commodè capere non poterat in oratorium eiuſdem Eccleſiæ Sancti Hieronymi peruenere, vnde nomen congregationis oratorij obtinuit, vbi orationis cauſa, tum illi, tum alij, ſingulis veſperis iam diù conuenire ſolebant, atq; eo loco per annos XX. pium hoc, & vtile exercitium continuarunt, donec ſub Præfato Pontif. Pio IV. in Eccleſia Sancti Ioannis nationis Florentinorum nonnulli ex eis pro maiori parte ſacerdotes congregati ſunt communi menſa, communiq; habitatione utentes, Gregorius tandem XIII. eorum ſocietatem in congregationem erexit, & approbauit, eiq; parrocchialem Eccleſiam S. Mariæ in Valicella vulgo dictam uniuit, vbi in præſentiarum eiuſdem Pontificis munificentia, pijſq; fidelium oblationibus, veteri deſtructo nouoq; à fundamentis longè ampliori, & pulcriori conſtructo templo, Summi Dei benignitate viuit, & coaleſcit pluresq; per Italiam ad eius imitationem ſurgunt congregationes.

2 Præcipuum eius inſtitutum eſt quotidie (excepto ſabato) quo eo die commodius confeſsiones audire, Eccleſiam quam Politiſsimam habent exornare, & non nihil quietis aſſumere valeant, familiares has exhortationes duarum horarum ſpatio facere, vitas patrum recenſere, & locum in quo orationi partim vocali, partim mentali ſingulis veſperis per horam ſecunda vero quarta & feſta feria etiam caſtigationi corporis per quartam partem horæ vnuſquiſq; pro libito vacare poſsit, præſtituere, & aptare.

3 Huius congregationis fundatorum nomina hæc ſunt, Philippus Nereius præpoſitus ſupra commendatus, Alexander Fidelis, Cæſar Baronius, Io. Franciſcus Bordiſius, Franciſcus Maria Tarugi vir Spiritu Dei præclariſsimus, in ſermonibus peragẽdis dexterrimus, doctiſsimus, ac feruẽtiſsimus cõcionator, qui primus iſtã cõgregationẽ hac in ciuitate plãtauit, domũq; ædificauit, nũc Archiep. Auinionẽſis à S. P. deſignatus Angelus Vellius, Antonius Talpa humaniſsim⁹, nec nõ doctus, ac religioſiſsimus vir, qui poſt piãtatã religionẽ in hac ciuitate ad eã conſeruandã, Roma cũ Franciſco Maria Tarugi alijſq.

ſocijs

ſocijs huc peruenit, Iuuenalis Ancina ſcientiarum omnium cognitione ac declamandi munere præſtantiſsimus, Germanicus Fidelis Pompeius Paterius, Fabritius Media Barba, Nicolaus Lilius, Thomas Bozzus, Franciſcus Sotus, Aloiſius de Ponte, Iulius Sauiolus, & his alij diuerſorum locorum acceſſere.

Nullam ad huc profitentur regulam, nullum vt diximus votum emittunt, nec habitum mutant, ſed ad inſtar ſecularium clericorum viuentes, ſub voluntaria obedientia dicti Philippi eorum patris vt præpoſiti viuunt, & his exceptis congregationem illuſtrant Flaminius Riccius literarum eruditione, ac ſpiritualium rerum ſapientia Illuſtris, & Antonius Carolus Aquilanus feruens atq; politus concionator. Et primus omnium ſcriptis illuſtrauit, Cæſar Baronius in eloquentiſsimo atq; accuratiſsimo opere quod Annalium Eccleſiæ Catholicę nuncupauit, duos hucuſque tomos trecentorum annorum Hiſtoriam complectentes, in lucem edidit.

In Prouintias non diuiditur, ſed in Italia tantum comprehenditur, tres ſub ſe domos habet, Romanam ſcilicet, quæ S. Mariæ in Valicella nuncupatur: aliam in oppido Septempedaneo, quod Italica lingua Sanſeuerino nuncupatur in Prouintia Marchiæ, & tertiã Neapoli quæ indies augetur. 4

Omnes huius Congregationis religioſi 80. numerum comprehendunt.

SVMMARIVM EX CAP. DVODECIMO

1 *BLATORVM S. Ambrosij Congregatio ab Illuſtriſſ. Cardinali Borromeo inſtituitur.*
2 *Oblatorum inſtitutum.*
3 *Oblatorum alij clerici, alij laici, retinẽt beneficia, & vouent obedientiam Archiepiſcopo.*
4 *Prima Congregationis domus eſt Sancti Sepulchri.*
5 *Ioſephus de Rubeis commendatur.*
9 *Marcus Antonius Pizzonus, & Alexander Glorierius laudantur.*

CAPVT

CAPVT DVODECIMVM

1 BLATORVM Sancti Ambrosij Clericorũ congregatio, nostris institutа temporibus, circa annum M D. LXXX. Carolum Borromeum Mediolanensem Antistitem,& Sanctę Romanæ Ecclesiæ Cardinalem Illustrissimum genere, & sanctitate clarissimum suũ noscit Authorem, & Principem, ille etenim uir sanctissimus, qui suo exemplo, ac totis viribus Christianam Rempub. & Ecclesiam, cui præerat iuuare studebat inter cætera pietatis opera, quæ instituit,ac restituit,cum plurium religiosorum clericorum vota per-
2 nosceret † regulam illis viuendi præfixit, sub Mediolanensis Prę sulis obedientia constituens, ut illi comites in sacris ministrandis, ac celebrandis, cęterisq; charitatis operibus exercendis ad salutẽ animarum semper assisterent, quibus id esset proprium institutum Mediolanensi Archiep. in omnibus obedire.

3 Hęc autem congregatio laicos etiam comprehendit, inter quos & clericos hæc est differentia, quod laici siue iuris periti sint, siue medici alterius ue disciplinę professores,tenentur gratis iuxta suam professionem iuuare proximũ,& alia charitatis opera exercere clerici verò lectionibus, ac confessionibus, alijsq; rebus spiritualibus & quod maius est ad duo tenentur ex præcepto Archiep. alterum scilicet vt curæ præsint Seminarij, & Collegij Heluetiorum, ac Rhetorum, & aliorum piorum locorum. Alterum vero quod teneãtur Heluetiorum petere regiones ibiq; orthodoxam fidem, & propagare, & defendere, & si opus fuerit sanguinis effusione confirmare.

Possunt hi clerici retinere beneficia simplicia, immo etiam curata, ad quæ debent etiam adstringi ab Archiep., vt saluti studeant animarum, vouent obedientiam Mediolanensi Præsuli, & eorum aliqui perfectionis cupidi paupertatem, sed hoc votum est simplex, & ab eo liberantur ab Archiep. quando illi placuerit eorum aliquem segregare,

4 Prima huius congregationis Domus est sancti Sepulcri Mediolani, & huius prælato cæteri obedientiam præstant, & omnibus superior est Archiep. Ex numero horum oblatorum tres debent in qualibet Ecclesia Canonicorum habere beneficia, ibiq; manere perpetuo,

tuo,& Seminario præesse, donec aliud Archiepiscopo placuerit,hæc sunt,quę de huius congregationis instituto breuiter collegi ex eius
5 constitutionibus, quas mihi ostendit † Ioseph à Rubeis Aquilanus, vir equidem pius, ac doctus, qui Auditoratus munere Apostolici
6 Nuntij huius Regni functus est,& cũ Reuerendiss. † Marco Antonio Pizzono Episcop. Fulignatæ: & nunc apud peritissimum aç humanissimum Alexandrum Glorierium Cameræ Apostolicæ clericum. Illud tamen dicere non ommitam, huius Religiosissimi Cardinalis exemplo cæteros Antistites, hunc piè viuendi modum, in eorum Ecclesijs excitare debere, ex quo magnam Ecclesia Catholica sentiret vtilitatem.

SVMMARIVM EX CAP. XIII.

1 *RDO clericorum hospitalitatis agonizantium Romæ instituitur.*
2 *Camillus de Lelijs Religionis fundator, & modus.*
3 *Habitus huius congregationis.*
4 *Institutum.*
5 *Domorum, & religiosorum numerus.*
6 *D. Paulus Cornetus Romanus laudatur.*

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

1 NOVISSIME dum de his scribendis agerem vtilis clericorum regularium orta est congregatio, quæ Hospitalis adiuuantium agonizantes nuncupantur. Hęc Romę ortum habuit anno 1585. sub nostro Max. Pontif. Sixto V. Imperante Romanis Rodulpho II. Hispaniæ,noui orbis, & vtriusq; Siciliæ Philippo II. Domino nostro, & Franciæ Henrico IX. dominantibus. In ea enim felicissi-
2 ma Vrbe, sacerdos quidam Religiosissimus, & Pius Camillus † nomine ex familia de Lelijs Aprutinus misericordia motus super infirmos, hospitalia frequentabat, illis inseruiebat, & Agonizantes ad transitum hortabatur, atq; diuinis monitis iuuabat, cuius exemplum atq; consilia,& exhortationes alij multi sequuti cum essent illi operi summo studio, & charitate operam nauare cæperunt, simulq; viuentes à Sanctissimo Domino Sixto V. obtinuere vt con-

grega-

gregationem possent erigere, & sic illi institutum cæperunt dilatare.

3 Eorum habitus similis est clericorum societatis Iesu verum in sinistra parte pallij, & vestis superioris crucem undiq; æqualem addunt leucophæi coloris.

4 Institutum vt dixi est agonizantes,tam in Hospitalibus, quàm in priuatis domibus hortari.

Iurant seruare tria vota substantialia, & addunt quartum Hospitalitatem perpetuam, & agonizantibus opem præstare, victum tamen hostiatim quæritant.

5 Duas adhuc domos habent, alteram Romę, alteram uerò in hac Nobilissima nostra Neapolitana Vrbe.

Et in prima 60. in secunda 20. Patres inhabitant, quibus præsidet Camillus de Lælijs eorum Pater, quem Prętectum vocant, & eius officij administratio durat per Triennium.

Vitam agunt asperrimam,& probatissimam, & eorum aliqui literis vacant, sed nunc tantum inter ipsos. Claret

6 Paulus Cornetus Romanus, qui de Hospitalitate, & alijs multis scripsit.

SVMMARIVM EX CAP. DECIMO QVARTO

1 *CLERICORVM Regularium minorum origo,& institutores*
2 *Clericorum Regularium minorum institutum.*

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

1 POSTREMO tamẽ post hæc scripta noua surrexit Clericorum Congregatio in Ciuitate Neapoli anno 1588. Sixto V. sedente, ac Romanum Imperium regente Rodulpho II. & Hispaniam, vtramq; Siciliam, ac nouum orbem Gubernante Philippo II. Inuictissimo cuius nomen à Summo Pontifice fuit impositum. Clericorum regularium minorum huic initium præbuere. Augustinus Adornus nobilis Ianuensis, Fabritius,& Ascanius Caracciolus nobiliss. Neapolitani ex sedili Capuanæ viri optimi, qui post impetratam à Summo Pontifice congregatim viuendi licentiam in Ecclesia Parrocchiali

chiali Sanctæ Mariæ Maioris titulo insignita, cuius Fabritius erat Abbas sanctè, ac religiosè vitam ducere omnium consensu cæperunt.

2 Horum Religiosorum institutũ admirabilie, ac fructuosum quidem est:ipsi namq; Diuinum officium Canonicis statutis horis celebrant, & media nocte ad confitendum Domino surgunt, prædicationibus, & confessionibus quamdiligentissimè incumbunt, & in qualibet huius congregationis domo, singulis diebus hæc infra dicenda exercitia per vnum ex ipsis explentur. Oratio mentalis ante Sanctissimum Sacramentum perpetuo est indicta, ita vt succedentibus horis per vnum uel alterum expleatur. Vnus ex fratribus alternatim in pane, & aqua ieiunat, & pauperis corpus de portione illum tangente reficit, animam vero christianis documentis instaurat, alius cilicio indutus, alius carnis castigationi incumbens suorum corporum holocausta Deo offerunt. Triduo tamen in hebdomada carne vescuntur, & feria sexta ieiunant omnes.

3 Tria etiam vota sollemnia emittunt, proprium nec in communi nec in particulari retinent, nec victum quæritant, sed Dei prouidentiam expectant. Eorum habitus ab alijs clericis forma non differt, sed vilissimi panni nigri est.

SVMMARIVM EX CAP. DECIMO QVINTO

1 *CLERICORVM secularium initium.*
2 *Clerici seculares habent proprium, & testari possunt.*
3 *Gregorij XIII. Ponti. Max. gesta referuntur.*
4 *Gabriel Paleottus, & Io. Hieronymus Albanus, Gaspar Chiroga, Petrus Dezza, Antonius Carrafa, Iulius Antonius Sanctorius pluribus nominibus digni.*
5 *Ascanius Columna, Marcus Antonius Columna, Alfonsus Iesualdus summè comendantur.*
6 *Alexander Perettus Cardinalis Mont' Altus, Henricus Caietanus, Franciscus Sforzia, Ioannes Mendozia, Albertus Austriacus, Federicus Borromeus, Hieronymus Mattheus, Euangelista Pallotus, Augustinus Cusanus commendantur.*
7 *Annibal à Capua Archiepiscopus Neapolitanus commendatur.*
Carolus Baldinus Archiepiscopus Surrentinus laudatur.
8 *Marius Bologninus Archiep. Salernit. Nicolaus Grana Episc. Anglonensis,*

& Marcus Antonius Bizzonus Episcop. Fuligni, ac Alexand. Glorierius Cameræ Apostolicæ clericus laudantur.

9 *Franciscus Aluarez à Ribera, Dominus meus commendatur.*

10 *Alexander Sangrius, Antonius Caracciolus, Aloisius Brancatius, Diomedes Carrafa, Horatius Mancini, & Iulius Cæsar Riccardus nuncupantur.*

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

ALII vero qui regulæ subijcere se noluerunt seculares nuncupantur, qui, & si primitiuę Ecclesiæ tempore in communi viuebãt proprium non habentes, cap. Tua fraternitas cum seq. 12. quęst. pr. hodie tamen permittitur eis illud habere, & separatim viuere, & de bonis suis testari, pro vt not. ex tex. in cap. licet in corrigendis, vers. seculare de offic. ordin. Glos. & Doct. ibi, & Abb. in cap. postulasti de rescript. declarat etiam in sua disputatione incipiente Titius clericus, quod latius differemus in fine huius Auth. inuers. ideoq; nec de his testantur vtpote nec domini rerũ. Ex istis, innumerabilis prodijt sanctorum Summ. Pontif. Cardinaliũ aliorumq; Prelatorum, Doctorumq; numerus, quorum nomina, & gesta longum esset, & impossibile enarrare, ex nouissimis tamen hac nostra tempestate fulgent sicut sol inter stellas.

Ex Summis Pontificibus Gregorius XIII. magno illi eiusdem nominis, prudentia, & liberalitate in pauperes haud dissimilis, qui diuersarum nationum collegia, ad fidem conseruandam, & propagandam, in vrbe pijssimè instituit, Anglicum nempè, & alterum in Gallia Rhemis fundauit, Græcum, Iudęorum ad fidem conuersorum, & Marronitarum quos ex monte Libano iussit accersiri, vt Cattholicæ Rom. Ecclesiæ ritibus imbuerentur, Germanicum auxit atq; restituit, Illiricum etiam Laureti apud Glorioſæ Virginis templum fundauit, & alia opera celeberrima suæ magnæ virtutis monumẽta reliquit. Clemens VIII. qui sua mira virtute, ac probitate omniũ Cardinalium consensu ad Summi Pontif. apicem fuit assumptus maxima cũ religione, ac vigilantia Ecclesiam regit. Ex sacro Cardinalium Collegio omnes nominare deberem, cùm sint fama, & virtute celeberrimi; venia tamen alijs Illustrissimis Dominis petita horum tantum nominibus ero contentus.

Ex

Ex nostris iure consultis qui suis scriptis disciplinã nostram auxerunt atq; ornarunt sunt Illustrissimi Cardinales Gabriel Paleottus, atq; Io. Hieronymus Albanus. Qui vero eorũ doctrinã, aut publicè de iure respondendo, aut iudicando in supremis tribunalibus, quibus, & ante, & post Cardinalatum prefuere manifestè demonstrarunt, sunt Illustrissimus Gaspar Chiroga Archiepiscopus, & Cardinalis Toletanus, cuius summam prudentiam nouit Regnum istud, cui vt censor præfuit, & vltimæ censuræ moderator extitit. Illustris. Petrus de Dezza qui Prætorio Granatensi præfectus, magnum suæ doctrinæ nomen reliquit. Illustris. Antonius Carrafa signaturæ gratiæ Præfectus, ac Apostolicus Bibliotecarius, cuius summam doctrinam, modestiam, integritatem, atq; probitatem nouit orbis & plurimum celeberrimorum Authorũ scripta testantur, post hæc scripta magno proborum virorum dolore decessit. Illustris. Iulius Antonius Sanctorius Ecclesiæ Orientalis protector, vir summi ingenij, & in gerendis negotijs prudentissimus, & diligentissimus, quem laudat Nauar. in suo Manuali, & sua omnibus nota gesta testantur. Illustris. Ascanius Columna Magni Marci Antonij filius, qui & si iuuenis adnuc in Hispania tamen, & in vrbe præclara maximæ virtutis suæ ac scientiæ signa ostendit. Illustris. Marcus Antonius Columna vir summis laudibus dignus, nulli hoc seculo secũdus ob miram in populis regendis prudentiam & integritatem, cui multùm Hispania debet, & Franciscana Religio ob impensos labores in canonizatione B. Didaci. Illustris. Alfonsus Gesualdus merito semper laudãdus, & venerãdus, ob suã integritatẽ maximãq; religionẽ. Illustris. Cardin. Alexan. Perectus nuncupatus Mont'Altus S. R. E. Vicecãcelarius. Henricus Caietanus multis nominib⁹ digni ob summã eorũ in negotijs gerẽdis prudentiã, cũ primus ille adhuc adolescẽs mira prudẽtia onus præfecti sacri Conciſtorij consultè, & secretarij sanctissimi Pontif. Sixti V. officio, cuius est ex filia sororis nepos onus substinuerit 2. legatus in Galliam accessit pro Rege inibi Cattholico eligendo ob diram Henrici III. mortem, & seditionem Henrici de Vandoma nuncupati Nauarrę Regis, & Magni Apost. Camerarij fungatur officio. Illustris. Franciscus Sfortia magni illius Comitis de Santa Flora filius vir sagacissimus, maximæq; expectationis, sicut in legatione Romanię in seditiosorũ hominum extirpanda multitudine: ac prouincia illa gubernanda his præsertim calamitosis temporibus Gregorio XIII. sedente ostẽdit. Illustrissimus, ac genere Serenissimus Cardinalis Albertus

Archidux Auſtriæ, cuius immenſam cum probitate prudentiã, virtutem, ac diligentiam, in tam tenera ætate, in regendis bellicoſiſſimis populis Luſitanis iam propter nouum Regem, multis ſeditioſis hominibus plenis, Rex noſter inuictiſsimus eſt expertus, & Federicus Borromeus Illuſtriſſ. vitæ ſanctitate patruo non diſsimilis,& Hieronymus Mattheus olim Camerę Apoſtolicę auditor,quo munere præſtãtiſsimè eſt perfunctus,vir ſummi ingenij,& probitatis,collegium ſacrum illuſtrat, quibus meritò annecti debet Illuſtriſsimus Euangeliſta Pallotus,qui dũ Siſtus V. Eccleſiæ clauum regeret,ſumma cum laude Datarii munus expleuit, & Auguſtinus Cuſanus qui eodem munere Camerę auditoris quàmpræclarè eſt perfunctus,vir eruditiſsimus, ac vitę probitate clariſsimus.

Inter Archiepiſcopos fulget Illuſtriſsimus genere, & religione Annibal à Capua Archiepiſcopus Neapolitanus,qui in Regno Polonię pro Sixto V.& Gregorio XIIII. ac Innocentio IX. Legati munus quàmdiligentiſſimè, ac prudentiſsimè exercuit. Carolus Baldinus Archiepiſcopus Surrentinus,vir doctiſsimus,ac religioſiſsimus Præceptor meus dum Ius canonicum interpretaretur in Neapolitano Gymnaſio.Marius Bologninus Archiepiſcopus Salernitanus vir probatiſsimus, ac Nicolaus Grana Epiſcopus Anglonenſis vir prudentiſsimus. Marcus Antonius Bizzonus Epiſc. Fuligni,qui etiam multis annis Romæ iura interpretatus fuit.Maxima etiam cõmendatione dignus eſt Scipio Spina Lupienſium Epiſcopus,qui nullis parcendo laboribus Eccleſię ſuæ regimini incumbit,& alij multi,quorũ nomina afferre longum eſſet. Alexander Glorierius Cameræ Apoſt. Clericus,vir humaniſsimus,atq, accuratiſsimus, qui prudentiſsimè in Nuntiatura huius Regni ſe geſsit.

E Clericorũ uerò infinito numero in mediũ afferendos putaui,Franciſcum Aluarez à Ribera Regni huius ſupremũ Conſiliariũ,Salmãticẽſem canonicũ,virum omni probitatis genere refertum ac ſcientiarum omnium eruditiſsimum, cuius virtutes, ac laudes, ne rudi hoc meo calamo denigrem ſubtacere conſultius ſum arbitratus: Alexandrum Sangrium Illuſtriſsimi D. Ferdinandi Sangrij Ducis Turris Maioris filium, qui in bellis virtutem corporis,& animi, maxima cum prudentia,ac humanitate coniunctam ita habuit,ut nulli ſuę tempeſtatis fuerit ſecundus. Hunc ſuis meritis ducatus titulo, cùm anteà marchio eſſet, inuictiſsimus Rex noſter Philippus cohoneſtauit, ac inter ſupremos Conſiliarios, quos ſtatus vocant, connumerauit. Principis S. Seueri titulo filium eius Paulum decorauit

uit quorum in laudibus dicendis ob virtutem qua fulgent,me extẽderem,ſi locus magis eſſet congruus,& ſanguinis coniunctio ex materna linea frenos ori meo non imponeret. Hic ergo Alexander adoleſcens cùm nobilitati generis plures adiunxerit cum modeſtia virtutes, plura etiam de ſe ſpondet. Hunc ſequitur Antonius Caracciolus, Camilli Caraccioli Auellini principis viri ſtrenui, & ſagacis germanus,qui ſuam virtutem Romanæ Curię in negotijs peragendis patefecit, & in Legatione pro Sixto V. Pontif. Max. ad Ducem Cleuentiũ,ac apud Illuſtriſſ. Henricũ Cardin. Caietanum, maximo vtriuſque Principis conſenſu prudenter ſe geſsit. Aloiſius Brancatius Neapolitanæ Eccleſiæ Canonicus, ac theſaurarius, vir humaniſsimus, qui Illuſtriſſ. Annibali à Capua in legatione apud Regem Polonię in grauiſsimis negotijs illius Regni, & religionis, ac ſtatus fideliſsimè, ac prudentiſsimè aſtitit.

D. Diomedes Carrafa Illuſtriſsimi Don Octauij Carrafæ marchionis Anſij viri pijſsimi ac religioſiſſ. filius, qui delitijs poſthabitis: quas parentum dilectio offerebat, adoleſcentulus cùm ſit, legali diſciplinę, alijſq; virtutibus magna incumbit opera, & doctoratus, inſignia meritiſsimè eſt adeptus.

Quibus annumerandus eſt Horatius Mancinus, vir politiſsimus & prudens Illuſtriſſ.quondam Cardinalis Antonij Carrafę à ſecretis: quo etiã munere diligẽtiſsimè fungebatur apud Illuſtriſſ. Cardinalẽ Henricũ Caietanũ. Iulius Cæſar Riccardus Fabij Riccardi Iudicis optimi Magnæ Curię Vicariæ frater,nũc Archiep. Barenſis.Pariter etiã memoria dignus eſt Andręas Frãchius,vitę probitate, ac doctrina clarus eximij, ac eruditiſsimi viri Vincentij de Franchis ſacri Neapolitani Prętorij Ampliſsimi Pręſidis filius.

SVMMARIVM EX CAP. XVI.

1 *Baſilius Magnus Monachos ſub norma primus in Oriente reduxit.*
2 *Monachi Baſilij inſtituuntur.*
3 *Monachorum Baſilij viuendi norma.*
4 *Monachorum Baſilij infinitus numerus in Oriente habitabat.*
5 *Monaſteria Monachorum Baſilij ad præſens quot ſint.*

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

HIS autem de clericorum Religione peractis aliqua de monacis (vt hoc etiam nomine fratres qui appellantur complectar) qui sub quatuor militant Regulis approbatis, dicenda breuissimè supersunt, vtq; ordinatè procedamus Basilij magni Regulam antiquiorē cæteris describemus. Sciendū est ergo Christianam Religionem, vt vitijs,& Diabolo eorum patri repugnantē, plura semper tormenta, flagella, ac persecutiones subijsse, quas ipsius in ortu validissimè vbiq; terrarum sensit, quorum cùm magis viperina rabies ac lętha le venenum serperet, candidus Religionis cultus & Christianorum numerus in dies maximè crescebat, quorum aliqui diuino spiritu ducti, nonnulli tormentorum timore perterriti, deserta incolere cæperūt, idque specialiter in Indiæ, Ægypti, ac Syriæ desertis. & hos Græci Anachoritas, nos Heremitas vocamus. Horum Principes fuere Paulus Anton. Macharius, Hylarion & alij, quorum fraganti odore commoti, plures hoc vitæ sanctum institutum amplexi fuere. Quod, & monacorum numerum, ac Sanctitatem expresit ac longè prosequitur Hieronymus, & Volaterr. d. lib. 20. cap. 1.

1 Hos quidem sine certo instituto, sed prout Spiritus Sanctus quēlibet edocebat, viuentes arctissimè tamen, ac manibus victum quęritantes, Basilius magnus ad mitiorem & certum viuendi modum reduxit. Fuit Basilius Cæsariēsis è Cappadocia nobili ex genere ortus, cū Gregorio Nazianzeno Athenis Rethoricæ, & Philosophiæ operā dedit, quē ijs scientijs nimis intendentē de eius amore cōfidens, surgentem de Cathedra Gregorius manu capiens ad Cænobium duxit, ibique xiij. annis sacrarum scripturarum lectioni vacarunt, inde spiritu diuino ambo commoti in vinea domini laborare cæperunt. Basilius enim Ponti vrbes & rura obeundo Populos edocebat, tantumque in illis profecit vt in arido, & squalenti campo seges fęcunda, ac læta vinea surrexisse videretur. Post Cesareæ Cappadociæ Præsul effectus, quos dixi monachos ad mitiorem viuendi formam reduxit, fuit Carmeli Incola, & Carmelitarum deinde pater, eius enim seruarunt Regulam quousq; Io. Patriarca, & Albertus aliam longo post tempore tradidere, vt testatur Poleonidorus Ba-

2 Bauus de antiquita. Carmeli lib. 2. C. 5. † regulam præcipuè conscripsit, in qua, & tria vota eos emittere, annumq; probationis ob seruare præcepit, vt refert ex Ruffino Iust. lib. 11. cap. 9. & Volaterranus lib. 14. C. 1. scripsit etiam egregios cōtra Eunomiū libros exameron & alios Ecclesiæ sanctæ perutiles. Floruit & decessit sub Damaso Pontif. Max. anno 374. Valente Adriano hęretico Imperāte, Hispaniæ Regnante Antarico.

3 Abstinent huius ordinis monachi ab esu carnium, maxima exercēt Ieiunia, monachorūq; Aegyptiorum more laborāt, & quidquid inde pretij sumunt in Commune conferunt, amictu vtuntur spadicis coloris, solent tamen ij Monachi qui in Italiam veniunt nigro indui vestimento.

Huius Sanctissimi viri Regula fuit à Sancta Romana Ecclesia approbata vt ex Inno. testatur Grat. in C. pernitiosam 18. quæst. 2.

4 Sub hac Religione in Oriente nonaginta milia Monacorum militabant, Irruentibus inde Sarracenis ad nihilum est redactus ordo

5 iste, extant tamen reliquię in monte Sion † vbi 24. habet Monasteria, & Monacos fere duos mille, item etiam in Monte Sancto, qui est prope Constantinopolim, vbi etiā in pluribus monasterijs duos mille monacos habitare mihi affirmauit quidam huius ordinis monacus, vir probus qui in Ecclesia Græcorū quæ in hac ciuitate Neapolis est præerat. Habet etiam plura monasteria in ea Græciæ parte, quæ Venetiarum Reipub. subest. In Italia quoque nonnulla alia adsunt quorum caput est Cænobium Grutteferratæ 12. Milliaribus Roma distans, & in Calabriæ prouincia quædam pauca retinent, in quibus vetus tantum Religionis inspicitur candor, sed longè sunt ab Instituto alieni. Monachi vero qui in Italia degunt Romano more sacra celebrant, atq; ministrant.

Hæc pauca de Religione tam magna scripsi, quia aliorum notitiam habere non potui, propter locorum longinquitatem.

SVMMARIVM EX CAP. XVII.

1 *CARMELITAE sub Basilio militant,*
2 *Carmelitarum origo Ab Elia.*
3 *Carmelitæ primum templum B. Mariæ dicarunt, & ibi est altare B. Mariæ consecratum ab Apostolo Iacobo.*
4 *Carmelitarum Monasteria à Cosdroe destructa fuere.*
5 *Carmelitarum ordo ab Alberto Patriarca reformatur, &*

quo tempore.

6 *Carmelitarum ordo ab Innocentio III. approbatur, et illo tempore in Italiam transplantatur.*

7 *Habitus ab Honorio IIII, reformatur.*

8 *Religionis Carmelitarum titulus qui est Sanctæ Mariæ vnde uenerit.*

9 *Carmelitarum institutus.*

10 *Carmelitarum ordinis plurimi doctissimi, ac sanctissimi viri nuncupantur.*

11 *Frater Didacus Ramirez, & frater Philocalus Pharaldus commendantur.*

12 *Summi Pontifices, & alij Prælati ordinis Carmelitarum.*

13 *Prouintiarum numerus, ac monachorum, tempore Constantini.*

CAPVT DECIMVMSEPTIMVM.

1 SVB hac Basilij magni Regula † Carmelitę etiã militant, vt tradidit Boerius in tractatu de sta
2 tu hæremit, nu. 10. † ab Elia prout aliqui affirmant originem trahunt. Fuit enim Elias Propheta magnus in Israel, de stirpe Aaron sub Iosaphat, & Ioram Reg. Iuda: Achab, & Ochozia Regibus Israel miraculis, & profetiæ dono floruit III. Reg. 17. & 18. & sequentibus, anno à mundi creatione 4266, ante Christi aduentum 933. hic cum Eliseo quem sibi socium asciuit Carmelum incoluit, ibiq; Prophetarũ instituit conuentum, & demum glorioſus in currum igneũ assumptus, Eliseum spiritus sui duplicis hæredem deo permittente reliquit 4. Regum 2. Primus Castitatẽ ex regula seruauit, vt ait Hieron. lib. 1. cõtra Iouinianũ, paupertatem etiam professus est, vt colligitur ex 3. Regum 18. & testatur S. Ioan. Patriarca 44. Hyerosolomitanus Prior ordinis Carmeli ad Caprasium Carmeli, Priorem de institutione monachorũ scribens, cuius Ioannis meminere Vincentius in speculo Hist. lib. 2. c. 7. & alij quos refert, Frater Paulus Morigia in histo. relig. c. 30. & in eo Carmeli loco semper huiusmodi Prophetę habitarunt usque ad Ioannem Baptistam, qui sua sanctitate multos ad inibi habitandum concitauit. hi deinde ab Apostolis ad fidem conuersi iuxta euangelicam fidem, ac Heliæ traditiones piè
3 ac sanctæ viuebãt † & Dei Sanctiss. genitrici M. Templum quod pr. in orbe fuit dedicarũt, vt testatur Riccard° Radulphi Ardmacanus, Primas Hiberniæ, in quodã sermone qui incipit Aue Maria, quem prædicauit coram cœtu Cardinalium de Conceptione Virginis glo rioſæ

rioſæ in Conuentu Carmelitarum Auinionensi, quem refert Poleonidorus Bactauus in libro de antiquitate & sanctimonia Carmelitarũ lib. 1. cap. 1. quod monasteriũ cæteris destructis per totã terrã sanctã, solũ illęsum remansit, ibiq, est altare beatissimę Mariæ Virg. ab Apostolo Iacobo erectũ post Virginis assumptionẽ, sub qua norma vsq; ad annũ 412. vitam duxere, quo prędictus Ioannes Doctor Græcus Carmeli Prior, & Patriarcha Hieroſol. 44. regulã ex Eliæ vita, & Basilij magni documẽtis compositã Carmeli fratribus habi
4 tantib° tradidit seruandã. † At Cosdroę Persarũ regis rabie qui Phocã Imp. deuicit, ac lignũ crucis Hierusalẽ abripuit, multa horum religioſorũ cœnobia solo ęquata fuere, quę si aliqua ex parte restaurata erãt ab Heraclio qui Cosdroã superauit & sanctę Crucis lignũ recuperauit, ab Humar tamẽ Arabum rege iterum diruta fuere.

Anno verò 1099. Hierusalem à Latinis recuperata, denuo resurrexit ordo iste, eorũque cœnobia à Latinis gubernari cęperũt anno 1121. fuitq; primus Latinorum Prior Bertholdus vt tradit Poleonidorus loco cita. lib. 3. c. 1. & in latinũ sermonẽ Ioan. regula versa.

Albertus verò Hieroſolymitanus Patriarcha anno 1200. sub Innocentio III. eorum regulam reformauit, & aliqua addidit, quam Ricardo Priori dedit, & hac hodie vtuntur vt idem Poleonidorus Bactauus testatur in dicto lib. cap. 2. & per totũ librum & precipuè in cap. 2. lib. 3. dicit anno 1171. Albertum regulam dediſſe quam Alex. III. confirmauit. Io. Lucid. de tempo. lib. 1. cap. 7. de ordinibus Religionum & in Tabulis annalibus temporum anno 1287. & Paul. Morigia cap. 3. dicunt ab Hono. 4. confirmatam. Sed Iglieſcas in hiſto. Pontif. & Polidorus Verg. de inuentione rerum lib. 7. c. 3.
6 dicunt, alter † ab Inno. alter ab Hono. III. cõfirmatam. In hac tamẽ varietate id videtur dicendũ Inno. & Honorij III. temporibus Religionem cognitam in Italia fuiſſe, idq; ex eo colligitur, quod dum B. Dominicus, & Franciſcus Romę eſſent, eodẽ tẽpore B. Angelus Carmelita fuit & prędicauit, ſed poſtea ab Hono. III. confirmatam, vel melius reformatam fuiſſe credo, vt colligitur ex verbis Io. Lucidi in Tabulis annalibus temporũ in anno 1287. & ex Paulo Morigia qui Honoriũ albũ palliũ eis tradidiſſe affirmat. His autem temporibus Religio floreſcere cępit & B. Ang. prędicationib° illuſtrata fuit.

7 Honor. tñ 4. ſecũdũ Paul. Morig. ſed Hon. 3. ſecũdũ Polid. Verg. d. loco eorũ habitũ, qui erat palliũ albi & cinamomij coloris reformauit, & cũ ſcapulari albò, ab ineffabili, & glorioſiſſ. Domina noſtra venerabili cuidam fratri Simoni tradito, pallium eiuſdẽ coloris

coniunxit,& interius indumentum cum Scapulari cinamomij coloris ipſe conceſsit.

Ab eſu carnium ex regula abſtinebant, fuit tamen vt carnes comederent diſpenſatum. Hic tamen glorioſus ordo,fuit ſub Innoc. IIII. reformatus ab Vgone Cardinali ordinis prædicatorum, ut teſtatur Boerius in tracta. de uit. & ſtat. Heremita. num. 10.

8 Huius Religionis titulus,qui eſt, S. Mariæ montis Carmeli,fuit eius fratribus confirmatus in Epheſino, generali Concilio: de quo in C. Sacroſancta 16. diſtin. dicit etiam Poleonidorus Bactauus lib. 2. cap. 2. dicto tracta. de antiquita. & ſanctimonia montis Carm.

9 Ad animarum vtilitatem hic ordo poſt tranſlatam in Italia Religionē inſtitutus fuit, & innumeros ,pduxit ſanctitate & doctrina viros,quorū aliquos modò iuxta religionis ſtatū nominabimus,de illis tamen Poleonidorus Bactauus dicto lib.de antiquita.& ſanctimonia montis Carmeli lib. 2. cap. 5. latè diſſerit.

10 In prima fundatione ordinis Carmelitarum circa annum 320.Sil ueſtro Pontif. Maximo,& Conſtantino Magno vniuerſi orbis Imperatore, plures eius montis accolæ floruere, vt Hilarion Antonij magni diſcipulus, Magnus Baſilius,S. Eutitius Prior montis Carmeli, Gregorius Nicenus Baſilij Germanus,Petrus Eubolus,& Amphilotius, Gregorius Nazianzenus, & Io. Damaſcenus, & eodē tēpore S. Melania vidua 25. annis in monaſterio ſepulchri Domini fuit cum 50. virginibus, quo etiam tempore multi alij claruere.

Et circa Honorij, & Archadij Imperatorum tempora, qui regnare cæperunt anno 398.Romanam Eccleſiam gubernante Siricio & poſtea Anaſtaſio, & deinde Innocentio I. produxit Carmeli vberrima vinea Cirillum Patriarchā Hyeroſolimitanum 43.& Ioannem item Hyeroſolimitanum Præſulem 44. Capraſium qui Hæreticorū Eutichianorum perſequutionis tempore ſuos miſit diſcipulos, ob Chriſtianę fidei defenſionem,Io. Chriſoſtomum, Cirillum Alexandrinū Patriarcham 28. Item ab Agarenis trucidatos centū quadraginta mille martyres, & virgines ordinis Carmeli,dicunt Nicolaus Lirēſis, & Cirillus Propheta Prior mōtis Carmeli in lib.pr. de peculiaribus Carmelitarū ordinis geſtis. Et anno 1171. eo, quo tempore Ricardus ab Alberto Regulā accepit, produxit Angelū Martyrem, Ioannem eius fratrem Epiſcopum Hyeroſolimitanum, Petrum Epiſcopum Bethelem, Cirillum presbyterum & doctorem Græcum & alios per dictum Poleonidorum enumeratos.

Et poſt in Italia plantatam Religionem plures etiam floruere, vt ſanctus Simeon Storelus Anglicus I. Generalis, Nicolaus Gallius eius ſucceſſor vir religioſiſsimus, Ioannes de Baccone Anglicus Clementis VI. à ſacris confeſsionibus, omnium ſua tempeſtate Theologorum Princeps,S. Andreas Epiſcopus Feſulanus Dei genitricis amantiſsimus, poſt multa ſcripta, & geſta ſancta migrauit ad dominum, Poleonidorus Bactauus,ſæpè à nobis allegatus, qui libru inter alios cōſcripſit de antiquita. & ſanctim. montis Carmeli. S. Angelus qui cum B. Dominico,& B. Franciſco Romę fuit, & Religionem in Sicilia plantauit,S. Albertus Siculus, & Thom. Valdēſis qui contra Vuitcleph. tres libros eruditiſsimos ſcripſit, & nunc plurimùm in ea florent viri doctrina, ac ſanctitate præclari, inter

11 quos † Magiſt. Didacus Ramires Hiſpanus vir doctiſsimus,ac prouinciæ Regni alumnus, & Magiſter Philocalus Pharaldus.

12 Genuit præterea Religio iſta Sum. Pontif. duos.

Patriarchas quinque.

Cardinales quatuor, Archiepiſc. & Epiſcopos plures, quorum, numerus adhuc mihi eſt ignotus.

13 Diuiditur in prouincias triginta duas,Conſtantini autem Magni tempore quatuor in prouincijs venerabatur, vna erat terræ ſanctæ, alia Cipri, tertia Thebaidæ, & quarta Ægypti.

Conuentuū & Religioſorum numerū ſcire non potui,propter aliquorum negligētiā vt ita dicam,ſed Conſtantini tempore 22. habebat,19. in terrę ſanctæ prouincia, in qualibet verò aliarum vnum.

SVMMARIVM EX CAP. XVIII.

1 *IVI Auguſtini parentes, patria, & vita.*
2 *Ordinis Heremitarum diui Auguſtini origo, & incrementum.*
3 *Heremitæ D. Auguſtini pluribus nominibus nuncupati fuerunt & num. 4.*
4 *Beatus Franciſcus ordinis Heremitarum D. Auguſtini fuit profeſſus.*
5 *Eugenius 4. Religionem approbauit.*
6 *Ordo Heremitarum habet officium Sacriſtæ apud Sum. Pontificem.*
7 *Hic ordo in India dilatatur, & inſulas Philippinas ad fidem conuertit.*
8 *Chinarum Regnum prim. ordinis huius fratres ingrediuntur.*
9 *Prouinciarum,Conuentuum, ac Religioſorum numerus.*
10 *Generalium numerus.*

11 *Sanctorum Beatorum, ac Beatarum numerus.*
12 *Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum numerus.*
13 *Religiones quæ ex ordine Heremitarum prodierunt.*
14 *Sacrarij Summi Pontificis custodes, pœnitentiariæ præfectos, legatos Summorum Pontificũ, ac Regum, eorumque confessarios plures enumeramus.*
15 *Doctorum numerus, & aliquorum nomina.*

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

1 SECVNDA regula est magni Patris Augustini, qui patre, nempe Patritio, matre verò Monica, in Hipponensi vrbe natus anno sal. 358. Rom. Eccl. administrante Liberio, & Imp. regẽtibus Cõstantino II. cũ Constãtio I. in Manichęorũ secta diù versatus, Rhetoricam Romæ docuit, matris tamẽ lacrymis cõmotus & Ambrosij prędicatione, ad fidem conuersus est, in Hęrem. propè Mediolanum nigro indutus amictu ac pellis cingulo astrictus ad monachorum illius temporis differentiam (vt testatur Ambro. in sermone quem de Augustini baptismate confecit) ibi cum aliquibus socijs per annum habitauit, quibus certum viuẽdi modum relinquens in patriam nauigauit, vbi vt diximus clericos qui Canonici sunt dicti reformauit, eisq; regulam tradidit; decessit Augustinus anno natiuitatis suæ 76. Præsulatus 40. salutis verò 434. vel secundum aliquos 440. eius corpus à Limprãdo Lõgobardorũ Rege à Sarracenis redemptũ anno 722. Papię maxima oĩum veneratione seruatur.

2 Cum ea ab Augustino tradita regula, ij quos reliquit socij, & alii successores vixere, vsque ad annum 1154. quo Gulielmus Aquitaniæ Dux à Bernardo in vijs domini instructº, mundũ relinquẽs Heremitarũ D. August. ordinem est ingressus, quem cũ inclinatum videret reformauit, & Anastasio 4. permittente anno. 1158. in Occidente Federico II. Barbarossa, in Oriente Manuele I. Comnerio imperantibus: Alfonso VII. Castellæ, & Leonis, Raymundo Aragonię, Alfonso I. Portugal. Lodouico VII. Galliæ, & Neap. Gulielmo Malo regnantibus, cœnobium Parisijs ædificauit, quod pr. fuit eius
3 ordinis intra vrbes ædificatum † & ab isto Gulielmo, Gulielmiti dicti: eos tamen Augustinianos vocari præcepit Innoc. III. vt tradit Consaluus Iglesias in histo. Pontif. libro 5. sub Inno. vita.

Dicti

Dicti sunt etiam fratres Ioannis Boni, qui nobilis fuit Mantuanus, mundi illecebris deditus, matris lacrymis infirmatus à Domino vocatus, cùm primùm sanitati restitutus fuit, Heremitarum ordinem ingressus multum in eo profecit, multaq; monasteria ędificauit, vt voluit Vinc. in historiali speculo lib. 33. cap. 98. & ad dominum migrauit anno sal. 1222. eius corpus Mantuæ reconditum
4 in S. Agnetis Ecclesia miraculis claret † fuit iste Ioannes S. Francisci præceptor, quem ab eo religionis Augustinianæ habitum accepisse: & in ea professum esse affirmat ex Sabellico Iglies. in histo. Pontif. in vita Innoc. III. Eius professionem adhuc in Mantuano huius Religionis conuentu asseruari, à quodam patre magnæ authoritatis narratũ est mihi. Hęc Heremitarũ Religio vt varijs temporibº fuit à diuersis sanctis viris reformata, varia etiã nomina aliquibus in locis sortita est. Dicitur .n. Leccetana; Carbonaria, Perusina, Insubrina S. M. montis hortorũ Battistellorũ, Appula, Zampana, Dalmatica, Germana, & S. Pauli primi Hęremitæ, quæ quidẽ nomina ijs in partibus in quibus reformata est adhuc retinet.

5 Hæc inquam Religio ab Eugenio IIII. fuit approbata & ab Inno. IIII. restaurata anno 1230.

6 Habet etiam apud Sum. Pontif. Sacristæ quem ita nominant officium ad quem spectat Sum. Pontif. vestibus induere pontificalibus cùm vel ad sacra facienda accedit, vel interuenit, & eius sacrarium quod maximi est valoris custodire.

7 Nec tantum in Europa, alijsq; mundi partibus, tuo tempore vberrimos protulit hæc Religio fructus, verum etiam in India & præsertim in Insulis quas vocant Philippinas in quibus primi Euangeliũ annuntiarunt, & magnum fidei Christianæ augmentum horum Religiosorum opera factum est.

8 Immo fratris Martini ab Herrada, & sociorum industria, atque solicitudine Chinarum regnum (cuius ingressus capitali lege statuta est prohibitus) Christi redemptoris lumen sensit, & agnouit; hic enim sanctissimus Pater illud ingressus Christum prædicauit, quod cæteris tam S. Francisci descalciatorum congregationis fratribus, quã etiam societatis Iesu religiosis, fuit in tam ut illius ingressum ambirent, & appęterent: ac vt ex quadam epistola cõstat, quæ est in principio Chinarũ regni historię quã cõscripsit fr. Ioannes Mendotia huius familię alumnus, regni illius maximi Rex huius ordinis fratres ad se accedere postulauit, & idem, ex quorũdam patrum Societatis Iesu, de patribus suæ religionis, Epistolis

habe-

habetur, de quo maximæ ſunt Deo gratiæ exhibendæ, qui Regni illius incolas quorum numerus infinitus eſt, dignatus fuit aſpicere, & à faucibus diaboli eos liberare, quod vt ipſe cæpit peragat, ſuppliciter eſt exorandus.

9 Continet ſancta hæc Religio ſub ſe 40. prouincias, 24. .ſ. Clauſtrales, & ſexdecim obſeruantes, ex quibus decem ſunt in viridi obſeruantia, inter quas celeberrima eſt congregatio Carbonaria à fratre Ioanne Neapolitano inſtituta.

Conuentus, vt Iglieſcas refert in hiſtoria Pontificali in vita Inno. III. continet 1151. ex quibus Generali immediate ſubſunt 21. Hodie tamen mille tantum ſunt, præter monaſteria Monialium. Prima eius domus ſiue conuentus, eſt S. Auguſtini Papię, vbi requieſcit corpus B. Auguſtini.

Religioſorum numerus vt Iglieſcas citato proximè loco refert, eſt 16000. Huius Religionis fratres habitu, ideſt veſte cum capucio ſuperiori vtuntur nigra, interiori verò alba.

Ab vno regitur Generali, & fuit primus poſt reformationem fr.
10 Lanfrancus Mediolanenſis † à quo vſque ad fratrem Thadeum Perusinum fuere 37. qui fuit anno 1537. & celebrata fuere 88. Capitula generalia.

Hic erat olim perpetuus, nunc vero ex Sanctiſsimi D. N. Sixti ordine ſex annis ſuo fungitur officio, vt eſt adnotatum in Capitulo generali celebrato Romæ anno 1587. de menſe Iunij.

11 Ex hac Heremitarum congregatione plures ſanctitate claruere viri, inter quos præter magnum Patrem Auguſtinum, quatuor ex eis in ſanctorum numerum ſunt relati, cæterorum vero numerus eſt 125. † Beatarum verò numerus eſt. 22.

Prælatos etiam plures habuit.

12 Cardinales ſcilicet quinque, Patriarchas duos, Archiepiſcopos decem & nouem, & Epiſcopos ſeptuagintaſex.

13 Fuit hæc Religio aliarum etiam mater: ex ea namq; vt diximus S. Franciſcus minorum ordinem fundauit.

Stephauus Albernenſis Grandimotenſium ordini dedit initium: qui ordo floruit in Francia, & frater Philippus Florentinus cum alijs ſocijs ordinem ſeruorum inſtituit.

Frater Auguſtinus Nonellus de Terano fundator ordinis S. Mariæ de Scala hoſpitaliorum, cuius prior Generalis confirmatur à Priore S. Auguſtini Senarum.

Fratres Stephanus, & Iacobus Senenſes, fundatores ordinis Scopetino-

petinorum, ſiue S. Saluatoris de illeceto.

Frater Gabriel de Spoleto fundator ordinis S. Spiritus Venetiarum.

14 Sacrarij Sum. Pontif. cuſtodes, qui fere omnes eorum Pœnitentiarij fuere 16.

Baſilicarum Sancti Petri, & Sancti Ioannis Lateranenſis pœnitentiariæ præfecti 3.

Legati Sum. Pontificum aliorumque Principum in grauiſsimis negotijs ad Principes miſsi 7.

Regum qui fuerunt à ſacris confeſsionibus & conſilijs 32.

15 Doctores qui ſacram Paginam veteris ac noui teſtamenti ſunt interpretati, & de Sum. Pontif. poteſtate ſcripſere, ex quibus etiam in hoc numero plures computantur 120.

Lectores qui in publicis vniuerſitatum famatarum Gymnaſijs ad ſacræ Theologiæ, & Philoſophiæ lectionem ſunt vocati, numerum comprehendunt 63.

Claruit hic ordo pluribus illuſtribus viris, inter quos Nicolaus Tolentinas: cuius Natalis diem Sum. Pontif. Sixtus V. ſolemnem voluit haberi, ac venerari, propriam in officio & miſſa orationem conſtituens.

Item Hieronymus Seripannus patritius Neapolitanus, Salernitanus Archipræſul & Sanctæ Romanæ Eccleſię presbyter Cardinalis ampliſsimus, qui multos doctiſsimos conſcripſit libros, ſuamq; bibliotecam libris innumeris, & peculiaribus plenam, conuentui S. Ioannis Carbonarij huius Ciuitatis, in quo iſtius ordinis fratres habitant, reliquit. Et nunc religione ac doctrina claret, frater . . . . . à Montelbero S. R. E. Cardinalis Illuſtriſs. à Sixto V. electus dum ordinis ſui eſſet Generalis. Onuphrius Panuinius doctiſsimus, ac probatiſsimus doctor; Item Thomas à Villa noua Archipræſul Valentiæ, & Ioannes de Salzaguro, & alij multi quos retulit Hieronymus Romanus in Chronica ordinis Heremitarum S. Auguſt. qui & ipſe eius fuit alumnus.

Et nũc noſtra hac tempeſtate Religionem doctrinis illuſtrant, fr. Didacus à Leon, quem primũ inter primos Hiſpaniæ Theologos à pluribus affirmari audiui; item frater Io. Gueuara, ambo Salamãticæ ſacram Theologiam publicè profitentes.

Item frater Alfonſus de Orozeo Caroli V. & Regis noſtri Philippi Concionator, frater Gaſpar Melo in vniuerſitate Vallis Oleti publicus interpres, & in vniuerſitate Oſſunenſi; frater Gudiel

quem

quem magistrum nominant prædicatorum, fr. Didacus Demontoria, & fr. Marcellus Nebrixensis, fr. Petrus Malon, & fr. Philippus Hernandez, & alij multi qui in omnibus Hispaniæ vniuersitatibus, vbi nunc sacra floret Theologia, maximo cum applausu, & conuersu interpretantur, & fr. Io. Mendotia, qui librum scripsit de Sacramento altaris, & historiam regni Chinarum, & fr. Ioannes Petrus Rôca Solofranus sacrę Theologię magister vir humanissimus.

SVMMARIVM EX CAP. XIX.

1 PRÆDICATORVM *ordinis laudes.*
2 *Ordinis prædicatorum Beatus Dominicus author: & eius vita.*
3 *Ordinis prædicatorum origo.*
4 *Innocentius tertius visionem vidit de Beatis Francisco, & Dominico, & eorum ordines confirmauit.*
5 *Tempus fundationis ordinis prædicatorum.*
6 *Beati Dominici laudes.*
7 *Beatus Dominicus alios ordines instituit.*
8 *Prædicatorum titulus vnde huic ordini fuerit attributus.*
9 *Habitus prædicatorum à Beata Virgine traditur.*
10 *Prędicatorum ordo per totum orbem dilatatur.*
11 *Prædicatoris ordinis plures reformationes.*
12 *Magister Paulinus Lucensis laudatur, & numero 34. Princeps fuit reformationis prouinciæ Aprutinæ, & alij socij nominantur.*
13 *Magister Ambrosius Pasca Neapoli reformationi huius prouinciæ initium dedit, & multùm commendatur.*
14 *Ordo prædicatorum in India Orientali Abissinorum regi subdita, multùm creuit, & quomodo.*
15 *Ordinis prædicatorum multi fratres ad Indias Orientales missi multùm profecerunt.*
16 *Eiusdem fratres in Orientalibus Indijs innumeros Idolatras ad fidem conuerterunt.*
17 *Ordo prædicatorum cõstantissimus fuit in obedientia Summi Pontificis tempore sciſmatis.*
18 *Ab ordine prædicatorum plures aliæ religiones ortæ sunt.*
19 *Ordo prædicatorum habet munus inquirendi contra hæreticos.*
20 *Habet etiam officium magistri sacri Palatij apud Summum Pontificem.*
21 *Frater Hippolitus Maica Beccaria Generalis laudatur.*

Frater

22 *Frater Bartholomeus à Miranda commendatur.*
23 *Gradus ordinis.*
24 *Prouinciarum conuentuum & Religiosorum numerus.*
25 *Innumeri sanctitate, & doctrina viri illustres ex hoc ordine prodierunt.*
26 *S. Thomæ Aquinatis, S. Petri Martyris, S. Vincentij Ferrariensis, & S. Antonij laudes.*
27 *Beatorum, & Beatarum numerus.*
28 *Ludouicus Bertrandus sanctitate vitæ clarus proximis temporibus moritur, & commendatur.*
29 *Magister Paulinus et alij multi socij eius collaudantur.*
30 *Frater Thomas à Camarota Episcopus Vestanus laudatur.*
31 *Ascanius Columna Cardinalis commendatur.*
32 *Franciscus Victoria, Dominicus Soto, & alij multi Hispani celeberrimi Theologi commendantur.*
33 *Franciscus Aluarez à Ribera, Dominus meus pluribus nominibus dignus nuncupatur.*
34 *Frater Thomas à Capua & alij multi laudantur.*
35 *Summi Pontifices, Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi numerantur, vsq; ad numerum 38.*
36 *Pius V. Pontifex Maximus commendatur.*
37 *Frater Michael Bonellus Cardinalis Alexandrinus nuncupatur.*
38 *Frater Hieronymus Bernetius Cardinalis Asculanus laudatur.*
39 *Doctorum numerus.*

CAPVT DECIMVM NONVM.

1 SVB qua Augustini sanctissima regula 40. ferè militant Religiones, inter quas illustriss. sanctitate, doctrina, ac nobilitate, sacra, puraq; Dominicana Religio extitit quæ alio Prædicatorũ appellatur nomine; cuius pręconia & laudes altiori ingenio & calamo essent canenda, qua de re silentio pertranseunda consultius duxi, eo tñ cõtẽtus qđ hi Religiosi p̃dicatorũ sũt meritò nomẽ sortiti: eorũ nãq; p̃dicationib⁹, ac doctrinis in ipso ortu ordinis, collapsus iã vitijs & ignorãtia mũdus priori ẽ restitutus cãdori, & in dies R. Eccl. Christianaq; religio magna sentit incremẽta.
2 Huius ergo tã sanctæ cõgregationis pater & Princeps Dominicus verè Dominici verbi custos fuit, vir quidẽ & genere nobilissi-

mus, moribus ſanctiſsimus, doctrina præclariſsimus, ac domus Dei zelantiſsimus; hic nempe ex nobiliſsima Guzmanorum familia ducens originem, ex patre Felice (vere felici) matre Ioanna in oppido Calagora Oximenſis Diœceſis Regni Caſtellę ortus eſt, antequam vtero conciperetur à Domino præmonſtratus: nam inter quietem ejus mater canem in ore faculã geſtãtem, qua totum mũdum erat combuſturus, in vtero ſe habere viſa eſt; ætate deinde adueniente Palentiæ Philoſophiæ, ac Theologiæ operam dedit, in quibus ſcientijs dum multum profeciſſet, ſeculo vale dixit, & Ca-
3 nonicorum Regularium habitum ſuſcepit. † Cùm igitur Didacus Oximenſis Epiſcopus à Caſtellæ rege in Datiam pro communibus negotijs mitteretur, ille Dominicum cuius nouerat ſanctitatem ſocium itineris ſibi aſciuit, cum quo dum Roma negotijs iam abſolutis, in Hiſpaniam proficiſceretur, Toloſam peruenit, vbi ſedis Apoſtolicæ legatum cum duodecim ordinis Ciſtertienſis Abbatib⁹ pro reductione Albigenſium hæreticorum laborantem inuenit: quorum æmulati opus ambo ſe illis in ſocios aſcripſerũt, & vt melius inceptum iam opus ad optatum perducerẽt finem, omni procul reiecta pompa, & pedites conciones habuere, & diſputationes cæpere. Quod quidem legatus & cæteri Abbates ſequuti, per duos aut circiter annos illi negotio ſedulam nauarunt operam, multũq; profecerunt; cæteris tamen recedentibus ſolus remanſit Dominicus, eoq; in opere per alios decem annos nonnullis ſibi adiunctis ſocijs valde laborauit, vſq; quo Romæ Lateranenſe Concilium fuit congregatum, ſub Inno. III. anno 1215. menſe Nouembris. Sed antequam è Gallia diſcederet, Toloſæ monaſteriũ inſtituit apud Prulianum, in quo virgines nobiles quæ propter neceſsitatem à parentibus, hæreticis alendæ, & malis induendis moribus tradebantur, à tanto liberatæ periculo, altiſsimum Deo præſtarent famulatum; hoc autem tempore dum adhuc in Gallia pro Chriſti fidei defenſione magnos ferret labores, ordinem quem poſtea Prædicatorum contra hæreticos inſtituit mente conceptum habuit.

4 Quod propoſitum cùm Romam peruenisſet magno illi Pontif. Inno. III. ſub quo tot floruere Relig. patefecit, ac declarauit: cuius dictis cũ Põtif. Max. aſsẽtire negaſſet, noctu dũ quieſceret Laterane nenſem Baſilicam cadentẽ à Dominico, & Franciſco qui eodem erat Romæ tempore ſuſtineri vidit, manè deinde ſurgens Dominicum accerſiri iubet, & ordinis condendi tradidit facultatem. Toloſam ergo reuerſus ſexdecim fratribus quos ibi reliquerat conuoca-

uocatis, apud Prulianum Beatiſsimi Patris Auguſtini regulã præfixit, quam aliquibus additis conſtitutionibus arctari voluit; dum verò pro ſuæ regulæ confirmatione Romam reuertitur, Pontif. Inno. ad meliorem vitam tranſlatum, ſed in eius locum Honorium ſucceſſorem inuenit.

5 Sic igitur Religio iſta ſub Inno. III. initiũ habuit, & ab Hon. III. fuit cõfirmata, anno Domini 1216. imperan. in Occidẽte Federico, in Oriente verò Alexio Iſacij filio: Caſtellæ Henrico I. Leonis Alfonſo IX. Aragoniæ Iacobo I. quem fortunatum vocarunt, Luſitaniæ Alfonſo II. Franciæ Philippo II. & Neap. eodem Federico II. Imperatore regnantibus. Toloſam inde cum ſuæ regulæ confirmatione reuerſus, fratres ſuos vt Chriſtus Apoſtolos, binos per orbẽ prædicaturos miſit, quos vitia atq; hæreſeos errores inſectari præcipuo quodam munere voluit, ob cuius in hæreticos ardorem ab Inno. III. hæreticę prauitatis inquiſitor primus eſt B. Dominicus deſignatus, & ſacri Palatij magiſter creatus, vt teſtantur magiſter Antonius Senenſis Luſitanus in eo quod ſcripſit Chronicon ordinis Prędicatorum c. 1. Multis ergo meritis & laboribus onuſtus, præmium à Domino recepturus gaudens, & quietè Bononię migrauit ad Chriſtum, anno ab eius natiuitate 1221. octauo idus Auguſti, cuius uenerabile corpus in ſepulchrũ honeſtum ab Vgolino Cardinali Hoſtienſi, & Apoſtolicæ Sedis legato magno Præ-
6 latorum concurſu eſt repoſitum. † Innumeris claruit, & in vita, & poſt mortem miraculis, nec vnquam à domino abſq; gratiæ quam petebat conceſsione receſsiſſe affirmabat. Vir fuit ita corporis ſui domator; vt ter in die eius caſtigationi cum catenis ferreis operã daret, ita feruens verbi Dei prædicator, ut pluſquam centum millia hæreticorum ad fidem conuerterit, vt in eius Canonizatione probatum eſt, cuius meritis & interceſsione à multis liberatum me ſentio periculis, eum etenim poſt Mariam glorioſiſsimam, & Franciſcum peculiariter veneror; ob eius tantã ſanctitatem à Gregorio IX. anno 1233. in ſanctorum numerum eſt relatus, Federico II. imperante in Occidente, Alexio Iſacij filio in Oriente: Ferdinando III. Caſtellę & Leonis, Ramiro II. Aragoniæ, Sancio II. Portugalliæ, Ludouico IX. Franciæ, & eodem Federico II. Imperatore Neapoli Regibus.

7 Inſtituit hic ſanctus pater vltra ordinem fratrum & ſororũ, aliũ qui prius militię Ieſu Chriſti eſt appellatus, poſtmodum vero fratrum de pœnitentia D. Dominici ordo eſt nuncupatus.

Item etiam modum dicendi coronam B. Mariæ Virginis, quam roſarium nominari voluit.

8 Hic ordo Prædicatorum ex eo nuncupatur, quod Innoc. III. dũ ſcribere vellet Beato Dominico, Secretario ſuo dixit: ſcribe fratri Dominico & eius ſocijs, & poſtea dixit, noli ſic ſcribere, ſed fratri Dominico, & cum eo prædicantibus in partibus Toloſanis, & demum dixit, ſcribe ſic, magiſtro Dominico & fratribus prędicatoribus, licet prius fratres B. Mariæ appellarentur, vt teſtatur D. Anton. in 3. par. hiſt. tit. 23. cap. 3. quo nunc in Gallia nomine vocantur.

9 Habitum quo nunc fratres vtuntur, Beatiſsima virgo B. Reginaldo donauit, & à fratribus geſtandum pręcepit, cùm prius ad inſtar Canonicorũ regularium habitu vterentur; eſt igitur tunica alba cum ſcapulari & capucio ſuper humeros deſcendente, & deſuper nigrum pallium cum capucio quoque nigri coloris: & in eo Sacerdotes à conuerſis (quos vocant) differunt, illi enim eo habitu induuntur, iſti verò nigrum ſcapulare & capucium ſub pallio, & capucio nigro geſtant.

10 Hęc igitur ſancta Religio ita ſuas iecit radices, ſuos ramos ita extendit, vt in omnibus ferè mundi partibus adhuc naſcens, & cognita, & accepta fuerit ac venerata; nam poſt quatuor annos ab ordinis confirmatione, & ſic anno 1220. prima generalia comitia B. Pater Dominicus congregauit, & in octo prouincias fuit ordo diuiſus, in quibus erant ſexaginta conuentus. Tanta erat igitur huius ordinis ſanctitas, (vt, ſicut igne vento agitato, quicquid ei occurrit penitus comburitur) ita, & religioſorum huius ordinis prædicatione, exhortationibus, doctrina, & exẽplis omnia vitia extincta penitus, ac abolita fuere. Sed proh dolor feruor hic ſanctus frigeſcere paulatim cæpit, in ordinem hominibus ſeditioſis & ignaris admiſsis, multiſq; diſpenſationibus inductis, quę potiſsimæ relaxandæ religionis cauſæ ſunt.

11 At pater omnipotens huius ſui dilecti ordinem iam cadentem in collapſum ire non permiſit, ſed Beatum Raimundum à Capua virum ſanctiſsimum, ac prudentiſsimum ſuſcitauit, qui Generalis cùm eſſet ſui ordinis anno 1380. illum fere totum reformauit, & priori reſtituit candori, quem in hoc maximè iuuit frater Robertus Neapolitanus, vir equidem rectus, & timens Deum, & hæc prima fuit ordinis reformatio.

Secunda reformatio cępit anno 1430. ſub B. Ioanne Dominico qui

qui erat tempore Beati Antonini.

Tertia anno 1453. nam prouincię Lombardię, Holãdiæ, & Flandriæ ſub Eugenio IIII. Pont. Max. & magiſtro Martiali Generali ordinis reformatę fuere.

Quarta autẽ reformatio cępit anno 1498. Alexandro VI. Pont. Max. & Ioachimo Generali magiſtro ordinis, quam induxit in prouincia Rom. frater Hieronymus Sauonarolã.

Quinta reformatio fuit anno 1530. in prouinciam etenim Aragonię ad eam reformãdam miſſus fuit frater Dominicus Maiori.

Sexta ſucceſsit reformatio anno 1537. quoniam Ioãnes III. Luſitanię Rex ex Caſtella in Portugalliã ad reformandos huius ordinis Religioſos eo in regno, & nonnullas componendas inter eos exortas differentias, aliquos accerſiri curauit fratres, inter quos pręcipue frater Chriſtophorus de Balbuena, frater Franciſcus de Dobadiglia, fr. Ioannes de Salinas, fr. Ludouicus Granatenſis, & inter eos præcipuus frater Hieronymus de Padiglia, vir quidem eruditiſsimus, & verbi Dei prædicator illuſtris, qui per aliquot annos ſub titulo Vicarij Generalis, & poſtea Prouincialis, eam rexit prouinciã, & hęc inter alias locum ſibi vendicat reformatio.

Septima indicta fuit anno 1573. in ciuitate enim Theatina in Prouincia Aprutij, quę ſanctę Catharinæ Senenſis nũcupatur, Gregorio XIII. ſedente, & ordinẽ regente magiſtro Seraphino Caullo, viro equidem ſanctitate, & doctrina præclaro, per magiſtrum

12 Paulinum Lucenſem illius prouinciæ fratres reformari cæperũt.† Cuius viri ſanctitatem, humilitatem, ac doctrinam, & Neapolitana ſenſit ciuitas, & Aprutina prouincia nouit, & totus ferè Dominicanus ordo probauit, de quo tamen aliqua infra dicemus. Hic ergo probatiſsimus vir, aſcitis ſibi Vincentio, Federico Florentino, Franciſco Sermoneta, Alexandro Capocchi Florentino, Nicolao Maſci Peruſino, Hieronymo Mantuano, & fratre Sancti, viris omnibus, doctrina & rerum ſpiritualium peritia claris, quorum aliqui cum magno ſanctitatis nomine deceſſere, quibus acceſſerunt frater Auguſtinus Peruſinus, frater Ioannes Baptiſta Pantani, & frater Sancti, ciuitatis Caſtri, viri ab alijs non diſdiſsimiles. His inquam ſocijs aſcriptis Aprutium ſe contulit, vbi primum conuentum in ciuitate Theatina obtinuit, ibiq; multos ſanctitatis odore cõmotos ex diuerſis nationibus Religionis habitu induit (ligatis prius manibus fratribus cõuentualibus, ne alios Religioni incorporarent) eoq; res peruenit, vt tota ferè

Apru-

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

Aprutina Prouincia reformata fuerit & Neapoli duo obtinuerint monasteria, vbi magno deuotionis, & sanctitatis exemplo innumeros post se trahunt ad conciones audiendas, sacramenta frequẽtanda, & spiritualia colloquia habenda, & plurimi in ea sint maximæ expectationis iuuenes quorum aliquos infra nominabimus.

Huius ergo sanctissimæ congregationis exemplo ducti aliqui
13 ex Neap. Prouincia fatres, quorum dux fuit † Ambrosius Pasqua à Neapoli sacrę Theologię magist. vir non minus doctrina, quàm probitate clarus; octauæ reformationi initium dedit hic vir multis in Religione perfunctus officijs, & semel Prouinciæ moderator, multis etiam comoditatibus quæ huius Prouinciæ fratribus permittuntur postpositis, paupertatem maximam cum cęteris Religionis asperitatibus ad literam seruandam iam sexagenarius cum alijs fratribus professus est in conuentu Beatæ Mariæ de Sanitate dicato, cuius Ecclesia præclarissima est in hac Ciuitate Neapolis ob antiquitatem eius ac deuotionem; cùm specialibus fauoribus decorentur, qui eo in templo ad sanctissimam Dei Genitricẽ preces fundunt, eamq; sibi patronam in suis necessitatibus deligunt. Dedit ergo venerabilis hic pater huic reformationi initium, & in eo cõuentu primus fuit destinatus Prior fr. Augustinus Perusinus, vnus ex patribus qui magistro Paulino adhæserunt in reformanda Aprutina Prouincia, cuius probitate, moribus, & in religionis constitutionibus seruandis exemplo & diligentia, cæptum institutum in dies coalescere cæpit, eoque res peruenit, vt cùm ex Generalis magistri Sixti Lucensis præcepto, qui dũ hæc scriberem summa cum laude ordinem regebat, in eo tantum conuentu Nouitij essent Religionis ritibus imbuendi, quadraginta maximæ expectationis iuuenes habitum susceperunt, & plures suscepissent, si locus eis assignatus esset, immo plura huius Prouinciæ monasteria reformata adhuc essent, si horum religiosorum desiderijs, illi ad quos munus pertinet assensissent. Sed quemadmodum omnia Dei opera non nisi laboribus, & sanguine fundantur: ita & hoc sanctissimum fundari oportebit, speramus tamen, & religiosorum virorum eorumque deuotorum sancta desideria fore aliquando vt Deus exaudiat, neque credibile mihi fieri potest, vt bonum semen istud non propagetur, & multi in hac Prouincia fratres reformationem cupientes à Domino non audiantur; sed hæc Deo relinquamus, qui sciet in tempore christallũ suam mittere sicut buccellas. Post hęc scripta Illustrissimi domini Cardinales qui regularibus præ-

pręfecti sunt, his religiosis concesserunt prius cõuentũ in terra Summæ, & demum in ciuitate Neapolis conuentum Sancti Spiritus prope palatium Proregis, & domum montis Dei. Accessit huic pat. magistro Ambrosio, alter non minus commendabilis pater sacræ Theologiæ magister, Ioannes nomine ex familia Rasica à Sancto Donato, vir quidem regularis obseruantiæ, custos diligens, & sacris politisque literis eruditus: librum scripsit typis non adhuc traditum de prodigijs, in quo omnia quæ à mundi exordio contigere prodigia eleganter enarrat.

In omnem terram istorum fratrum sonus exiuit, nec solùm in Europa comprehenditur, sed ad Oriẽtales etiam ac Occidentales oras peruenit, in eisque pro Domino hi fratres multũ laborauere.
14 Et primùm in Orientali India quę Abissinorum regi subdita est, anno 1316. octo huius Religionis fratres Hierosolymam petiere quandam ex tertio ordine sororem secum ducentes, qui omnes postea in Indiam profecti, breuissimo tempore illius Prouinciæ idioma adepti sunt, & pœnitentiam, mundique contemptum prædicare cæperunt, tantumque eo in opere profecere, vt multos inibi ordinis cõuentus ædificauerint, inter quos duo extant celeberrimi, alter in quo quinque mille fratres inhabitant, & dicitur Alleluya, alter vero qui dicitur de Blurimanos, & in eo habitant nouem mille fratres. Quod etsi fabulosum videatur, collatione tamẽ facta ad ea, quæ de dicto regno historici scripsere, mirum non videtur. Testatur tamẽ id frater Seraphinus Razzi in libro quem de vita illustrium virorum ordinis Prædicatorum inscripsit, in vita B. Taclismanoth Indi; quæ omnia retulit quidam frater Thomas Indus, qui cum alio socio cui nomen erat Ioannes anno 1516. Romam Hierusalem venit, vir religiosissimus, & nobilissimus, & à Leone X. post habitam à Lusitanorum Regis legato fidam, & verã relationem, Prior creatus eorum fratrum qui Romæ in Ecclesia Sancti Stephani cohabitabãt, qui corpore B. Iacobi Apostoli reuerenter inuiso Romam reuersus Christo Redemptori animam reddidit, & in dicta Ecclesia D. Stephani sepultus fuit. Nec modo fratres illi monasteria plantarunt, sed & soror illa monasteriũ quoddam monialium, in quo fere mille habitant sub Diuæ Clarę titulo ædificauit. Nec fratrum tantùm numero floret hæc Prouincia, sed etiam multorum Sanctorum virorum de quibus inferiùs dicemus
15 Et nouissimis temporibus anno .s. 1530. ad Orientales Indias missi fuere, frater Eduardus Nunius, frater Didacus Bermudez

Castel-

Caſtellanus, frater Ignatius de Purificatione, frater Franciſcus de familia Raſcia Macedo, frater Emanuel de Serra, fr. Antonius Pegado, & frater Ferdinandus de S. Maria, multiq; alij viri multis nominibus venerandi; horum igitur patrum induſtria in tractu Endenſi innumera gentiũ multitudo, multi Reges & Principes per ſpatium centum milliarium ad Chriſti fidem peruenere.

Eorum etiam ſolo miniſterio Inſulam totam ampliſsimam, quæ dicitur del Solor., & plures alias vicinas, & eorum prętectos quos ipſi vocat ſanguine de pace, etiam pater cæleſtis ad ſui cognitionem pertraxit. Inſula pariter Goenſis in principio Dominicanis patribus commiſſa fuit, qui ea in re ita ſtrenuè ſe geſſere, vt vniuerſam ad fidem reduxerint, in qua ſeptem cõuentus habẽt huius ordinis Religioſi.

16 In occidentalibus verò Indijs quantum hi patres laborarint, quantum profecerint, nouit ille qui nihil ignorat. multa tamen profeciſſe in animarum conuerſionem notum eſt: ſed illorum qui eo acceſſerunt aut incuria, aut occupatione diſtinctim eorum geſta pręclara ignoramus: relatum eſt tamen mihi doctiſsimum atq; accuratiſsimũ virum fratrem Ferdinandum del Caſtiglio cronicam pleniſsimam, quam centurias ordinis vocari ſtatuit, diligẽter ſcripſiſſe, duoſq; libros Hiſpano tamen idiomate, iam tradidiſſe typis. Inter alios tamen quos eas incoluiſſe prouincias reperio, primũ occurrit fr. Thomas Ortizius, & eodẽ tempore fratèr Vincentius Perazza, fr. Io. Flander, fr. Sebaſtianus Salmanticenſis, & fr. Iulianus Gazes, & fr. Laurentius de valle viridi, qui omnes Epiſcopi diuerſis in locis creati fuere, quod munus diligẽter, ac ſanctè ſunt exequuti. Acceſsit his fr. Ioannes Diaz, frater Thomas de S. Martino, fr. Martinus d'Eſquiuel, fr. Dominicus de S. Thoma, fr. Petrus de Viglioia, & fr. Alfonſus de Monte nigro, qui omnes plures in India fundarunt conuentus, quos refert multum commendabilis accuratiſsimuſq; vir fr. Antonius Senenſis Luſitanus, in eo quòd ſui ordinis Chronicon ſcripſit inter Apoſtolos commemorans anno 1530.

17 Eſt igitur ſacer hic ordo de Chriſtiana Religione, & Apoſtolica Sede optimè meritus, ob tot, ſummaſq; res præclariſsimè geſtas: inter quas magnifacienda eſt ea, in qua totus ſe probauit ordo. † Cùm etenim anno 1511. quidam Principes & Cardinales contra Iulium II. Pontif. Max. conciliabulum congregaſſent, blanditijs, minis, & pollicitationibus Religionem ſanctam inducere in ſuam cona-

bantur ſententiam, cùm ab eius reſolutione cæteri Religioſi & Parochi dependerent, id ſe facturos ſpondentes quod iſti facerẽt; non potuerunt tamen ab eius firmo propoſito, & in ſanctam Sedem obſeruantia eam paululum remouere, immò omnes quos poterant exhortabantur, vt ab eius non diſcederent obedientia, etſi multa imminere damna perſpicerent.

18 Huic ordini clariſsimo multũ debent tres primariæ in Eccleſia ſancta Religiones, & primùm Carmelitana quæ ab Vgone de Sancto Caro ampliſsimo S. R. Eccl. Cardinali, & à Gulielmo Epiſcopo fratribus huius ordinis reformata, & in ſtatum perfectum reducta fuit iuſſu præcedente Sanctiſsimi Innoc. Papæ IIII. qui eorum conſtitutiones approbauit. Item etiam ſeruorum ordo Beatũ Petrum Martyrem ſuum noſcit fautorem, quod ipſa confitetur Religio & exteriori cultu oſtendit: nam B. Petri Martyris effigiem in refectorio monaſterij, quod in monte Senario prope Florentiã habet primum eius monaſterium, magno cum honore & reuerentia vt benefactorem veneratur. Religio quoque fratrum B. Mariæ de mercede redemptionis captiuorum B. Raymundum de Pennaforte Barchinonenſem ſuum omnino agnoſcit fundatorẽ, quam ob cauſam ſi attenditur, hæ tres Religiones ſimili habitus forma ad inſtar Prædicatorum induuntur. Et nunc demum ordo Silueſtrinorum Sanctiſsimo Domino Noſtro Sixto V. mandante à religioſiſsimo viro Timotheo Bothonio reformatur.

19 Huic ſanctiſsimę Religioni contra hęreticos inquirendi cura eſt commiſſa, ideoq; Romæ vnus ex ea in commiſſarium inquiſitionis eligitur, qui in palatio inquiſitionis habitat, nec modo ibi, ſed in omnibus fere mundi partibus huiuſmodi officiũ eius fratres exercent, qui in hoc munere exercẽdo ſummopere Chriſtianã rẽpublicã iuuarũt, fuitq; primus B. Pater Dominicus vt ſupra diximus, & primus oĩm hoc officiũ ſanguine conſecrauit ſuo B. Petrus Martyr.

20 Qua ratione habet etiam apud Sum. Pontif. magiſtri ſacri Palatij officium ad quem omnis de cattholicis libris, & ſcriptis promulgandis in Romana ciuitate cura pertinet, nec non audiendi & corrigendi, qui coram Summo Pontifice ſermonen aut orationem ſunt habituri, fuitq; primus in hoc officio B. Pater Dominicus, & ſedet ad pedes Sanctiſsimi domini Papæ pro vt ego vidi.

Ab vno regitur Generali, qui dũ hæc ſubſcriberem erat peritiſsimus magiſter † Sixtus Fabri Lucenſis, qui ſumma cũ laude ordinẽ gubernauit, ob eius tamẽ infirmitatẽ fuit à Generalatu abſolutus

21 Sixto V. Pontif. Max. iubente & eius in locum electus † magister Hippolitus Beccaria à Monte regali vir equidē obseruantissimus & prudentissimus,& est secundus supra quadraginta magistros Generales à B. Patre Dominico.Durat hoc officiū perpetuò,idq; magna est causa vt ordo non fuerit in totum lapsus.

Habet prætea officium Procuratoris generalis, qui Romæ pro tota Religione negotia gerit, qui ferè semper est Vicarius Generalis, hic cùm Generalis ex citramontanis prouincijs eligitur,est ipse vltramontanus, cùm verò Generalis electio ex vltramontanis fit, citramontanus Procurator ordinis creatur, & dum hęc scriberem hoc munere fungebatur doctissimus ac lepidissimus conciona
22 tor fr.† Bartholomeus à Mirāda Hispanus,quē in sacri Palatij magistrum elegit S. P.

23 Studijs autem nauantes dignitates has consequuntur, studentis scilicet formalis, Lectoris Baccalaurei, & magistri, & qui pro tempore studium regit,studij magister appellatur.

24 Totus hic ordo in Prouincias diuiditur 30.

Conuentus sub se comprehendit quatuor mille, centum, & quadraginta quatuor, quæ numeratio Sabellici tempore fuit facta circa annum 1520. vt refert Iglieſcas in hist. Pontif. in vita Inno. Papę III. quibus addendi essent illi qui nouiter ex illo tempore ad hoc vsq; tam in Italia, & Hispania, quàm etiam in Indijs occidentalibus, & orientalibus constructi fuere: qui licet sint plurimi,pro nunc donec certior nobis fiat relatio, quam à Reuerendissimo Generali expectamus, cum illis compensabimus, qui propter scelera nostra, & iustam Dei indignationem aut solo æquati, aut saltē profanati,& relicti fuere in Anglia, Scotia, Francia, Germania, Croatia, Datia, & Græcia, in quibus multa habebat ordo iste monasteria. Addenda his etiam sunt ea monasteria, quæ in India Abissinorum regi subiecta reperiuntur, quæ sunt numero nouem, sed fratrum copiosissima.

Primus cōuentus huius Religionis fuit Tolosæ, quem Fulco Tolosanus Antistes B. Patri Dominico dono dedit anno 1216. & secundus S. Sabinæ in vrbe.

Et primum Monialium monasterium Tolosæ fundauit apud Prulianum & secundum Romæ in Ecclesia S. Sixti.

Monasteria verò Monialium sunt quorum habere potui scientiā 100. verùm plura esse non dubito.

Religiosorum verò numerus qui illis proximè relatis temporibus

bus fuit scriptus, erat viginti sex mille,& quadringētorum & plus, inter quos mille quingenti plusue magistri in sacra Theologia,quo etiam numero pro nunc erimus contenti.

25 Et hac Religione veluti ex equo Troiano innumeri omni tēpore prodiere viri, sanctitate, doctrina,prudentia in rebus gerendis, dexteritate, alijsq; rebus maximis administrandis præclarissimi, & famatissimi; quorum egregiè, & accuratè meminit omni laude dignus fr. Antonius Senensis Lusitanus sacræ Theologiæ magist. in allegato chronico ordinis, eorum tamen numerum, & aliquorum præsertim nunc viuentium nomina dicemus.

26 Ad terrestris Paradisi similitudinem ex quo flumina illa quatuor nascuntur celeberrima, totum fere mundum irrigantia, ita à B. patre Dominico quatuor præcipui orti fuere sancti viri, qui suis prædicationibus, scriptis, & exemplo,aridam peccatis terram irrigarūt frugiferamq; reddidere; & imprimis magnum ac profundum scientiæ flumen occurrit Thomas ille sanctissimus Aquinas, qui innumeros libros scripsit, ita vt pro miraculo habeatur; cuius immensam,firmissimamq; ac saluberrimam doctrinam, ipse dominus noster proprio vocis oraculo confirmauit, seq; in præmium laborum illi permisit, in hac Ciuitate, in Diui Dominici Capella dominorum de Rota. & si crucifixi imago, ex qua vox exijt in sacello ornatissimo, & conuentus proprio asseruetur, huius sanctissimi viri laudes dicere, præconia celebrare alius quàm ego deberet, ideoq; consultò omitto; id tamen dicam me dum eius gesta prę-clara mente reuoluo, & aliqua scribo,ea gaudere suauitate:vt eius vel dicendis, vel contemplandis laudibus finem imponere nunquā vellem; sed breuitas cui primo nunc studendum est, meum reprimit amorem, & Petrus Martyr illustrissimus qui sanguine suo purissimo Religionem confirmauit ad eius laudes breui celebrandas me reuocat. Hic ita sanctè in ordine vixit,vt nunquam mortale peccatum commisisse fuerit repertum, virginalem munditiam tota vita sua integram seruauit, euangelium Christi multo cum feruore prædicauit, & inquisitionis munere ita ardenter est perfunctus vt martyrij palmam assequi meruerit, ob quod triplex ei merito tribuitur aureola. Succedit his nunquam satis laudatus, sed omni commendatione dignus Vincentius Ferrerius Valentinus,gratia quidem, & opere non minor Apostolis, ita vt xiij. Apostolus nuncupetur,in Germania, Gallia, Hispania, Italia, & Anglia, verbum Domini ita feruenter prædicauit, vt post se aliquando decem mille,

vel plures homines ad Dominum conuerſos duceret, & quod mirum eſt Cathalano idiomate prædicans, ab omnibus audiebatur, quod Apoſtolis tantũ conceſſum fuit, & dũ in terris eſſet à domino accepit ſe inter ſanctos fore connumerandum; & Prophetiæ dono claruit, quod ſufficiet pro nunc in laudem huius Sancti dicere. Et demũ Antonin. ciuis & Archiepiſc. Florentinus, vir quidẽ omniũ virtutum genere, & gratia plenus, qui & in Religione & in Epiſcopali dignitate ſemper ſe maximum oſtendit virum.

Ab his abundantiſſ. maximiſq: ſciẽtiarũ & ſanctitatis fluuijs, alij non minores fluxere, quorum tamen numerum recenſebimus.

27 Beatorum ergo numerus eſt centum nonaginta vnius.

Beatarum vero viginti vnius.

Eorum autem qui Euangelium populis annuntiando feruore & gratia polluere, ac famatiſsimi fuere, numerus eſt 200. ſed aliquorum nomina afferemus, eorum ſcilicet, qui proximis his temporibus Religionem claram reddidere.

Anno etenim 1581. ad cæleſte regnum migrauit maximæ ſanctitatis vir, primis patribus non diſsimilis Ludouicus Bertrandus Va
28 lentinus ex familia B. Vincentij, de cuius probitate nunc diligenter inquiritur, vt meritò poſsit in ſanctorũ numerũ aſcribi S. D. N. Sixti præcedente imperio: inter quos etiam connumerandus iurè
29 eſt fr. † Paulinus Lucẽſis cuius ſupra in reformatione Aprutinę prouinciæ meminimus, qui multis diuitijs poſthabitis ordinem eſt ingreſſus, maximamq; paupertatem cum cæteris virtutibus ita eſt profeſſus, vt nõ modo regulę ſuæ fuerit obſeruator diligẽs, ſed aliorũ ductor, & reſtaurator ardẽtiſsimus; maxima cũ prudentia & doctrina humilitatẽ habebat profundiſsimã, pedibus, aut aſino equitans, prouinciam quæ aſperrima eſt viſitauit, in qua reformãda innumeros pertulit per multos annos labores.

Alexander Capocchi Florentinus eius in reformanda prouincia ſocius magno cum ſanctitatis odore, & miraculorum operatione migrauit ad dominum, & ab his cæteri ſocij non diſsimiles, vt Vincentius Federicus, Hieronimus Mantuanus, & fr. Sancti, quorum vita vt fuit probatiſsima, & proximis vtiliſsima, & Deo amabilis, eorum quoq; mors glorioſiſsima debet exiſtimari.

Sunt præterea Religionis huius clariſsimæ diligentiſsimi cuſtodes; fr. Io. Baptiſta Baritani, & fr. Sancti à ciuitate Caſtri, & frater Petrus Hiſpanus, quorum veſtigia alij iuuenes maxima cũ diligentia & cura ſequũtur, vt Io. Dominicus Senenſis, & fr. Serafinus Vibius

bius, ambo maximæ expectationis, & multi alij quorum nomina referre longum eſſet. Quibus omnibus ſimilis, nulliq; ſecundus adnumerandus eſt fr. Siluius ab Atripalude, qui prouinciæ Regni alumnus, cùm eſſet reformationis cupidus ad hãc Aprutinam conuolauit, vir abſtinentiſsimus, obſeruantiæ regularis cuſtos diligentiſsimus, & ſpiritualium rerum peritiſsimus, qui ſua opera & diligentia eccleſiam, Ieſu, Mariæ, Beatoq; Vincentio dicatam, & magnificum conſtrui monaſterium curauit, qui proximis his menſibus magno omnium, qui eum nouerant dolore, ſed maximo probitatis odore migrauit ad dominum.

Huius ad exemplum ex prouincia Regni ad hos patres conuola-
30 uit † fr. Thomas à Camarota regularis obſeruantiæ cuſtos, & ſacræ Theologiæ magiſter, ob cuius doctrinam & ſuauitatem, ad ſui
31 Theologi munus eum meritò aſſumpſit Aſcanius Columna S. R. E. Cardinalis ampliſsimus, genere quidem illuſtriſſ. ſed doctrina nulli ex Apoſtolico collegio ſecundus, moribus etiam, & vitæ integritate clariſsimus. Hunc religioſum virum, Epiſcopum ciuitatis Veſtarum conſtituit Sixtus Pontifex noſter optim. max. ſed paulò poſt electionem vitam cum morte mutauit.

32 Hiſpania verò ſemper clariſsimis fœcundat viris. † Franciſcum Victoriam, Dominicum Soto, eiuſq; fratrem Petrum Soto, Melchiorem Cano, fr. . . . . Mantio, Ioannem Pegnam, Bartholomeum Medinam, Dominicum Portugallenſem, alioſq; innumeros viros ſua tempeſtate Theologicæ diſciplinę doctores celeberrimos ſummis laudibus nominandos, omnes in Salmanticæ vniuerſitate celeberrima, famatiſsimos profeſſores produxit: & in ſpecie dum hæc ſcriberem Ludouicum habebat Granatenſem, virum doctiſsimum, ſpiritualium rerum ſupra omnes peritiſsimum, & regularis obſeruantiæ ſpeculum, cuius ſpirituali præſertim doctrina, magna Religiones omnes, & viri ſpirituales adiumenta ſenſere; ſcripſit quæ paſsim apud omnes præ manibus habẽtur; & præcipuè nunc claret fr. Bartholomeus à Miranda ſupra comendatus. Magiſter quoque Dominicus Vagnes memoria digniſsimus eſt: nam primam & ſecundam partem ſummæ D. Thomę maxima eruditione expoſuit, & declarauit. Commendabilis quippe eſt frater Petrus Gonſalez Illuſtriſsimi Cardinalis Alexãdrini Theologus, qui ſocietatẽ Hiſpanorũ quã vocant B. Mariæ de Solitudine, inſtitui tac fundauit in Eccl. S. Spiritus, vir in gerẽdis negotijs dexterrimus, ſuæq; religionis obſeruãtiſs. cuius cõuentũ ædificari, & plura Eccl. ornamenta

menta parari in quibus omnibus agendis octo mille vel plus aurei
ſunt impenſi,partim ex propria pecunia,quam exiguam habet,par
tim ex piorum virorum elemoſinis, virtute ſua eximia procurauit.
33 † Franciſcus Aluarez à Ribera vir non modo legalis diſciplinæ quã
profitetur peritiſsimus, verum etiam religioſiſsimus, vitæq; pro-
batiſsimus, in negotijs præſertim Regijs pertractandis diligentiſ-
ſimus, ac dexterrimus, & omnium laudum genere dignus, qui ma-
ximo cum omniũ populorum applauſu magnum agebat Camera-
rium,nũc autem ad Regentis Cancellariam officium eſt aſſumptùs;
Dominus meus in primis colendiſsimus quem particulari vene-
ror affectu; & cui vt patri magiſq; magis ſi fieri poteſt debeo, & me
deuinctum agnoſco, ab eo enim poſt Deum optimum maximum
omne mihi bonum veniſſe agnoſco,futurumq; ſpero.

Sunt præterea in Hiſpania clariſsimi fr. † Ferdinandus del Ca
ſtiglio,qui multis annis Philippi Regum maximi cõcionatoris fun-
ctus eſt officio; hic hiſtoriam quam dixi ordinis accuratè ſcribit.

Florent in prouincia Appuliæ. † fr. Dominicus de Azeuedo ab
Hiſpanis originem trahens, in ſacra Theologia magiſter, fœcun-
diſsimus concionator, & fr. Vincentius Tarentinus ſacræ Theolo-
giæ magiſter, & prædicator doctiſsimus.

In prouincia Calabriæ fuit olim fr. Ioannes Raſsia à S, Donato,
& ipſe Theologicę diſciplinæ magiſter,de quo ſupra diximus in re-
formatione prouinciæ huius regni.

Illuſtrẽ hanc regni prouinciam reddidit fr. Ambroſius a Balneo-
lo, vir maximæ probitatis euangelizandi gratia polluit, & in ne-
gotijs gerendis diligentiſsimus; cuius opera templum Spiritui San
cto dicatum in maiorem formam eſt ampliatum, & iuxta illud do-
mus virginibus quæ à matribus meretricibus capiuntur aſſeruan-
dis ſtatuta eſt, frater Bartholomeus de Angelis Neapolitanus bac-
calaureus, vir religioſus & doctus, qui multos libros & typis dum
viueret tradidit, & ſcriptos reliquit. Eam quoq; reddunt illuſtrẽ
† frater Matthias Aquarius digniſsimus ſacrę Theologię magiſter,
in qua diſciplina, & in Philoſophia multum pollet: cuius ſumma
cum religione coniuncta doctrina, non modo hic ſed Romę inter
primos Theologos fuit in admiratione.Multa in lucẽ ſcripta edidit
ſuper Logicam, Phiſicam,& Metaphiſicam;ſcripſit etiam libros in
ſententias D. Thomæ,in Epiſtolas D. Pauli, in Eſaiam, in Pſalmos,
& multos ſermones quadrageſimales, & librũ de controuerſijs in-
ter D. Thomam alioſq; doctores, qui dum hæc ſcribebã erat huius
pro-

prouincię moderator,nunc autem æterna gloria frui piè credẽdum
eſt. † Item fr. Thomas à Capua adhuc ipſe magiſtri ſacrę Theologię
34 dignitate ornatus,vir ſummi, & acutiſsimi ingenij in diſputando,
ſcripſit ſuper Geneſim,& in Philoſophiã,& apologiam pro defenſio-
ne Eccleſiaſticæ diſciplinæ, cuius ſcripta breui in lucem tradenda
ſperamus; magiſter etiam Hieronymus de Ponte Corbo vir ſummę
probitatis, & doctrinæ: & fr. Eraſmus à Neapoli regularis obſer-
uantiæ cuſtos, & in monaſterijs regendis prudentiſsimus nunc pro-
uinciæ moderator; & in reformatione vt diximus magiſter Am-
broſius Paſqua vir religioſiſsimus.

In Tuſcia florent magiſter Alexander Hebræus, qui nulli ex ſui
temporis prædicationibus fuit ſecundus, Euangelium in hac ciui-
tate magno omnium conſenſu ſemel atq; iterum annuntiauit & nũc
à S. P. noſtro Clemente octauo in eius confeſſarium electus, com-
menſalis, ac familiaris eſt titulo donatus, & omnium ordinum viſi-
tator eſt deſignatus:frater Nicolaus Lorinus vita,& doctrina exem
plaris, in Lombardia fr. Thimoteus Bethonius, Dominicus Bulla-
nus.

35 Floruit etiam ordo iſte præclarus omnibus Eccleſiaſticis digni-
tatibus, nam Summos Pontif. habuit quatuor, ſcilicet Innoc. V.
ad hanc dignitatem aſſumptum in anno 1276. Benedictum XI. qui
anno 1303. Sum. Pontif. creatur.

Fratrẽ Ioannem de Vercellis qui anno 1283 in Sum. Pontificem
electus antequam electionem ſciret deceſsit.

36 Pium V. anno 1566. ad hanc ſummam dignitatem magno om-
nium conſenſu electum:cuius ingentes maximęq; virtutes animi,in
populis regendis vigilantia, & diligentia, in eccleſiaſtico cultu
ornando, reſtituendoq; ſtudium, & opera omnibus nota eſt.

Cardinales habuit plurimos;inter quos memoria digniſsimus eſt
Ioannes à turre cremata, qui non modò vitæ exemplo clarus fuit,
ſed propter libros quos multos, doctiſsimoſq; conſcripſit doctiſsi-
mus eſt habitus, conuentũ & eccleſiam Romæ conſtructam B. Ma-
riæ ſuper Mineruam dicatam,illuſtriſsimã reddidit. Nec obliuio-
ni tradendus eſt Thomas de Vio Caietanus, qui ſua doctrina om-
nes ſuæ tempeſtatis viros longe ſuperauit, & in dicto numero com-
37 prehenduntur: † frater Michael Bonellus Sanctiſſ. Pij V. ex ſorore
nepos ſummæ laudis ob prudentiam ac humilitatem ſuam, & mo-
38 rum compoſitionem digniſsimus: † frater Hieronymus Bernetius
de Corrigio Epiſcopus Aſculanus, quem ad Cardinalatus apicem
aſſu-

assumendum ex toto ordine, vt meritissimum elegit Sanctissimus atq; prudentissimus Pontif. noster Max. Sixtus V. anno 1587.

Patriarchas habuit etiam decem, & octo.

Archiepiscopos sexaginta quinque.

Episcopos centum nonaginta duos.

39 Doctorũ qui libros aliquos in Ecclesiastica disciplina scripsere numerus copiosissimus est, in hac præsertim Religione, quæ ceteras in hoc munere (earum pace salua) superauit, sed qui colligi potuit est quingentorum & quatuor, in dies tamen augetur.

Et hæc de Religione tam magna dixisse sufficiat.

SVMMARIVM EX CAP. XX.

1 *MONACHORVM Beati Basilij Ianuæ ordo sub Beati Dominici norma viuit & quare.*

CAPVT VIGESIMVM.

1

VIVSMODI magni Patris Dominici habitu induti sunt, & ornati quidam Monachi B. Basilij præcepta sectantes, qui cùm à mõte nigro, qui locus est in Græcia à Turcis essent expulsi, Ianuam venere, & ibi domum construxerunt Clementis V. Pontif. Max. authoritate viuentes sub eadem regula B. Basilij, grẽco tamen more, quem cùm Latini abhorrerent, rogarunt Innoc. III. vt eorum statui prouideret: quorum votis assentiens Sum. Pontif. Reuerendiss. Generali huius ordinis illos instruendi curam dedit, qui eos habitu & vita reformauit, & Apostolica cõcessione facultatem concessit, vt Generalem de triennio in triennium eligere possint, quæ omnia nunc seruant.

SVMMARIVM EX CAP. XXI.

1

SERVORVM Beatæ Mariæ ordo qualiter cæpit, quando et à quibus.

2 *Ordo Cruciferorum ab hoc restituitur ordine.*

3 *Generalium numerus.*

4 *Prouinciarum, conuentuum & fratrum numerus.*

San-

5 *Sanctorum ac Beatarum numerus.*

6 *Summorum Pontificum, Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, & aliorum Prælatorum numerus.*

7 *Doctorum qui scriptis Religionem illustrarunt numerus, & nomina.*

8 *Frater Ioannes Baptista Mirtus laudatur.*

9 *Ordo Seruorum est ex numero mendicantium.*

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

1

BEATISSIMÆ glorioſissimęq; Dei genitricis Mariæ semper virginis Seruorum ordo, hunc Prædicatorum sequitur, cui initium septem dedere viri Florentini, mercaturæ operam dantes, quorum nomina infra adducemus, anno 1233. Gregorio IX. Pontif. Maximo Ecclesiæ clauum regẽte, Federico II. in occidente imperante, in oriente verò Gallis Imperatoribus, Castellę regnãte Alfonso IX. & Leonis Ferdinando III. Aragoniæ Iacobo I. quem vocarunt fortunatum, Lusitaniæ Sancio II. Galliæ Ludouico I. & eodem Federico II. Neapolis regnantibus, vt testatur Augustinus Florentinus monachus Camaldulensis in lib. histo. Camaldulensium, cap. 37. & Paul. Morigia in histo. Religio. cap. 35. & ex chronico dicti ordinis aperte liquet: quidquid contrà senserit Io: Lucidus, Polidorus Vergilius, Iglieſcas, & Alfonsus Aluarez Guerrero, in speculo Imperatorũ & Pontif. qui varijs temporibus cæpisse dicunt, alij 1282. alij 85. alij vero 86. forsan cum initio confirmationem confundentes.

Confirmatur primùm ordo iste, secundũ quam sequuti sumus fratris Ambrosij sententiam, quæ ex chroniço huius ordinis approbatur, ab Alex. IIII. anno 1254. etsi Io: Lucidus ab Honorio IIII. Polidorus à Benedicto XI. dicant; quod idem approbat Iglieſcas, & Alfonsus Aluarez Guerrero, quos non errare dicimus, cùm huiusmodi confirmatio non ab vno, sed à pluribus Pontificibus facta sit. Illi ergo optimi patres qui (vt communiter traditur) fuerè B. Pater Bonus filius de monaldis, P. Amadeus, P. Bonaiuncta, P. Manectus ex Antellanorum familia, fr. Alexius de Falconerijs, fr. Soſtenius ex nobili Soſtenia familia, fr. Vgoccionius ex Vgoccionia familia: etsi vt ex quodam residuo chronicon huius ordinis, quod in magna Florentiæ biblioteca inuentum fuit, patres Bonaiuncta, & Ama-

deus de numero tollantur,in eorumq; locum fr. Victorius,& fr.Loctoringius addantur, primam tamen vt magis communem sequor sententiam ; hi ergo sanctissimi viri simul viuere cæperunt, & dum summis vigilijs, & orationibus à Domino quid acturi essent peterent,ad Episcopum Florentinum ire decernunt,qui nomen congregationi imponeret, & regulam : ad quem dum elemosinam petentes accedunt, pueri qui eos nunquam viderant seruos B. Mariæ nominarunt, quod populus q̃ in S.Crucis platea erat congregatus cõmuni voce approbauit, & ipsi missum de cælo nomen magno gaudio & alacritate cæpere, simulq; seruarunt . Creuit in dies eorum sanctitate congregatio, ita vt ad aliarum similitudinem suas vbiq; locorum iecerit radices, multosque habuerit sanctos, doctosque viros.

Huic Religioni multùm debet ob restitutam obseruantiam Cruciferorum ordo, quem iam collabentem magister Mattheus Bononiensis Pij II. Pontif.Max. authoritate reformauit.

Ab vno cæpit gubernari Generali, qui ab anno 1255. ad annum vsque 1554. perpetuò Religionem gubernabat, sed ab eo tempore triennio tantùm eorum durare cępit administratio.

Primus namque Generalis fuit B.Pater Bonaiuncta Florentinus, vnus ex septem,vt dixi, fundatoribus: & primus ab eo tempore quo per annos tres inductum est vt gubernaretur, fuit magister Laurẽtius à Castro franco; quibus omnibus computatis eorum est numerus triginta octo,cum eo qui nunc Religioni pręest.

3 4 Prouinciarum numerus est xxvj.

Continet præterea sub se conuentus tercentum, & Monialium monasteria 30.

Prima huius Religionis domus secundum communem sententiã fuit in monte Senario, qui est prope Florentiam.

In his ergo conuentibus quinque mille plusueminus fratres inhabitant. Floruit hic ordo, vt cæteri,plurimis sanctis, ac in omni scientiarum & dignitatum genere peritissimis, & grauissimis viris.

5 Eorum autem qui sua sanctitate, & miraculis Religionem illustrarunt, numerus est 33. inter quos sicut stella maior fulget B.Philippus de Benitijs Florentinus, cui præter sanctissimam & miraculis plenam vitam, eius Religio debet studium & augmentum, cùm prius contemplationibus in simplicitate tantum vacarent.Decessit anno 1285. in cuius natali particulare officium in eius laudem à Leone

6 Leone X est concessum. † Hic sanctus vir cùm renuntiatum sibi esset à Cardinalibus Octauiano de Vbaldisis & Ottobrio (qui dum essent factionum capita inter se discordes erant) in eum velle concurrere & Summum Pontificem creare, noctu aufugit, & tam sublimi dignitati cessit.

Quinque etiam habuit Cardinales, inter quos illustrissimus ob vitę probitatem,summamq; cum prudentia coniunctam doctrinam meritò connumeratur magister Stephanus Bonutius, qui à Sixto V. in Cardinalium collegium cooptatus est, Cardinalis Aretinus nuncupatus, & antequam hæc prælo dedissem ab hac vita discessit.

Patriarchatus etiam illustratur dignitate,qua functus est magister Hieronymus Venetus, qui Aquilegiæ Patriarcha creatus fuit ab Alexandro Sexto anno 1500.

Archiepiscopos etiam tres habuit.

Episcopos vero viginti tres.

Abbates duos.

Nuntios & Legatos Summorum Pontificum quinque.

Et eorum Vicarios duos.

Quæstoris Pontificalis officio functus est vnus.

Et alius quoque Sum.Pontif. egit Pœnitentiarium,

Oratores Principum quatuor, & a Secretis Principum tres, & alius regis Franciæ Elemosinarius, qui fuit magister Berengarius Gallus anno 1355.

7 Et sicut omnibus clara hæc redditur Religio dignitatibus, ita etiam omnibus scientijs in quibus innumeri claruere, eorum tamen qui suis scriptis & remp. literariam & religionem ornarunt, numerus est xxvij. inter quos magister Paulus Florentinus qui multa scripta doctissima, & accurata edidit, magister etiam Ambrosius Spicta; & præter istos admirandus fuit eximius vir Augustinus Bonutius postea Cardinalis Aretinus,in Concilio Tridentino, vbi etiã conspicuus fuit Laurentius à Castro franco ; & nunc Religionem istam ornant Baldassar de Bononia, Apollonius de Bononia, Cælius de Florentia, Prosper Florentinus, Dionysius Florentinus, Marcellus de Prusio, Octauius de Bononia, Theodorus Mediolanensis, & alij plurimi literis clarissimis, & prædicationis ministerio floridissimi.

Comendabilis est etiam omni laude dignissimus magister Io. Baptista Mirtus huius prouinciæ Regni decus.

9 Hic ordo quatuor mendicantium numero est annexus, habetque post illos primum locum, & orandi in capella Sum. Pontif. in die Epiphaniæ & dominica de passione Domini retinet facultatem.

Huius Religionis habitus ad instar est Prædicatorum circa formam; sed quo ad colores attinet in eo differt, quod hic in interiori atque exteriori parte totus niger est.

SVMMARIVM EX CAP. XXII.

1 *RDO sanctissimæ Trinitatis redemptionis captiuorum à quibus instituitur, & quomodo.*
2 *Titulus sanctissimæ Trinitatis ab Inno. III. conceditur.*
3 *Ordinis institutum.*
4 *Prouinciarum, conuentuum, & Fratrum numerus.*
5 *Sancti ordinis.*
6 *Doctorum numerus.*
7 *Episcoporum, atque aliorum qui varijs officijs functi sunt numerus.*

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.

1 HOC D. Augustini sanctum institutum atque regulam amplexati sunt fratres, qui sanctissimę Trinitatis redemptionis captiuorũ nuncupantur, quorum ordo à duobus viris sanctissimis institutus est, Ioanne scilicet de Macta, & Felice Anachoreta, qui dum solitariæ vitæ gaudio fruebantur in quadã prouincia Galliæ, quam Prouenza vulgo nominant, prope Meldensem agrum corpori quietem imponentes, ter moniti sunt Romanum adire Pontificem, à quò regularis vitæ normam, & præpositi mentem erant accepturi, quod diligenter exequuti cum essent, Innocentio III. Pontif. Maximo reuelationem notam fecere; eos alacri animo acceptos Summ. Pontif. iubet aliquantum expectare, & interim continuis precibus & orationibus inuigilare, quia & ipse idem se facturum pollicebatur & pro eo Sacra dicturum. Dum ergo Sum. Pontif. Sacrum ageret in die S. Agnetis, qui contigit 12. Kalend. Frebuarij ac toti Clero orationes indixisset, & hostiam eleuans populo

populo ostenderet, Angelum domini vidit supra aram candida veste indutum, crucem in pectore bicolorem habentem, rubeam scilicet, & cæleſtem, qui cruciatis manibus, altera Christianum, altera verò infidelem tenebat, colore Æthiopum, tanquam alterum vellet pro altero commutare.

2 Pro qua reuelatione gratias egit domino Sum. Pontif. qui solemnibus sacris absolutis rem ex ordine narrauit, & anachoretis illis habitum album cum illius coloris cruce dedit, & redimendi captiuos munus, & nomen his verbis imposuit: Hic erit vobis ordo, quẽ sanctissimæ Trinitatis titulo & redemptionis captiuorum nomine ordinamus nuncupari.

Sic ergo anno 1197. institutus hic ordo fuit Innoc. III. Pontif. Max. Christi vices in terris gerente, dum imperium Romanorum administraret Henricus VI. & Constantinopolitanum Alexius III. & regnum Castellanum Alfonsus VIII. Aragoniæ Alphonsus XI. Lusitanum Sancius I. Francum Philippus II. & Neapolitanum Henricus Imperator VI.

3 Quod sibi captiuos redimendi munus impositum diligenter maximoq; feruore, & labore sũt exequuti huius ordinis fratres; nec huiusmodi tãtum actioni diligentẽ operã nauarunt, verum etiam animarũ redemptioni summo studio insudarunt, prædicationibus, confessionibus, & multis doctissimis scriptis Ecclesiã sanctã illustrãtes.

Hic ordo mirùm fulget in Lusitania vbi fuit reformatus; quorum patrum vitam summis commendat laudibus fr. Michael Borrellus in supplemento ad libellum qui reformatorium ordinis dicitur, eosq, non minores Chartusiensibus vitæ asperitate affirmat; nec non in tota Hispania floret obseruantia.

4 In Prouincias ordo iste diuiditur xviij.

Sub quarũ numero monasteria continentur 145. quorum primũ fuit in Gallia nũcupatũ cerui frigidi, & secundũ S. Thomę in fortijs in vrbe, in quibus omnibus degunt fratres num. 4000. in circa.

Hi omnes ab vno reguntur Generali, cui administratio eius vita durante conceditur; hic in Capitulo generali eligitur, & ab ordine condito quadraginta tres fuerunt,

5 Hanc ergo religionem vitæ sanctitate, & miraculis claram reddiderunt Sanctus Ioannes Matta: S. Fœlix eius socius primi fundatores, B. Gulielmus Burgiensis, B. Georgius Beltramus, B. Ioannes Criales, B. Robertus Gaguinus, B. Ioannes Quincozzes, & B. Bartholomeus Fexeda.

Doctores

6 Doctores verò qui Magisterij gradum sunt adepti, & varijs disciplinis seipsos atque Religionem claram reddiderunt, plus centum & quatuor fuere, eorum scilicet, quorum numerum, & nomina colligere potui; licet maiorem esse, relatum sit mihi † à Francisco Ribera Theologo & concionatore famatissimo, qui ab huius ordinis Procuratore generali dum Romæ esset hanc relationem obtinuit.

7 Nec etiam defuere Episcopi qui numerum quintum claudunt, sed plures fuisse arbitror.

Duo etiam Cancellarij regum fuere Maioricarum, alter frater Hieronymus Garzia, alter vero frater Ant. Ponte.

Legati etiam Regum vt Robertus Gaguinus.

Elemosinarius & à Consilijs erat regis Gallorum magister Bernardus Dominici.

His tamen exceptis plures alij, quorum meminit fr. Michael Borrellus in supplemento chron. ordinis quod est in reformatorio Constitutionum, ex quo aliquorum nomina collegi, inter quos est frater Io: Garzia Aragoniæ prouinciæ moderator, & in Hispania ordinis reformator, frater Ioannes Hurtado de Mendotia, frater Ioannes Bernardus, qui in omnibus Hispaniæ gymnasijs Theologiam docuit, & ipse frater Michael Borrellus multis nominibus commendandus, sicut frater Ioannes Vega, qui nostra tempestate suis doctissimis prędicationibus Hispaniam illustrauit, & multi alij ex nũc viuentibus quorum habere nomina non potui.

SVMMARIVM CAP. XXIII.

1 2 3 4 *RVCIFERORVM ordinis initium.*
Cruciferorum ordo restituitur à B. Ciriaco, demum ab Innoc. III. Pio II. & vltimò à Pio V. reformatur.
Prouinciarum, Conuentuum, & Religiosorum numerus.
Sanctorum, & virorum illustrium nomina.

CAPVT

CAPVT VIGESIMVMTERTIVM.

1 RVCIFERORVM Religio, quę sub D. Augustini militat regula, cæteris antiquior est ortu, vt Polid: Verg. Io: Lucid. Iglieścas, Paul: Morig. Augu: Floren. & alij citatis locis affirmant, non quidem authoritate, sed traditione. Dicunt à B. Cleto, III. post D. Petrum Christi Vicario institutam fuisse, vt Hospitali quod peregrinis recipiẽdis consti tutum erat ipsi præessẽt; sic namq; per cæleste nuntium præceptum illi fuerat, quod anno contigit à natali Domini 81. sub Tito Vespasiano; idque mihi constat ex authoritate plurimorum Summorum Pontif. quorum particulam priuilegiorum exaratam ad me Prior domus Romanæ transmisit; in illis enim Summi Pontifices eos à B. Cleto institutos affirmant. Priuilegia sunt Clementis IIII. Alex. III. Paul. III. Paul. IIII. & constat per
2 reformationem à Pio V. inditam. † Hunc ordinem (vt accidere solet) bellis & tempore iam pene extinctum suscitauit B. Ciriacus Hyerosolimitanus Patriarcha, sub Melchiade Sum. Pontif. & Constantino magno Imperatore anno 315. Sed hunc Ciriacum cum fratribus suis occidit pessimus Iulianus Apostata, qua de re cùm iterum esset ordo ad nihilum redactus, Innocentius Papa III. Religionum verè parens instaurauit. Multis enim qui cruce signati Romam venerant, vt inde aduersus infideles cum tota classe proficiscerentur, curam Sum. Pontifex cõmisit Albinenses hæreticos insequendi, eosque puniendi; quod cùm diligenter exequuti essent, regulam eis in memoriam accepti beneficij tradidit, multisq; priuilegijs honestauit, & sic Cruciferorum ordinem in lucem prodire fecit anno 1215. ijs imperantibus quos in B. Dominici ordinis institutione retulimus.

Pius II. eos denuo reformauit, & habitum ceruleum, quo nunc vtuntur, & crucem argenteam manibus portare statuit, vt ex eius diplomate constat, quos demum Pius V. Pontif. Max. reformauit.

3 Hic ordo Italiam non excedit, sed commodioris regiminis gratia in quinque diuiditur prouincias, Bononiensem scilicet, Venetam, Romanam, Mediolanensem, atque Neapolitanam: quæ omnes olim conuentus habebant centum & octo, hodie vero 55. cùm ex illis

lis multi iſtis ſint annexi ob eorum tenuitatem; Horum primus eſt conuentus Bononienſis.

4 In his ergo omnibus ducentum fere degunt Fratres† & ab vno gubernantur Generali, qui triennio completo officium dimittit, aliuſq; in eius locum eligitur, ſed ante annum 1540. perpetua ipſorum erat adminiſtratio.† Virorum ſanctorum aliqui numerãtur, quorum, & doctorum, aliorumq; illuſtrium nomina & geſta tradi mihi non potuerunt, quia monaſterium Venetiarum annis præteritis combuſtum fuit, in quo erat generale totius Religionis archiuium, aliquorum tamen memoria habetur:

Suntq; S. Liberius regis Armeniæ filius, cuius aſſeruari corpus in maiori eccleſia Anconæ, antequam Athila occuparet Italiam, relatum eſt mihi dum illud templum inuiſi: S. Ventura à Spello, S. Rinaldus, S. Sollicitus, S. Ciriacus, & S. Morichus, qui poſtea Franciſcanæ ſe dicauit religioni, ob miraculum in eius perſona D. Franciſci precibus demonſtratum; horum natalis dies in religione ſolemniter, vt Sanctorum religionis celebratur.

Sic etiam ex multis omni ſcientiarum genere ornatiſsimis viris hi nominantur, Vincentius I. V. D. & Epiſcopus Catarenſis, Ioannes Gambocus ad Patriarchatum Gradenſem aſſumptus; & nunc ordinem illuſtrat Nicolaus Stridonius Epiſcopus Milopotonenſis politis literis ornatiſsimus, & multis etiam abundat concionatoribus, & Lectoribus doctiſsimis. Sic ergo vnum Patriarcham habuiſſe adhuc habemus & Epiſcopos duos.

SVMMARIVM EX CAP. XXIIII.

1 *Rdinis S. Pauli primi Heremitæ inſtitutio, & tempus.*
2 *Floruit hic ordo in Vngaria.*
3 *Ordo Sierræ de oſſa in Luſitania huic olim erat incorporatus & initium.*
4 *Reformatur à Greg. XI. & demum à Greg. XIII.*
5 *Conuentuum & fratrum numerus.*
6 *Virorum qui ſanctitate & literis floruerunt nomina.*

CAPVT

CAPVT VIGESIMVMQVARTVM.

1 PRVDENTISSIMVS & miſericors Deus benignitate ſua omnibus in tempore neceſsitatis dat gratiam, ſpiritumq; ſuum excitat & collapſos mores reſtituit: quod præcipuè religionum efficit medio, vt in omnibus mundi partibus videre eſt. Sic anno 1215. ſecundũ omnium ſcribentium calculũ, Chriſtianũ ouile paſcẽte pro Chriſto Innocentio III. & imperium Romanorũ regente Conrado III. & Græcorum Balduino II. regnum Caſtellæ & Leonis Alphonſo IX. Aragoniæ Iacobo I. Portugalliæ Alphonſo II. Franciæ Philippo II. Neapolis Federico, qui poſtea fuit Imperator huius nominis II. ordo S. Pauli primi Heremitæ in Vngaria inſtituitur ab Euſebio Strigonenſi, qui vitam ducens ſanctam & religioſam, cum aliquibus alijs probis viris viuendi modum, & licentiam in communi iuxta alios religioſos à Bartholomæo Epiſcopo ſeptem Eccleſiarum petijt ac obtinuit, qui eccleſiam S. Iacobi de Patoth ſuæ diœceſis aſsignauit. Creuit eorum bonitate, religioſorum & monaſteriorum numerus, quam ob cauſam ab Vrbano IIII. S. Auguſtini regulam & ſuæ congregationis confirmationem poſtularunt, quod tunc Sum. Pontifex negauit; ſed Paulus Epiſcopus Veſpienſis viuendi modum aſsignauit, quem vſque ad Clementis Quinti tempora huiuſmodi religioſi ſeruarunt: tunc enim à fratre Franciſco à Flore minorum ordinis, Cardinali ampliſsimo, & in Panonnia Apoſtolicæ Sedis Legato, Auguſtini regulam obtinuere, & ordinis confirmationem anno 1308. Henrico VII. imperante Romanis, Andronico in oriente, Ferdinando IIII. Caſtellanis & regno Leonis, Iacobo II. Aragonenſibus Dionyſio Luſitanis, Philippo III. Gallis, & Carolo II. Neapolitanis. Fuit etiam ordo iſte à Io: XXII. confirmatus, qui eum ſub protectione ſanctæ Romanæ Eccleſiæ recepit.

2 Floruit ordo iſte, vt dixi, in Vngaria & Bohemia: ſed proh dolor, iſtis prouincijs à Turcis vaſtatis & occupatis, ad nihilum eſt redactus; propter quod, monaſteriũ quod in mõte Cælio poſsidebant cũ eccleſia S. Stephani rotundi dereliquerunt, eamq; Greg. xiij. munificentiſsimus & diligentiſsimus Pont. collegio Germanorum cum redditibus applicauit. Horum habitus vt fertur albus eſt.

Primus ergo Generalis fuit fr. Laurentius de Strigonia electus in Capitulo celebrato Budæ in conuentu S. Laurentij.

Hęc pauca de Religione iam penitus extincta & remota collegi, cui aliam ſubnectere volui, quæ aliquando ſub iſta militauit.

3 Religio ergo quæ in Luſitania clara eſt, Sierra de oſſa nuncupatur; originem à quibuſdam habuit Anachoretis, qui ſegregatim viuebant. Huic initium dedit quidam Benedictus ciuis Romanus, de tempore autem non conſtat, ſed magiſter Andreas Regendi huius Religionis alumnus, vir quidem antiquitatum non inſcius, refert hos religioſos dum Hiſpania à Mauris occuparetur vitam in ſolitudine egiſſe: in quo tamen variæ ſunt opiniones, prout quidam huius ordinis frater, doctiſsimo, & probatiſsimo viro ſacræ Theologiæ doctori Nicolao Lopes à Bolagnos amico meo Romæ exiſtenti retulit, qui de huius Religionis origine certiorem me reddidit; ſinguli ergo in heremo in paruis cellulis morabantur, & in domo Sierræ de oſſa ſeptem habitabant.

4 Hunc viuendi modum Gregorij XI. iuſſu anno 1377. reformarunt Epiſcopus Coimbricenſis, Epiſcopus Tudelæ,& Cantorbrage, qui eos quaternos ſimul viuere pręceperunt;quo tempore Carolus IIII. in occidente imperabat, in oriente verò Calojanes,in Caſtella,& Regno Leonis Henricus II. in Aragonia Petrus IIII.in Portugallia Ferdinandus, in Francia Carolus V. & in Neapolitano regno Ioanna I. Greg. autem XII. iterum eos iuſsit reformari, & non minus decem in qualibet domo viuere,& multis priuilegijs honeſtauit, imperante in occidente Roberto Bauaro,in oriente Ioanne, Caſtellæ & Leonis Ioanne II. Aragoniæ Martino, Portugalliæ Ioanne,Francię Carolo VI. Neapolis & Hieruſalem Ladiſlao. Cùm verò numerus religioſorum creuiſſet, cum S. Pauli primi Heremitæ Religione coniungere ſe decreuerunt huius congregationis patres, qui demum propoſitũ exequentes Prouincialem creauerũt, & ſic ordini illi fuerunt incorporati. Sed quoniam ob itineris longitudinem maximos labores patiebantur, amplius ad Capitula, non accedere decreuerunt, & à ſuis regebantur Prouincialibus, vſque quo Gregorio XIII. ſedente confirmationem obtinuere ordinis ſub regula B. Auguſtini,oct. Calen. Octobris anni 1578. imperan: Romanis Rodulfo II. toti Hiſpaniæ & Neap. Philippo II. maximo, & Galliæ Henrico III.

Hęc igitur congregatio ab vno Prouinciali Generalis vice regitur, qui eſt nunc fr. Martinus à S.Paulo, quem xj. alij in hoc munere prę-

re pręceſſere.

Hic eligitur tertio quoque anno in Capitulo prouinciali à rectoribus monaſteriorum, & diſcretis. † Domus habet 18. quarum prima eſt quæ Sierra de oſſa nuncupatur, Fratres verò ducentum viginti tantum numerantur. Sed quia ſimplicitati potius in ſolitudine vacauit hic ordo, neminem ex illo reperio qui Sanctorum numero ſit aſcriptus, nec etiam literatos doctoſque viros: ſed plures nunc habet, magno etenim ſtudio & diligentia literis ſacris & politis incumbunt.

6 Eorum tamen qui ſuæ vitæ ſanctitate, & exemplo religionem illuſtrarunt, quorum nomina ad me peruenerunt deſcribam, vt orationi finem imponam.

Manuel de Serpa.
Petrus Rabicho — Chriſtopharus Gobea — Vaſquius Conſaluus.
Petrus de Cangio — Triſtanus — Ioannes Aragonius
Mendus Scietra

SVMMARIVM EX CAP. XXV.

1 *RDINES ſub D. Hieronymi titulo plures ordinatim deſcribuntur.*

2 *Beatus Hieronymus laudatur, & ordinem Heremitarum ſuo nomine inſtituit.*

3 *Ordo s. Hieronymi in Hiſpania, quomodo inſtituitur & confirmatur.*

4 *Ordinis inſtitutum.*

5 *Carolus V. & Philippus eius filius maxima beneficia in hunc ordinem contulerunt.*

6 *Habitus Religionis.*

7 *Ordinis Beati Hieronymi fratribus fuit ab Imperatore Carolo V. regimen Indiarum in principio commiſſum.*

8 *Generalis quantum durat, & quomodo eligatur, & eorum numerus.*

9 *Conuentuum numerus, & aliqui præcipui nominantur.*

10 *Monialium monaſteriorum numerus.*

11 *Religioſorum numerus.*

12 *Virorum qui ſanctitate, & literis claruerunt numerus, & eorum nomina.*

13 *Ordinis Beati Hieronymi in Luſitania origo.*

14 *Conuentuum ibi exiſtentium numerus.*

15 *Ordo Beati Hieronymi in Italia collapſus à Petro Olmedo Hiſpano reformatur,*

tur, & nuncupatur Heremitarum B. Hieronymi.
16 *Conuentuum huius congregationis numerus.*
17 *Congregatio S. Hieronymi à Petro Gambacurta instituitur, & quando.*
18 *Carolus Gambacurta Marchio Celentiæ laudatur.*
19 *Approbatur ista congregatio à Martino V.*
20 *Prouinciarum, conuentuum, & fratrum numerus.*
21 *Beati ordinis.*
22 *Ordo B. Hieronymi Fesularum instituitur, & à quibus.*
23 *Ordinis huius institutum.*
24 *Habitus.*
25 *Monasteriorum & religiosorum numerus.*
26 *Virorum illustrium nomina.*

CAPVT VIGESIMVM QVINTVM.

1 DILVRES, & diuersæ religiones magni, ac illustrissimi Hieronymi Ecclesię doctoris celeberrimi nomine insignitæ, sub D. Augustini viuunt norma & constitutionibus. in quibus ne obscurè vt cæteri procedere videamur, ac lectores ad confusionem inducamus, sicut & ego maximo labore aliã ab alia seiunxi, quia omnes Heremitarum S. Hieronymi, vt dixi, nuncupantur, ordinatè procedam, & iuxta eorum tempora describam.

2 Beatus ergo Hieronymus vir summis laudibus, honore, & reuerentia colendus, qui non modo eximia eruditione, doctrina, ac labore sanctam illustrauit Ecclesiam, Hæreticorum falsas & prauas opiniones doctissimè, ac fortissimè confutauit, Romanam curiam sua prudentia mirum in modum ornauit, verum etiam suæ vitæ sanctitate maximum omnibus reliquit exemplum, post asperrimam in desertis Ægypti per quatuor annorum spatium pœnitentiam actam in Bethleem fecesit, ibique magnum monachorum numerum quos sanctissimè educebat congregauit, vt testatur August. Floren. in historia Camaldulensi lib. 1. cap. 17. Quem sanctum viuendi modum plures amplexati fuere, ita vt in Italia plura fuerint instituta monasteria, & in Hispaniam quoque translatus ordo

do mirum in modum creuit, pro vt hodie videmus. De his igitur religiosis, qui in Hispania sub huius sancti viri vexillo militant primùm sermo nobis peragendus est, quæ religio etsi (vt diximus) ex ea quæ in Italia plantata erat descenderit, prior in ordine ponitur, quia illius tempus à scriptoribus non describitur, sed vt infra dicemus à Petro siue Lupo de Olmedo huius alumno reformata, initium cępit secundum scribentes omnes.

3 Vir erat quidam sanctitate clarus in Italia huius congregationis præfatę, Thomas nomine, quem prophetiæ dono claruisse tradunt; hic dum suos alloqueretur, aliquando ad fratres dixit: Ecce Spiritus sanctus super Hispaniam descendit, nec scio quantum ibi commorabitur. Huius post obitum religiosissimi quidam fratres, illius verbi memores prouinciam illam petiere clarissimam, vt sui magistri compleri verba conspicerent. Toletanum ergo regnum feracissimum ac nobilissimum ingressi, ibi manere decernunt, & in deserto quodam Lupiana vocato, quod à Guadalagiara quatuor distat milliaribus, suum statuunt incolatum, iuxta quoddam sacellum Beatissimo Apostolo Bartholomæo dicatum; ad quos eorum sanctitate plures commoti libenter venere, & viri nobilissimi, inter quos Alphonsus Peccia Episcopus Mentensis apud Hispanos Iaen, qui Episcopatui renunciauit, Ferdinandus Sagnes Canonicus Toletanus, & maior Cappellanus eius cappellę, quam regum veterum appellant, Petrus Ferdinandus Peccia regis Don Petri cubicularius; qui simul aliqua D. Augustini documentis addentes, regulam sibi constituere, pro cuius confirmatione Romã accessere frater Petrus Ferdinandus à Guadalagiara, & frater Petrus Romanus, eamq; obtinuerunt 13. calen. Nouębris anni 1375. à Greg. XI. qui tunc Ecclesiæ sanctæ pręerat, imperan. in occidente Carolo IIII. in oriente Caloianne: Castellæ Henrico II. Aragoniæ Petro IIII. Lusitaniæ Alphonso III. Franciç Carolo V. Neapolis Ioanna I.

4 Horum fuit institutum contemplationi vacare, & diuinum officium maxima cum solemnitate supra omnes religiones ce-
5 lebrare, ita vt † Caroli Quinti Imperatoris maximi, eiusque geniti Philippi gloria non minore digni, animos erga se traxerint: nam & ille Imperio quo glorioſissimè functus erat renuntians, vitam solitariam, beatamq; ducens apud eos fecesit, & hic quando negotijs interpositis (quibus pro regnorum quę innumera habet gubernatione vigilantissimè incumbit) aliquantulum quietis vult

assume-

assumere, & Diuinorum contemplationi se tradere,ad hos Religiosos se confert, quibus templum, & monasterium ita ędificauit celeberrimum, vt omnia ante se constructa, magnificentia, pulchritudine,& ornatu longè superet.

6 Habitu induuntur albo cum scapulari, & pallio leucophei coloris, seu natiui (vt vocant.)

Hanc Religionem reformare desiderauit fr. Petrus de Olmedo Martini V. temporibus, qui aliqua ex B. Hieronymi scriptis desumpta addiderat, cui etsi Pontifex Summus assensit, eius tamen voluntatem progredi nō permiserunt aliqui ex patribus Hispanis, qui ad hoc Romam venere; qua de causa in Italia remansit, & collapsum B. Hieronymi ordinem, à quo ista vt diximus descenderat congregatio restaurauit, vt infra dicemus.

Hos tamen & qui in Italia erant voluit Nicolaus V. vnire, super quo diploma quoddam emanari iussit, & Capitulum Romæ celebrari, ad quod sex ex Prioribus Hispanis accessere,& multa quæ offerebantur impedimenta Summo Pontifici aperierunt,qui illis cognitis ab incepto proposito destitit.

Sunt regulæ quam profitentur obseruantissimi, apud omnes tamen peculiare est diuini (vt diximus) officij celebratio, & munditia in qua se reddunt admirabiles.

7 His patribus cura fuit ab Imperatore commissa Indorum clamores audiendi, & in Hispanos eos grauantes animaduertendi, quod munus prudentissimè exercuere.

Hæc Religio Hispaniæ tantum fines comprehendit.

8 Vnum habet Generalem, qui singulis tribus annis eligitur, nec S. Bartholomæi de Lupiana conuentus, in quo eligitur,fines egredi potest, absque diffinitorum Capituli licentia.Hic eligitur 3. Nonas Maij à fratribus conuentus S. Bartholomæi, & ab octo diffinitoribus à toto ordine constitutis confirmatur.

Et ab ordinis fundatione quinquaginta quatuor habuit, & cum eo qui nunc est electus quinquagesimus quintus numerus clauditur.

Non diuiditur in Prouincias.

9 Conuentus sub se continet in Castella,Aragonia, & Valētia quadraginta septem, inter quos primus est S. Bartholomæi de Lupiana, vbi Generalis residet, sed maior hucusq; est magnitudine,eleemosinis, & ornamentis pretiosissimis ad cultum diuinum spectantibus B.Mariæ Guadalupi, quem excedit ædificij mole S. Laurentij Escu-

Escurialis à Rege nostro Philippo inuictissimo Madriti à fundamētis extructus.

Tria etiam habet collegia pro studentibus, vnum apud Seguntinos, aliud Salmanticæ, & aliud in S. Laurentij Escurialis,in quibus centum ferè quinquaginta eorum, sacris & humanis literis incumbunt.

10 Monialium verò quatuor habet monasteria.

11 Religiosorum vero numerus millesimum & centenarium non excedit.

12 Nullum habet virum, qui in Sanctorum numerum sit relatus; sed multis floruit qui cum sanctitatis nomine decessere:videlicet supra relati primi fundatores; inter quos nimis elucet probitas fratris Ferdinandi Iagnez, qui ad Archipræsulatum Toletanum assumptus, illi postea renuntians, prioris vitæ quietem delegit, & frater Ferdinandus Falauera, qui primus Granatensis Præsul extitit post illam ciuitatem à Mauris obtentam.

Præsulatibus, alijsq; Ecclesiasticis dignitatibus multum non illustratur ordo, cùm hi fratres solitariam & quietam potius vitam profiteantur.

Nec etiam huc vsque multos habuit doctores, licet nunc magno studio literis incumbant sacris, sed nec illis caruit, inter quos prę-cipuè habentur frater Hector Pinto qui eruditissimè scripsit in Prophetas, frater Hieronymus à Guadaluppe in Oseam, & frater Ioannes à Cruce in Salmanticensi gymnasio publicus & acutissimus interpres.

13 Eodem fermè tempore plantatus fuit ordo in Lusitania à fratre Panuasco B. Thomæ discipulo, & hic erat sub Generali Castellæ, quidquid ad hoc Lusitani dicant: sed propter naturalem(vt dicam) inconformitatem, & controuersiam illius Regni incolarum cum Castellanis id constanter negant,& verè nunc ipsi nō subduntur,sed immediatè illius regni Prouincialis Sūmo Pontifici subditus est.

14 Sunt in ea Prouincia nouem conuentus, inter quos vt Luna inter stellas elucet cōuentus, qui dicitur de Bethleem,in quo illius regni Reges sepeliri eorum corpora iusserunt, sed primus antiquitate est conuentus de Pera longa.

Et hæc de congregatione in Hispania fundata dixisse sufficiet.

Petrus ille de Olmedo qui ordinem reformare cupiebat,cùm sui

15 voti compos in Hispania non fieret, animum in Italiam applicuit, vbi secundum aliquos Religione ipse fundauit, sed Paulus Morigia

cap.

cap. 46. ſuæ hiſto, docet eum potius reformaſſe, quod mihi magis probatur, & ita à quodam fratre Hiſpano huius ordinis relatum eſt mihi, & hoc circa annum 1432. ſub Martino V. imperantibus in occidente Roberto Bauaro, in oriente Ioanne, qui penultimus fuit Imperator, Henrico III. Caſtellæ, Ferdinando Aragoniæ, & Io: Primo Luſitaniæ, Carolo vj. Franciæ, & Ladiſlao Neap. regnantibus, fuitque primus eius Generalis, eiuſque corpus Romæ apud S. Alexij conditum eſt, in quo templo hi religioſi ſacra miniſtrant.

16 Hæc vt dixi in Italia tantum continetur, in qua † viginti habet monaſteria, & redditibus opulenta, eorumque primum eſt monaſterium Hoſpitaletti Lodegiani.

17 Alia à ſe ipſa, ſed ante hanc Petri reformationem, ſub huius ſancti viri nomine ſurrexit congregatio, cui initium dedit Petrus Gambacurta Piſanus, qui ſeculo relicto heremiticam vitam elegit, ad quem ſanctitatis ſuæ odore commoti plures acceſſere: quibus comitibus propè Vrbinum venit, & in monte qui ſex milliaribus ab vrbe diſtat eccleſiam ſanctiſsimę Trinitati dicauit, & cænobij iecit fundamenta, vbi contemplationi vacantes proprijs manibus victum quæritabant, fuitque hoc anno 1380. Vrbano vj. Eccleſiæ nauim regente, & imperium occidentale Carolo IIII. orientale Caloianne, regnum Caſtellæ Ioanne primo, Aragoniæ Petro IIII. Portugalliæ Ferdinando, Franciæ Carolo V. & Neapolis Ioanna I.

18 Ex eiuſdem Petri familia eſt Carolus Gambacurta vir integerrimus, & iuſtitiæ zelator, qui omnibus ferè huius regni Prouincijs præfuit, in quarum regimine prudentiſsimè ſe geſsit: cuius rei teſtis ſum ego, qui dum ipſe prouinciam Principatus vltra, ac poſtea Principatus citra, & Baſilicatę regeret, in eiſdem ipſe Auditoris munere ſum perfunctus, eumque Marchionis Celentiæ titulo Rex noſter inuictiſsimus meritiſsimè illuſtrauit, quem ex huius B. Petri familia eſſe in priuilegio Marchionatus, Rex noſter affirmauit.

Hæc à Martino V. cæteriſque ſucceſſoribus fuit approbata, ſed quia iuxta antiquas patrum traditiones vota ſolemnia fratres non emittebant, eratque licitus à religione exitus; Pius ille V. maximus omnium Pontifex anno 1569. 15. calen: Aprilis ad trium votorum eſſentialium profeſsionem coegit, ſub Auguſtini regula, & proprijs ipſius congregationis conſtitutionibus.

Eorum habitus eſt ſicut & cæterorum huius nominis Heremitarum

rum, coloris enim taneti ſiue leonati, vt diximus, tunica ad collum rugata vtuntur, quam cingulo coriaceo cingunt, cui ſuperimponunt capucium eiuſdem coloris, à quo faſcia quædam pendet longitudinis palmi vnius cum dimidio, & latitudinis digitorum trium, & pallium rugatum eiuſdem coloris ſuperimponunt.

Horum religioſorum probitatem ſummè laudat Paul. Morigia in ſua Hiſto. cap. 41.

Generalem habent Rectorem, qui triennio quolibet eligitur per Capitulum generale, eſtq; nunc reuerendiſsimus fr. Io. Baptiſta de Boueritis de monte Silicæ Patauinus.

20 In Prouincias duas tota diuiditur congregatio, quarum altera Marchiæ Anconitanæ, altera verò Marchiæ Triuiſanæ appellantur.

Conuentus comprehendit ſexaginta quatuor, primus eſt ſanctiſſimæ Trinitatis Montis belli, quem B. Petrus Gambacurta ædificauit. Habent Neapoli eccleſiam D. Mariæ gratiarum dicatam, picturis & cappellis ornatiſsimam & politiſsimam, & conuentum etiam pulchrum.

Fratrum numerus eſt nunc octingentorum.

21 Plures etiam habuit viros ſanctitate claros, inter quos B. Petrus Gambacurta congregationis inſtitutor, & auctor.

B. Nicolaus de Turcha.
B. Benedictus de Leſena.
B. Philippus de S. Agatha.
B. Marcus de Verona.
B. Andreas de viſſa.
B. Martinus de Catalonia.

22 Vltima congregatio quæ ſub huius Sancti nomine cæpit militare fuit illa quæ dicitur B. Hieronymi Feſularum, cui initium dedere Carolus Granellus, Redo Granellus, & Redo Marſius ſecundum Paulum Morigiam cap. 32. & Auguſtin: Floren. in hiſto. Camald. cap. 67. lib. 3. licet in tempore concordant Polid: Verg. lib. 7. c. 3. dicit à Carolo tantum inſtitutam, & illos duos alios, non eſſe diuerſas perſonas, ſed ipſam Caroli quam diuerſis nuncuparunt nominibus.

Et ita confirmatum eſt mihi à reuerendiſsimo huius congregationis Generali qui eum Carolum ex Medicea illuſtriſsima familia ortum habuiſſe affirmauit; idq; ex eo approbari dicebat quòd in conuentu Sancti Hieronymi Feſularum, ſub inſignibus religionis adſunt quoque Mediceæ familię inſignia; quidquid autem ſit, hæc ſurrexit anno 1406. ſub Innocentio VII. imperantibus Roberto Bauaro in occidente, & Ioanne in oriente, Caſtellæ verò Henrico III. Aragoniæ Ferdinando, Portugalliæ Ioanne I. & Franciæ Ca-

rolo VI. & Neapolis Ladislao, & Heremitarum S. Hieronymi fuit nomine insignita.

Ex eo Fesulana S. Hieronymi dicta est congregatio, quòd in D. Hieronymi templo prope Fesulas instituta fuerit.

23 Primùm equidem hi religiosi sanctè ac piè viuentes charitatis operibus vacabant, sicque maximam infirmorum curam habebãt. Demum literis quoque sacris summo studio operam dare cæperũt, ita vt in celeberrimo Florentino concilio, magno fuerint Christianę religioni & Apostolicæ sedi adiumento: cuius rei ob causam gratus Pontifex Eugenius IIII. & in religionem erexit sub D. Hieronymi regula & D. Augustini norma, & plurima eis priuilegia cõcessit, & monasteria constructit, cùm prius Gregorius XII. ordinem confirmasset.

24 Habitus eorum est alba tunica, & pallium cum scapulari bigij coloris. Generalis administratio tribus tantùm durat annis Gregorio xiij. Pontif. max. iubente, cùm prius duobus tantùm annis compleretur.

25 Quadraginta habet monasteria, quæ omnia sunt extra mænia ciuitatum in quibus sunt fundata, & in eis habitant octingenti ferè religiosi.

26 Floruit etiam sanctis viris B. Carolo scilicet fundatore, B. Gualterio, & B. Eusebio.

SVMMARIVM EX CAP. XXVI.

1 ORDINIS *Præmonstratensium institutio, & confirmatio.*
2 *Habitus huius religionis.*
3 *Monasteriorum numerus.*
4 *Præmonstratensium nomen vnde ortum est.*

CAPVT

CAPVT XXVI.

1 PRÆMONSTRATENSIVM religio quarundam mulierum occasione, quæ sanctè ac religiosè in Germania viuebant instituta fuit; nam aliqui viri optimi eius vitę æmulatores, simul se congregarunt, & illi initium dederunt, vt refert Abbas Ioachinus in introductione in Apocalip. cap. 20. Horum fuit dux Robertus natione Lothoringius, qui postea Madeburgensis fuit Episcopus; & hoc fuit anno 1120. sub Calisto II. Henrico V. occidentale, Ioanne Comneno orientale Imperium regentibus, Alphonso VII. Castellæ & Leonis, Alphonso I. Aragonię, Alphonso I. Portugalliæ, Ludouico VI. Franciæ. Eum demum confirmauit Honorius II. anno 1124. Lothario II. imperante in occidente, alijsque suprascriptis, & Canonicos Regulares instituit, quorum nomen, Canonicorum scilicet Regularium S. Augustini adhuc retinent, & demum ab Innocentio III. anno 1199. eisdem imperantibus, & regnantibus quos supra in sanctissimę Trinitatis religione descripsimus reformati fuere†. Albę tunicę purissimi lini superaddunt amictum & album pallium de-
3 super gestant. † In Hispania, & Gallia adeò floruit ordo iste, vt 1300. habuerit cœnobia, nunc tamen pauca remanserunt; quę verò in Hispania erant cùm ab antiquo proposito deuiassent, instatum fuit apud sanctissimum Pium V. vt religioni B. Hieronymi vellet vnire, quod Sum. Pontif. negauit, sed ex eo aliquantulum magis reformatè viuunt.

Generalem non habet, neque Capitulum generale in ea celebratur, sed qui in Hispania sunt, Prouincialem sibi eligunt & Capitulum cęlebrant.

4 Dicti sunt Præmonstratenses à prędmonstrato mõte, quod est prope Lugdunum. Huius religionis Abbates, Episcopalibus induuntur insignibus dum sacra cęlebrant, & minores ordines religiosis suorum ordinum conferunt.

Hæc pauca dixi quia in Italia religio ista non est dilatata: Idcoque notitiam plenam de reliquis ad eam pertinentibus habere non potui.

SVMMARIVM EX CAP. XXVII.

1 *Canonicorum Sancti Saluatoris origo.*
2 *Sancti Saluatoris nomen, & vnde processerit.*
3 *Generalium, conuentuum, ac religiosorum numerus.*
4 *Sanctorum, & Beatorum numerus.*
5 *Summorum Pontificum, & aliorum Prælatorum numerus.*
6 *Protectorum ordinis numerus.*

CAPVT VIGESIMVMSEPTIMVM.

1 CONGREGATIO Canonicorum Regularium S. Saluatoris ab antiquissimo Canonicorum Regularium ordine originem trahit: nonnulli enim ex illo ordine in S. Marię extra Bononiam antiquissima canonica ordinem illum reformare cæperunt, sicut constat ex literis Innocentij Papæ 11. sub datũ Pisis sexto Cal. Septembris 1136. sub regimine Diui Guidonis Prioris perpetui dictæ canonicæ Rhenanę. Hi autem Canonici anno 1350. Rhenana canonica destructa in alteram intra Bononiensem ciuitatem sanctissimo Saluatori dicatam se contulerunt. His duabus canonicis accessere monasterium S. Ambrosij extra Augubium, & aliud Martini Quinti Pontificis maximi benignitate, precibus Rayneri de Quisilerijs nobilis Bononiensis. Sed alij voluere non à Canonicis Regularibus, sed ab Heremitis Diui Augustini originem trahere.

2 Hæc autem congregatio meritò S. Saluatoris titulo est insignita, cùm prius Rhenana nuncuparetur, quòd in illo monasterio, siue canonica sanctissimo Saluatori dicata coalescere cępit, vt patet ex bulla Martini V. sub datum Friburgi Lausanensis diœcesis anno 1418. confirmatio verò sequuta fuit anno 1430. ab eodem Martino V. cuius sententiam alij xxx. Pontif. Max. sequuti sunt.

3 De Generalibus ordinis verba facturis sciendum est, nonnullos qui ab anno 1136. fuere vsque ad annum 1418 non Generales sed perpetuos Priores nuncupatos fuisse, ex quo vnam tantum vel duas canonicas regebant; & hi tredecim fuerunt; ab illo deinde tempore

tempore ad istud, quadraginta nouem præfuere Generales, quorum administratio per annum durat, sed nonnulli pluries confirmantur.

Istorum habitus est alba lanea tunica, super qua Canonici rocchettum portant, cui ad differentiam Canonicorum Regularium Lateranensium, scapulare superimponunt cum capucio breui eiusdem lanæ & coloris, & extra domum, nigrum pallium eiusdem panni gestant.

Non diuiditur in Prouincias, & Italiam non egreditur.

Sed canonicæ siue conuentus numerum claudunt quadragenarium. Canonicorum nunc viuentium numerus est sexcentum, fratrum verò commissorum 150.

4 Sanctorum verò numerus certus de ista religione haberi nõ potest, cùm sit comprehensus sub illo qui de Canonicorum Regularium religione traditur: sed duorum tantum virorum sanctissimorum nondum in cathalogum Sanctorum ascriptorum nomina haberi possunt, & sunt Beatus Stephanus Senensis, & Beatus Archãgelus Bononiensis.

Virorum autem illustrium doctrina & nobilitate, numerum atque nomina habere non potui, ac propterea ommittuntur.

5 Sed Prælatorum multitudine in omni dignitate clarissimorum illustratur hic ordo, vt ab huius ordinis optimo religioso accepi, nam Summos Pontifices habuit tres.

Cardinales sex. Patriarcham vnum.

Archiepiscopos tres, Episcopos octo, alterum commendatarium S. Spiritus, & alterum præfectum Vaticanæ bibliotecæ.

Antiquior siue prima religionis domus, est canonica Rhenana. Huius ordinis Prælati facultatem habent, inter solemnia Episcopalibus insignibus vtendi, & ordines minores religiosis ordinis conferendi.

6 Protectores religionis à Martino V. vsque ad sanctiss. D.N. Sixtum fuere 12.

SVMMARIVM EX CAP. XXVIII.

1 *Esuatorum ordinis initium.*
2 *Nomen istud vnde fuerit indictum.*
3 *Institutum ordinis.*
4 *Monasteriorum numerus & etiam monialium.*

Reli-

5 *Religiosorum numerus.*
6 *Beatorum numerus, & aliquorum doctissimorum virorum ordinis.*

CAPVT VIGESIMVMOCTAVVM.

1 IESVATI etiam apud Senas cæperunt, proprijs in ædibus diuinis præceptis inuigilantes, ac post aliquam contra B. Ioannem Columbinum ortam persequutionem probati, confirmantur ab Vrbano V. anno 1363. Carolo IIII. in occidente, Paleologo cum Ioanne Cantacuzeno in oriente dominantibus, Petro qui crudelis dictus fuit Castellæ, Petro IIII. Aragoniæ, Petro I. Portugalliæ, Ioanne II. Franciæ, Ioanna I. Neap. sub Augustino profitentur, licet eius regulam non seruent, sed B. Ioannis de Fosignacco Ferrariensis Præsulis, eius ordinis alumni præcepta custodiunt.

Hos Martinus V. recepit sub protectione sedis Apostolicæ circa annum 1422. Habitu vtuntur albi coloris.

2 Apostolici viri prius dicti, Iesuati demum appellati fuere, ex quo Iesu nomen dulcissimum in ore semper habebant.

3 Sacris nullus initiatur ordinibus, & contemplationi tantùm vacant, & quod supereſt temporis impendunt in aquis ab herbis distillandis, quas vendunt, & pecunias in vsus necessarios conuertunt.

In Italia tãtùm continetur hic ordo, & in duas partes diuiditur, in Tusciam scilicet, & Lombardiam.

Generalem non habet, sed duos tantùm visitatores, alterum in Lombardia, alterum verò in Tuscia.

4 Domus habet 33. quarum prima est sanctissimorum Ioannis & Pauli in vrbe.

Monasteria Monacharum 3.

5 Religiosos circiter 600. Monachas 200.

Inter Beatos arbitrantur 16. inter quos elucet B. Ioannes Columbinus institutor.

Qui verò suis scriptis religionem claram reddiderunt pauci fuere, cùm sit longe ab eorum instituto literarum studium: verùm non

non defuere plures docti viri, vt ipse B. Io: Columbinus, qui plures Epistolas pulcherrimas scripsit; Antonius Bitini scripsit librum, scala cæli nuncupatum, & alia plura deuota opuscula; Ioannes Actosimanus scripsit de profectione Christiana librum, & alia multa, item Nicolaus à monte Pulciano: & nunc viuunt accuratissimus frater Paulus Morigia, qui Religionum historiam compendiò scripsit, & alia multa, Aug. de Medoli qui scripsit de prædestinatione, Bonauentura de Bononia, qui poetico stilo multa carmina deuotè scripsit, Dominicus de Bononia poemata deuotissima composuit, & Bonauentura de Florentia qui etiam librum carminum spiritualium edidit.

SVMMARIVM EX CAP. XXVIIII.

1 *Ambrosianorum ordinis institutio.*

CAPVT VIGESIMVMNONVM.

1 AMBROSIANI quoque sub Augustini militant documentis; originem à tribus habuere qui Ambrosij tempore heremum Mediolani proximam incoluere, quo in loco D. Ambrosio templum ædificarunt. Horum successores pallium & scapulare heremiticæ vesti addentes, anno 1441. Augustini regulam profesi fuere sub Eugenio IIII. Pontifice maximo: imperantibus in occidente Sigismundo, & in oriente Ioanne Paleologo, Castellæ & Leonis Ioanne II. Alphonso V. Aragoniæ, & Neap. eodem Alphonso huius nominis I. Ioanne Portugalliæ, & Carolo VII. Franciæ.

SVMMARIVM EX CAP. XXX.

1 *Apostolinorum ordo instituitur.*

CAPVT

CAPVT TRIGESIMVM.

1 APOSTOLINI etiam qui à B. Barnaba Apostolo originem trahunt, sacra olim non celebrabant, sed in communi viuebant, iuxta primitiuæ Ecclesiæ ritum. Anno deinde 1404. ab Innocentio VII. sacra celebrandi facultas fuit eis concessa, & D. Augustini regula præfixa, Roberto Bauaro in occidente, & Emanuele II. Paleologo in oriente imperantibus, Henrico III. Castellæ & Leonis, Martino Aragoniæ, Ioanne I. Portugalliæ, Carolo VI. Franciæ, & Neapoli Ladislao.

Habitum gerunt vt Ambrogiani, ex quo eosdem esse nonnulli putarunt, prout ego arbitror.

SVMMARIVM EX CAP. XXXI.

Ordo nuncupatus de buoni homini à quo institutus fuit.

1

CAPVT XXXI.

1 CONGREGATIO pariter, quam vulgo de buoni homini appellant, à Riccardo Cornubiæ Comite propè Londinũ instituta fuit, anno 1257. sub Alexandro IIII. S. P. Imperatoribus Federico II. in occidente, Balduino in oriente, Alphonso X. sapientissimo Castellæ & Leonis, & Didaco I. Aragoniæ, Alphonso III. Lusitaniæ, Ludouico IX. Galliæ, & Manfredo Neap. Regibus; Hanc Augustini regulam profitentur, eiusque religiosi veste induuntut cerulei coloris.

SVMMARIVM EX CAP. XXXII.

1 *ORdo Beatæ Brigidæ instituitur.*
2 *Religionis habitus.*

Beatæ

CAPVT TRIGESIMVM SECVNDVM.

1 BEATÆ Brigidæ ordo præclarus regulam seruat D. Augustini. Hunc B. Brigida instituit, vt religiosi & mulieres simul cohabitarent, diuisorio tamen pariete, in superiori parte mulieres, & in inferiori monachi, templum commune habentes, vtque omnibus præesset Abbatissa. Fuit hic ordo approbatus ab Vrbano V. anno 1360. ijsdem etiam imperantibus & regnantibus, quos in religione Iesuatorum scripsimus, & à Greg. IX. confirmatus anno 1370. ijsdem etiam imperantibus.

2 Habitus horum religiosorum est tunica, cum caputio, & mantello grisei coloris, in sinistra parte rubeam crucem imponunt, & in medio parum panni albi, & hoc signo sacerdotes à diaconis differunt, qui in sinistra parte circulum album in quo extant quatuor particulæ rubei panni in formam linguarum: & conuersi crucem albam, cum quinque particulis rubeis sinistro lateri imponunt.

Monialium verò habitus est grisei coloris sub forma quæ describitur in cap. 4. regulæ.

Extat inter alias hæc eis constitutio, vt in qualibet domo nõ adsint plusquam 13. sacerdotes, quatuor diaconi & reliqui laici, vsque ad numerum 25. vt in cap. 13. regulę; studio vacare iubentur, & orationibus, & quilibet ingressurus tantã pecuniã vel annuos redditus conferre tenetur, qui pro pane ei sufficiant.

1 *SVMMARIVM EX CAP. XXXIII.*

2 *RDO Hospitalariorum Ioannis Dei, vbi, & quando institutus.*

O *Pius V. ordinem approbauit, Gregorius XIIJ. confirmauit, & Sixtus V. priuilegijs plurimis ornauit, comitia generalia congregandi, & Generalem eligendi facultatem*
3 4 *concesit.*

5 *Habitus religionis.*
Xenodochiorum numerus.
Aliquorum nomina, qui cum sanctitatis odore decesserunt.

CAPVT XXXII.

1 VLTIMVM locum ſub D. Auguſtini regula vendicat ſibi congregatio fratrum Hoſpitalariorum Ioannis Dei. Hæc primũ Granatæ celeberrima, & illius regni primaria vrbe, in Hiſpania inſtituta fuit à viro quo-
2 dam Ioannes nuncupato †, qui ex oppido Montis maioris in Luſitania humilibus parentibus ortus, dum per aliquot annos, & ouium cuſtos, & miles fuiſſet, è bello Granatam aliquo tempore interiecto reuerſus, proprijs manibus ruri laborans victum ſibi acquirebat. Cùm verò pecuniæ quæ ſupererat aliquam partem cumulaſſet, libros emit nonnullos, imagines ſanctorum papireas, & cartulas, vt dum huic exercitio nauaret operam, quietius viueret, ac liberius ſeruire Deo poſſet. Sub Caroli Quinti imperio anno 1538. fuit ad Deum vocatus per magiſtrum Auilam clericum ſecularem, virum clariſsimũ in Hiſpania, ob eius ſanctitatem, ac doctrinam: quem dum concionantem in die ſancti Sebaſtiani audiuiſſet Ioannes, ſtatim domum reuerſus, omnia diſtribuit, & tanto feruore cæpit ſequi dominum, vt cùm per plateas alta voce ſe peccatorem appellans incederet, humi, & in luto præſertim ſe proſterneret, ſuaſque culpas & peccata pateſaceret, idque per plures dies feciſſet, ſtultus ab omnibus, & ſenſu carens fuit iudicatus: idcoque ad hoſpitale mente captis recipiendis præparatum ductus fuit, quod ſibi ſummopere gratum euenit, vt pro Chriſto inſanus haberetur. Poſtquã ergo per aliquot ibi mẽſes permanſiſſet, & iam in ſe reuerſum hoſpitalis rectori oſtenderet, dimiſſus Beatiſsimæ Mariæ Guadaluppi templum petijt, & inde Granatam eiuſdem magiſtri Auilæ monitis & ſuaſionibus reuerſus, tanta erga pauperes charitate inflammatur, vt licet illius ciuitatis incolæ eum mente captum arbitrarentur, piorum tamen virorum eleemoſinis adiutus domum cõduxit, & pro tenui facultate ſua pauperes & infirmos introducens, illis, victum & alia quæritando inſeruiebat, & ſpiritualia pabula, per ſe, & per ſacerdotes, quos ad illorum confeſsiones audiendas vocabat, ſubminiſtrabat. Eoque res peruenit, vt cùm ipſe neminem abijceret, domus iam eos commodè recipere non poſſet; quadere aliam conduxit, in eamque ſolus, & lectulos, ac infirmos humeris aſportauit. Cùm verò in dies eius immen-

ſæ charitatis ac deuotionis opera, ſuæ magnę probitatis præberent teſtimonium, ad eum vt virum ſpiritu Dei plenum deuoti plurimi conuolarunt, eleemoſinas offerentes: quorum aliqui tanti operis æmulatores ſe illi in ſocios dederunt; pluribus tamen operibus ſanctiſsimis plenus migrauit ad Dominum vj. Idus Martij 1550. cuius corpus honorificè magno populorum concurſu ſepultum fuit, vt in eius vita legitur.

Poſt cuius obitum, plures ex ſocijs, eius monitis & exemplo cõmoti, non modo cæptum opus Granatæ ſequuti ſunt, & piorum eleemoſinis auxerunt, verum etiam diuerſis in locis alia xenodochia fundarunt: inter quos primùm Antonius Martinus, ipſius Ioannis ſocius Madriti ſecundo xenodochio initium dedit; hunc & alius quoq; vir ſanctitate clarus, Marinus de Deo æmulatus aliud Cordubæ fundauit, & intantum hoc ſanctum inſtitutum horum fratrum virtute, & ſanctitate creuit, vt in Hiſpania, Italia, Sicilia, & Indijs occidentalibus in omnibus ferè primarijs ciuitatibus plurima hoſpitalia plantauerint.

3 Hunc ordinem ſub protectione Sanctę Romanæ Eccleſiæ recepit ſanctiſsimus ille Pontifex Pius V. calend. Ianuarij 1571. & ſub regula Diui Auguſtini militare præcepit, eccleſiam ſancti Ioannis Calobitæ in Inſula ſancti Bartholomæi de vrbe illis conceſsit, & multis eleemoſinis iuuit, vt xenodochium fundarent, quod breuiſſimè horum religioſorum charitate creuit. Confirmatus ordo fuit à Gregorio XIII. & demum Sixto V. qui pluribus indulgentijs, immunitatibus, & gratijs ordinem ditauit, licentiam capitulum generale congregandi conceſsit, & ſuum eligendi Generalem; qua freti auctoritate comitia generalia primùm Romæ celebrarũt, anno 1587. in quibus Generalem ſibi elegerũt fratrem Petrum Sorianum Granatenſem, ſtatueruntque vt eius adminiſtratio per ſexennium duraret, cætera verò officia, & quæ ad ordinis regimem attinent conſtitutiones, ordinarunt.

Omnes hi religioſi tria profitentur vota, & addunt quartum hoſpitalitatis: ſacris non initiantur, in qualibet tamen eorum domo habent ſacerdotem, ex eorum familia, qui Sacrum faciat, & infirmis ſacramenta miniſtret. Floret adhuc nimia ſanctitate, cùm præter charitatem immenſam, quam in curandis infirmis adhibent, ſunt huiuſmodi religioſi humilitatis & pœnitentię amatores, & ſui ipſius contemptores.

4 Ideoque eorum habitus eſt breuis tunica viliſsimi, ac duriſsimi

panni coloris Cappucinorum, cui eiuſdem panni ſcapulare vſq; ad genua cum caputio breui ſuperimponunt; aperto capite, & nudis pedibus eorum plurimi incedunt, licet aliqui calceis ex parte ſuperiori apertis pedes muniant.

Xenodochiorum numerus eſt adhuc amplius xxx.

Floruerunt adhuc nimia ſanctitate præter Ioannem Dei, Antonius Martinus, Marinus Dei, Petrus peccator, & alij multi; & hæc de hac religione dixiſſe ſufficiat.

SVMMARIVM EX CAP. XXXIIII.

1 *RDO Hoſpitalitatis S. Ioannis Baptiſtę Hieroſolymitani inſtituitur.*
2 *Ordinis Hieroſolymitani inſtitutum.*
3 *Habitus religioſorum.*
4 *Prouinciarum ſeu linguarum numerus.*
5 *Hugo de Loubenx generalis Magiſter laudatur.*
6 *Frater Marcellus Maſtrillus, Vincentius, Petrus Antonius, & fratres laudantur.*
7 *Alexander Maſtrillus commendatur.*

CAPVT XXXIIII.

1 Milites quoq; religioſos, qui Auguſtini hanc regulam ſeruãt, poſt monachos deſcribere decreui, inter quos primũm de Hieroſolymitanis S. Io: Bapt. dicendum nobis occurit. Hi etenim à Guerardo quodam (poſt recuperatam Hieruſalem à Goffredo) inſtituti ea in
2 ciuitate fuere †, vt peregrinis qui deuotionis cauſa eo veniebãt inſeruirẽt, anno 1099. ſub Paſchaſio II. ſum. Põt. Henrico IV. in occidente, Alexio I. Comneno in oriente imperantibus: Alphonſo vj. Caſtellę, Petro I. Aragoniæ, Franciæ verò Philippo I. regnantibus.

3 Hi vt ab alijs, qui huic operi incumbebant dignoſcerentur, albam crucem nigro pallio impoſuerunt, nec his tantum charitatis operibus ſe dicarunt, verum etiam contra infideles fortiſsimè præliabantur, ex quo Rhodi inſulam à Goffredo Hieruſalem Rege, anno 1308. dono habuere, ſub Clemente V. imperantibus Henrico

Henrico viij. in occidente, Andronico ſeniori Paleologo cum filio Michaele in oriente: regnantibus Caſtellæ Ferdinando IIII. Iacobo II. Aragoniæ, Dionyſio Portugalliæ, Philippo III. Franciæ, & Carolo II. Neap. quam inſulam magno cum honore nouiſſima vſque ad tempora noſtra deffenderunt, & poſſederunt: tirannica tamen vi maxima Turcarum domini Solimani coacti deditionem fecere anno 1522. imperante Romanis, Hiſpaniæ ac vtriuſque Siciliæ Rege V. Carolo, Portugalliæ Ioanne III. & Gallię Franciſco I. in cuius inſulæ locum Melitenſem Siciliæ proximam inſulam à Quinto Carolo eis donatam poſsident, eamque mira virtute à Turcarum obſidione deffenderunt, & in dies Turcas magnis exercent ſtimulis. Eorum vitam commendat Bernardus in ſuis ſermonibus à Caſſan: relatus in catal. glor. mun. 9. par. 4. conſidera: 1. col. in fine & per totam ſecundam, quos longè (prout ſunt) inferiores nunc eſſe à primo inſtituto aſſerit Caſſan. loco citato.

4 Diuiditur hęc religio in 8. vt aiunt linguas, & redditus habet maximos qui inter milites commendatorios diuiduntur.

5 Generalem habet Magiſtrum, qui nunc eſt frater Hugo de Loubenx Verdala Tholoſanus à Sum. Pontif. noſtro Sixto V. Cardinalium collegio adiunctus.

Habet etiam & Priores qui alicubi magni nomen obtinent, vt in Hiſpania magnus Prior Caſtellæ, in Gallia, & alijs Prouincijs.

Floruit ſemper ordo iſte plurimis ſtrenuis ac doctiſsimis viris:
6 inter quos meritò connumerandus eſt † frater Marcellus Maſtrillus ob ſuam fratrumq; virtutem, habet enim Vincẽtium ſacri Neapolitani Prætorij Conſiliarium, virum doctiſsimum, & integerrimum, Carolum, & Gregorium Societatis Ieſu, Petrum Antonium qui in magnæ Curię Vicariæ cauſ. criminal. fiſci partes tuetur, Marium in regno Siciliæ etiam regium miniſtrum, & Ioannem Baptiſtã eiuſdem ordinis Hieroſolymitani militem ſtrenuum. Floruit hæc nobiliſsima familia pluribus ſemper præſtantiſsimis viris, & nunc etiam præter dictos & alios, habet † Alexandrum Maſtrillum, cauſarum patronum accuratiſsimum, legalis diſciplinæ necnon ſcientiarum omnium peritiſsimum.

SVMMARIVM EX CAP. XXXV.

1 *Theutonicorum ordinis origo & inſtitutum.*

CAPVT

CAPVT TRIGESIMVMQVINTVM.

1 THEVTONICI etiam milites, Hierusalem anno 1000. sub quodam Theutonico instituti fuere, vt suæ nationis peregrinos Hierusalem vnientes reciperent. Ea tamen vrbe à Saracenis expugnata, Germaniam redierunt anno 1220. Ecclesiam Romanam gubernante Honorio III. imperante Romanis Federico II. Græcis Alexio, Alphonso IX. Leonis, Ferdinando III. qui sanctus fuit dictus Castellæ, Portugalliæ Alphonso II. Franciæ Philippo II. & Neapolis eod. Federico II. Imperatore. Prusiam Prouinciã maximam & frugiferam infidelibus inde expulsis occuparunt, quam possident Federico II. probante & concedente. Magnis abundant hi milites redditibus, suntque apud omnes magno honore, nec minus regibus illos esse potentes affirmat Cassan. in catalo: glor: mund: 9. par: sex. considera. vrbem ædificarunt quam Burgum S. Mariæ nuncuparunt, vbi Magister mag. residet. nigram crucem super pallio albo gestant.

SVMMARIVM EX CAP. XXXVI.

1 *ORDINIS militaris S. Iacobi in Hispania origo, & tempus.*
2 *Confirmatur ab Alexandro III.*
3 *Magistrorum Generalium numerus.*
4 *Magistratus dignitas Regibus Castellæ fuit incorporata.*
5 *Magistri electio qualiter olim fiebat.*
6 *Prouinciarum numerus.*
7 *Commendæ maiores duæ, & duo Priorãtus.*
8 *D. Ioannes à Stunica maior Commendatarius laudatur.*
9 *Commendarum numerus, & militum cum quibus seruire debent.*
10 *Viri plurimi illustres collaudantur.*
11 *D. Ioãnes à Stunica Comes Mirandæ Prorex Neap. eccelẽtissimus laudatur.*
12 *D. Petrus Toletus, & Henricus Mendotia, & D. Franciscus Mendotia nuncupantur. Balthasar Caracciolus, & Carolus Loffredus nominantur.*
13 *Franciscus de Vera ab Aragonia, & D. Petrus eius nepos commendantur.*

SANCTI

CAPVT XXXVI.

1 SANCTI Iacobi etiam milites eandẽ D. Augustini seruant regulam, quorum institutio diuersimodè narratur & incertè. Iglieſcas enim in histo: Pontif. lib. 4. in vita Ramiri Hispaniarum regis ab eo institutam hanc religionem testatur, anno 837. sub Pont. Greg. IIII. imperantibus Ludouico in occidẽte, Michaele II. in oriente, eodem Ramiro I. Hispaniæ, & Ludouico I. Franciæ; nonnulli autem vt Volaterra: Polid: Vergilius, & Cassaneus in catalo: glor: mundi 9. par. 7. considera: à Petro Ferdinando originem habuisse tradunt.

Alij verò vt Sansouinus in histo: originis omnium militarium religionum, & scriptor regulæ ordinis S. Iacobi in cap. 1. de fundatoribus ordinis, & in cap. 2. de antiquita: ordinis (etsi iste non affirmet temporibus Ramiri, eo scilicet tempore quo Mauris deuictis multa regaliter elargitus est ecclesiæ S. Iacobi in Compostella anno 828, Pontif. existente Greg. IIII. ijsdemmet imperantibus, & regnantibus quos supra diximus) à tredecim viris nobilitate, virtute, & sanctitate præclaris institutam fuisse constanter asseuerant.

Vt verò omni oppositioni via recludatur, anno 1030. iam fundatam Magistro ac Commendatoribus ornatam ex regijs literis apparere affirmat idem scriptor regulæ d. c. 2. de antiquita: ordi: vt patet ex priuilegio Ferdinandi primi Castellę, Leonis, ac Portugalliæ regis, expedito 18. die mensis Nouembris. Et in hoc corrigendus est Sansouinus qui Ramirum regem hoc in tempore ponit, deceptus verbis priuilegj D. Ferdinandi quo asseritur sanctimoniales commendatarias institutas eo tempore, illis tamen in literis expresè mentio fit de Magistro ordinis iam instituto.

Fuit ergo instituta religio ista in Hispania, in regno Legionis vulgo Leonis, in Prouincia Galitiæ in vrbe Loijo in quodã monasterio qđ Regulares canonici S. Augusti. incolebãt sub norma D. Augusti. & regimine Prioris & fratrũ dicti ordinis. Suũ institutũ contra Mauros fidei deffendendę causa inceptũ propagarunt tẽporibus Dõ Alphonsi regis Castellæ, Don Ferdinandi Leonis, ac Don Alphõsi Aragonię, quorũ precibus Iacintus tunc Alex. III. in Hispania Legatus
2 eos sub protectione Sanctæ Romanæ Ecclesiæ recepit †, & ab eodẽ Alexandro III. regulæ impetrauit confirmationẽ: anno 1175. imperante

perante Federico I. in occidente, Emanuele I. Comneno in oriente, Ferdinando II. Leonis, Alphonſo VIIII. Caſtellæ, Alphonſo II. Aragoniæ, Alphonſo I. Luſitaniæ, Ludouico VII. Galliæ, Gulielmo bono Neaꝑ. Regibus.

Hunc ordinem ab Alexandro III. vſque ad Iulium III. 24. Pontifices & ab Alphonſo IX. vſq; ad Ioannem I. 13. Reges Hiſpanię confirmauerunt, ac innumeris priuilegijs ditarunt.

Diuiditur ordo iſte inter milites, & clericos, qui omnes vna ſunt Cruce ſupraſcriptę formæ ſignati, Sergentes verò (ſic enim miniſtri appellantur) crucem demptis bracchijs, palliis imponunt, quorum primi temporali militiæ ad inimicos Eccleſiæ propulſandos, vt patet ex cap. 15. regulæ, ſecundi verò ſpirituali in eccleſijs ordinis adminiſtrandis vacant; tertij in conuentibus inſeruiunt.

3 Ab vno generali Magiſtro religio hæc gubernatur, quorum primus poſt ordinis ab Alexandro III. confirmationem fuit Petrus Fernandez, etſi multo ante Magiſtri fuerint, à quo vſque ad Reges
4 Catholicos 40. fuere † & ſub ipſo Rege Catholico Alexandri VI. cōceſsione, Regibus Caſtellæ hoc munus fuit adiunctum, vt ad inuictiſsimum vſque Philippum Regem noſtrum continuatum eſt, accedente in perſonam Caroli V. Leonis X. & Adriani VI. aſſenſu, idque tam immenſę Magiſtri potentiæ in priuati perſona extinguendę gratia fuit actum, qui Hiſpaniarum reges pluries vexarunt.

Magiſtrorum nomina in regula ordinis, & per Sanſouinum deſcribuntur.

5 Ad cuius Magiſtri electionem 13. equites eligebantur à Priore ordinis Canonicorum regularium conuentus de Velez, qui & corrigendi, & remouendi Magiſtrum poteſtatem habebant.

Omnes Prouinciæ huic Magiſtro obedientiam exhibebant.

Et ſi prouincia Portugalliæ à iuriſdictione Magiſtri ſe exemerit propria auctoritate, vt patet per priuilegium Bonifacij VIII. & Ioannis XXII. qui huiuſmodi auctoritatem eis prohibuerunt, & ad vnius Magiſtri obedientiam reduxerunt, vt in cap. 1. de fundatoribus ordinis videre eſt.

6 Diuiditur in Prouincias quinque, ſcilicet Caſtellæ quam nouam dicunt, & Caſtellæ veteris, Leonis, Aragoniæ, & Portugalliæ, licet in regnis Neapolis, Siciliæ, ducatu Mediolani, ac in tota fere Italia multi ſint hac cruce ſignati, commendas tamen ſiue redditus non habent, vna tamen eſt in hoc Regno in ciuitate Auellini aureorum ducentorum redditus.

Sunt

7 Sunt in hac religione duæ Commendæ quas maiores vocant; cuius altera eſt in prouincia Caſtellę, altera verò in prouincia Leonis,
8 & primæ dum hæc ſcriberem erat Commendatarius † D. Ioannes à Stunica, Prorex qui fuit in hoc Regno, vir omni laude digniſsimus, aliàs à nobis commendatus in repet. Rub. & l. fin. de conſtitu: prin: in c. 4. Rub. num. 85. nunc autem vacat.

Duos præterea prioratus habet, alterum in prouincia Caſtellæ qui dicitur de Veles, & alterū S. Marci in prouincia Leonis vbi milites nouitiatum agunt, & profeſsionem.

9 Suntque in prouincia Caſtellæ quam nouam dicunt, Commendæ centumquadraginta, quorum Commendatarij tenentur ſeruire Domino Regi, cum 252. militibus tempore belli.

In prouincia Caſtellæ veteris quinque, & tenentur ad ſeruitium xj. militum.

In prouincia Leonis 32. & ſeruiunt cum militibus 167.

Habet etiam conuentus clericorum hac cruce ſignatorum, qui ſubditi ſunt prioratibus de Veles & S. Marci Leonis.

In ciuitate Salmanticenſi habet etiam collegium inſigne, vbi literis in qualibet diſciplina nauant operam, cui incorporata ſunt collegia de Velez, & S. Marci.

Huic ordini ac cęteris qui reſident in Hiſpania pręeſt ſupremum ac inſigne Tribunal, in quo de delictis, & cauſis ciuilibus horū militum agitur, quod ordinum conſilium vocant.

10 Floruit hic ordo præ ceteris inſignibus clariſsimis & regia ſtirpe illuſtribus viris; inter quos ex antiquis Don Pelagius Perez Correa vir ſtrenuus & ſanctus, qui dum Saracenos viciſſet, & fugientes inſequeretur, ac ſol iam occaſui proximus eſſet, à Domino per glorioſiſsimam eius matrem impetrauit, vt in eo detineretur loco, donec Sarracenos omnes extinxiſſet, cuius in rei, & miraculi ſignum ad inſtar Gedeonis, templum conſtruendum curauit, & Beatiſsimæ Virgini Mariæ dicauit, quod vulgo ſanctæ Mariæ de Tudela nuncupatur, anno 1243. Magiſter creatus xiiij.

Huic proximè ſucceſsit Don Conſaluus Rui Giron vir ſtrenuus, & Saracenorum accerrimus debellator. Nimium claruit inter Magiſtros huius ordinis Laurentius Suarez à Figueroa, qui 33. locum obtinuit, vir conſilio, & virtute præclarus, conuentum Hiſpalenſe fundauit, & generale capitulum conuocauit Nurtiæ, anno 1403.

11 Post hunc,dignitatem obtinuit D. Henricus Ferdinandi Aragonum regis filius, qui nouem adhuc annos natus fuit electus.

Demũ Alphõsus Princeps Castellæ, qui postea Rex fuit,& xxxvij. Magister:Alexander tamen VI. incorporauit magisterium Coronę Castellę, & sic successerunt Ferdinandus Rex Catholicus,Philippus I. Carolus Imperator V. & qui nunc viuit Philippus II. Hispaniarum rex inuictissimus,post hominum memoriã gloriosissimus.

12 Nunc autem eum ordinem illustrant Illustrissimus, & Excellentissimus nobilitate, & virtute religiosissimus, ac prudentissimus D. Ioannes à Stunica Comes Mirandæ, qui maxima sui cum laude
13 populorumq; applausu, Regnum hucusque gubernat†: necnon etiam Don Petrus Toletus Marchio Villæfranche, & triremium huius regni Generalis præfectus, & D. Henricus Mendotia Marchionis de Mondegiar filius, vir humanissimus; Pariterque col-
14 laudari dignus est Don Franciscus Mendotia vitæ probitate clarus, Balthasar Caracciolus vir equidem humanissimus ac politissimus, Carolus Loffredus strenuus & clarissimus miles,Regis nostri
15 in hoc Regno à consilijs status†, Franciscus de Vera ab Aragonia, ex nostris iuris ciuilis professoribus vir suæ professionis doctissimus, & omnium scientiarum ornatissimus,olim Romæ apud Sum. Pontif. Greg. XIII. pro iurisdictione regia, nunc apud Remp. sereniss. Venetiarum pro Rege nostro orator, cuius ex fratre nepos Don Petrus Vera ab Aragonia patruo nõ dissimilis fama,cum laude, ac omnium iurisperitorum nostrę ciuitatis applausu regium agit Consiliarium.

SVMMARIVM EX CAP. XXXVII.

1 *ORDINIS S. Mariæ de mercede institutionis tempus.*
2 *Confirmationis tempus.*
3 *Hic ordo militaris fuit ab initio.*
4 *Magister Generalis huius ordinis ab initio secularis,postea ex sacerdotibus fuit.*
5 *Magistrorum Generalium tam ex secularibus, quàm ex regularibus numerus.*
6 *Magistri Generalis administrationis tempus.*
7 *Prouinciarum numerus.*

Reli-

8 *Religionis habitus.*
9 *Cardinalium & Episcoporum numerus.*
10 *Virorum literis,& sanctitate illustrium nomina.*
11 *Frater Franciscus Torres Procurator generalis laudatur.*
12 *In India occidentali,plura huius religionis patres gesere.*

CAPVT XXXVII.

1 ORDINEM B.Marię de mercede,etsi aliqui vt Volaterranus, Cassaneus, & Iglesias à Iacobo Aragonię Rege dum esset in vinculis ex voto fundatum esse affirment, diuino tamen oraculo institutum verius videtur, vt ex chronico ordinis prædicti patet: nam eadem nocte Iacobus ipse Rex primus Aragonum, B. Raymundus de Peña forte ordinis Prædicatorum Regisque Confessarius,& Petrus Nolaseus qui primus fuit ordinis Magister,omnibus pariter videre visum est B. Mariam eis indicentem, vt ordinem instituerent, qui redimẽdis captiuis nauaret operam,tum eleemosinis fidelium, tum etiam si eleemosinæ non sufficerẽt,atque apostatandi à fide periculum immineret, seipsos religiosi pro captiuis darent, prout hæc omnia constant ex quadam narratione quæ in fronte constitutionum dicti ordinis imposita est, quam ex antiquis, & manuscriptis huius ordinis annalibus, qui in conuentu Barchionensi, qui primus fuit, asseruantur, desumptam esse mihi affirmauit reuerendus admodum atque humanissimus pater, frater Franciscus Torres generalis nunc in Romana curia Procurator.

Fundatus ergo fuit anno 1212. Honorio III. sedente, imperantibus in Occidẽte Federico III. in Oriẽte Petro Antisidiorensi,Castellæ Ferdinando III. Alphonso IX. Leonis, eodem Iacobo Aragoniæ, Alphonso II. Portugalliæ, Philippo II. Franciæ,eodemq; Federico Imperatore Neapolis.

Confirmatur à Gregorio IX. anno 1229. eodem imperante in Occidẽte,in Oriẽte verò Balduino, ijsdem Leonis & Castellę regnãtibus, sed Portugalliæ Sancio II. & Franciæ Ludouico II.

2 Hic igitur ordo militaris ab initio fuit†, & magisterij admini-
3 stratio apud seculares religiosos primo centenario religionis extitit, qui & sanctitate, ac virtutibus fuere clari, & in redemptione

captiuorum diligentiſsimi. Eodemque tempore erant & in eo
4 ſacerdotes, alijque regulares milites qui diuinis operam nauabant, & cum ſecularibus ad redimendos captiuos proficiſcebantur. Hi prout literati erant, & regulares, nimium creuere auctoritate & numero, ita vt magiſterij munus quod apud ſeculares reſidebat ad ipſos fuerit tranſlatum, poſt magnas de hoc inter vtroſque habitas contentiones, per Clementis V. ordinationem, licet, ipſe confirmauerit electionem factam in perſonam fratris laici. Sic ergo Ioannes XXII. anno 1317. primum Magiſtrum ſacerdotem confirmauit iuxta Clementis V. decretum, à quo ita continuatum eſt ad hæc vſque tempora; qua dere ſecularium numerus paulatim decreſcere cæpit, ita vt nullus remanſerit, & hæc de inſtitutione ordinis dixiſſe ſufficiat.

5 Huius ordinis primus Generalis fuit Petrus Nolaſeus, à quo quatuor alij fuere laici, cęteri verò ſacerdotes.

6 Hic Magiſter ab ordinis inſtitutione perpetuò durabat in adminiſtratione, anno verò 1574. in Capitulo generali Guadalagiarę. 14. calen. decemb. decretum fuit vt ſexennio tantum duraret; quod nuper a Greg. XIII. fuit confirmatum.

7 Diffuſus hic ordo eſt in Prouincias viij. quarum tres in Hiſpania, altera in Gallia, ceteræ verò in nouo orbe numerantur. Harum prima eſt Aragoniæ prouincia quæ ſub ſe continet Siciliam, atque Italiam.

Conuentuum numerus copioſus eſt, verùm certum habere non potui, ſicut nec religioſorum: ſed ex Prouinciarum numero colligi poteſt; eorum tamen primus eſt conuentus Barchionenſis, antiquitate & dignitate.

8 Horum habitus albus eſt forma vt Prædicatorum, in pectore ſcutum frigiatum geſtãt, in quo inſignia regis Aragonum & alba crux
9 ſpectantur. Cardinalium dignitate illuſtratur etiam hic ordo, nam primus fuit S. Raymundus, alter verò xj. ordinis Magiſter.

Epiſcopos habuit octo, quorum maior pars electionibus renũtiauit, ideoq; de tribus tantum fertur eam dignitatem exercuiſſe.

10 Nec defuere viri illuſtres doctrina ac ſanctitate, quorum recenſentur nomina & geſta in quodam libro, qui nunc typis eſt traditus à quodam accuratiſsimo huius ordinis religioſo; inter quos mirum elucent S. Raymundus vir miraculis clarus in Catalonia, qui etiam fuit S. R. E. Cardinalis; Item Petrus Armangol, qui etſi pro Chriſto ſuſceperit martyrium, ſuſpenſus enim fuit à Mauris, coronam

nam tamen vltimam non accepit, quia illæſus miraculosè ſeruatus in Hiſpaniam redijt, vbi ſanctiſsimè animam Creatori reſtituit, alius etiam Alphonſus Hiſpalenſis, & alij multi in hiſto: de vitis Generalium.

Habuit etiam clariſsimum virum fratrẽ Antonium Toxal, qui fuit 15. ordinis Magiſter, & in concilio Conſtantienſi pro Alphonſo I. huius regni, & Aragonum regis orator, & doctiſsimum fr. Gaſparem à Torres cui non eſt diſsimilis humaniſsimus, atq; politiſsi-
11 mus † fr. Franciſcus à Torres, qui ſummo religionis conſenſu pro Generali ordinis negotia gerit in Romana Curia.

12 Multa præclara huius ordinis patres geſſerunt in India, magno eorum labore, & diligentia: nam in noua Hiſpania multi ad fidem conuerſi, & in ea firmati fuere fratrum Ioannis Sambranæ, & Ioãnis Vardon, religioſiſsimorum hominum opera & feruore: qui vt alij in vinea domini comodius poſſent elaborare, vocabularia quatuor linguarum quæ paſsim apud omnes illis in partibus notæ ſunt ediderunt, aliaque multa ibi geſſerunt, de quibus latius in allegata hiſtoria videndum erit.

In prouincijs etiam Peru ſtrenuè ſe geſſerunt. Inter alios qui ſanctitate, & prædicationis fama claruerunt, fr. Ioannes Vargas, fr. Franciſcus Cueuas, fr. Petrus Bobadiglia, fr. Stephanus à Caſtagneda, fr. Michael de Orneſt, & alij multi, quorum monitis, exemplis atque doctrinis, plurimi ſunt ad fidem conuerſi, atque firmati. Et in Prouincia Chilè in cuius expugnatione plurimum laborarũt noſtri milites, multum quoque inſudarunt huius ordinis patres inter alios, vt teſtatur Alphonſus Herzilla in ſuo poemate, cui nomẽ eſt Araucana in cantu 13. octaua 31. primæ partis qui canit in hęc verba.

Otros eſquadron de gente ſeme oluida,
No menos que nos otros neceſſarios
Gente templada, manſa, y recogida,
De frayles, prouiſores, Commiſſarios,
Theologos de honeſta y ſancta vida,
Franciſcos, Dominicos, Merçenarios
Para euitar inſultos de la guerra,
Vſados mas alli que en otra tyerra.

Et demum vt ſanctiſsimi viri laude ſermonem claudam, in India, & præſertim in prouincia de Leuſco omni virtutum genere ornatiſsimus, trium votorum cuſtos diligens, & animarum

conuer-

conuersione desiderio flagrans nimium elucet, vt sol inter stellas, Beatus Didacus Martinez, quem sanctum, dum adhuc viueret, nominabant, qui inter innumeros quos Christo acquisiuit, & quæ per illum Dominus est operatus, regem eius Prouinciæ idolatram dolentem de vxoris ægritudine ad fidem conuertit, ob sanitatem illi restitutam.

SVMMARIVM EX CAP. XXXVIII.

1 ORDO S. Lazari Hierosolymitani instituitur.
2 Confirmatur ab Alexandro iij.
3 Vnitur ordini s. Mauritij à Pio V. & Ducis Sabaudiæ protectioni submittitur.
4 Habitus religionis.
5 Institutum ordinis.

CAPVT TRIGESIMVMOCTAVVM.

1 SANCTI Lazari Hierosolymitani militum ordo antiquissimo à tempore institutus, à Basilio magno auctus ac illustratus fuit anno 360. sub Tiberio I. & Iuliano Apostata, ab Innocentio III. & Honorio III. sub protectione Romanæ Ecclesiæ fuit receptus anno 1120 †. & Alex. IIII. priuilegia confirmauit,
2 & donationes à Federico Imperatore illis factas multis in partibus & pluribus etiam auxit, & nouissimè à Pio IIII. Pont. Max. anno 1565. imp. Romanis Maximiliano II. Hispaniæ, ac vtriusque Siciliæ Philippo II. maximo, Portugalliæ Sebastiano, & Franciæ Carolo IX. regnantibus, vetustate collapsus restituitur, qui primum magistrum creauit Ioannottum à Castellione; ac demum anno 1573. sub eisdem Regibus & Imperatori-
3 bus † à Pio V. Pont. Max. cum ordine B. Mauritij vnitus, sereniss-
mi Emanuelis Philiberti Sabaudiæ Ducis, eiusque successorum po-
4 testati mancipatur. † Crucem viridis coloris in pallio gestant, cum radijs quibusdam qui significant crucem Mauritij †. Promittunt coniugalem castitatem, curam infirmorum lepra laborantium, abstinere à carnibus die mercurij, ieiunare die veneris, vel sabbati prout

prout placuerit, & alia de quibus in constitutionibus ordinis.

SVMMARIVM EX CAP. XXXIX.

1 RDO Monachorum nigrorum incipit.
2 Beati Benedicti vita, & religionis ortus.
3 B. Benedicti ordo reformatur in Cluniacensi monasterio.
4 Et demum in cænobio sanctæ Iustinæ Patauij.
5 Ordinis B. Benedicti institutum.
6 Summorum Pontificum, Cardinalium, Archiepiscoporum, & aliorum Prælatorum numerus.
7 Sanctorum numerus, & aliquorum nomina.
8 Summorum Pontificum post Ioannem XXII. numerus & nomina.
9 Prouinciarum, & monasteriorum numerus.
10 Titulus Abbatis Casinensis.
11 Beati Placidi & sociorum corpora proximis annis inuenta sunt in Sicilia.
12 Ordo sancti Benedicti in Hispania translatus, & pene extinctus restituitur.
13 Reformatio ordinis sancti Benedicti in Hispania vnde processit.
14 Monasteriorum congregationis Vallisoleti, & monachorum numerus.
15 Generalium huius congregationis numerus.
16 Nomina aliquorum virorum illustrium.

CAPVT XXXIX.

1 TERTIO nobis loco magni patris Benedicti religio declaranda remanet, sub qua plu-
2 res etiam religiones continentur: † ea verò quæ à D. Benedicto instituta fuit, est quam monachorum nigrorum nũcupamus †. Fuit enim Benedictus patria Nursinus, nobili ex Reguardatorum familia ortus, heremum Sublaci adolescens incoluit, vbi pluribus qui ad eum visendi gratia sanctitatis fama commotis accesserant, socijs sibi ascitis, primus monachos in Occidente instituit, ac regulam eis seruandam conscripsit anno 514. sub Hormisda Pont. Max. & imperante Iustino I. Duodecim monasterijs iam ibi fundatis, in Casinensem montem se contulit, vbi proiectis idolorum figuris, templum Apollini dicatum, B. Ioanni Baptistæ

Baptiſtæ ſacrum conſtituit. Innumeris omniſque generis miraculis, & dum viueret, & poſt mortem claruit; ad cæleſtia regna eius anima aſſumpta eſt anno 544. Vigilio S. P. & Iuſtiniano Imperatore; cuius & Scolaſticæ ſororis ſanctiſsima corpora in Caſsinenſi monaſterio tecta anno 1543. inuenta fuere, Eccleſiam gubernante Paulo III. Farneſio Pōt. Max. Romanumq; Imperium, Hiſpaniam, vtramque Siciliam Carolo V. omnium Imperatorum inuictiſsimo ac religioſiſsimo, Ioanne III. Luſitaniam, Galliam Franciſco I. Tunicam nigram laxiorem ac diſcinctam geſtant eius monachi, amictu quem cucullam vocant, in humeros, & ſcapulas breuius recepto, caput operiunt, & à carnibus perpetuò abſtinent niſi infirmitate laborent.

3 Huius ordinis monachos in Cluniacenſi cœnobio Odo Abbas max. reformauit anno ſal. 913. Eccleſiam regente Anaſtaſio III. Imperiumque occidentale Henrico I. orientale Conſtantino III. Ramiro II. Hiſpaniæ, Carolo III. qui dictus eſt ſimplex Franciæ, atque ex hoc Cluniacenſis ordo dictus eſt.

4 Et demum anno 1410. ſub Ioanne XXIII. & Ludouico I. in Occidente imperante, in Oriente Emanuele II. Paleologo, Caſtellæ Ioanne II. Aragoniæ Martino vel Ferdinando, Portugalliæ, Ioanne I. Franciæ Carolo VI. Neap. Ladiſlao, Patauij in S. Iuſtinæ celebri monaſterio à quodam Ludouico Balbo nobili genere, reformatus hic ordo eſt, & qui prius Caſsinenſes monachi nuncupabantur, S. Iuſtinæ appellari cæperunt.

5 Contemplationi tantùm vacant, etſi aliqui confeſsionibus audiendis operam nauent.

Floruit ordo iſte præ cęteris, ſummis ſanctiſsimis eruditiſsimiſq; viris, vt Ioannes XXII. teſtatur in quadam ſua Epiſtola, quæ legitur in quadam tabella manu excellenti ſcripta, quæ ſeruatur in ſacrario conuentus S. Seuerini Neapōlis, cuius verba hic ſupponere decreui †. Et nunc ordinem illuſtrant Reuerendiſsimus D. Marcus Pedoca Mirandolanus, Epiſcopus Cidoniæ, vir probatiſsimus, & mag. Mathematicus.

Numerus Sanctorum

Ordinis ſanctiſsimi Patris Benedicti, extractus à Ioanne Papa XXII. ex Archiuis Summorum Pontificum.

EGO IOANNES Papa vigeſimus ſecundus extrahi feci de ſanctorum cathalogo omnes ſanctos, & Prælatos, monaſteriaque omnia de ordine ſanctiſsimi patris Benedicti, qui ab ipſius tempore

pore vſque ad noſtra fuerunt tempora. Inuenimus ex ſancto illius
6 ordine † ſummos Pontifices viginti quatuor, Cardinales duo millia, Archiepiſcopos ſeptem millia, Epiſcopos quindecim millia, Abbates quindecim millia ſeptuaginta quatuor, quorum confirma-
7 tio ſpectat ad ſummum Pontificem †, Sanctos canonizatos quinque millia ſeptuaginta quinque, exceptis martyribus, ex quorum infinito numero iſti admodum pauci deſcribuntur; Sanctus Placidus Abbas, ac Beatiſsimi patris Benedicti diſcipulus cum trigintatribus monachis, ſub Mamucha Duce in Sicilia martyrio coronatur, Sanctus Bertharius Abbas montis Caſini cum pluribus penè innumerabilibus monachis per martyrium cum Chriſto gaudēt in æternum. Quam plurimi præterea monachi & quaſi infiniti in Sicilia à Saracenis, & in Monaſterio Nonantullano à Barbaris martyrio coronantur. In monaſterio ſancti Vincentij apud montem Caſinum, à Scoda Rege quamplurimi Chriſti martyres ſunt effecti. Sancti monachi mille ſeptingēti & ſexdecim à Rege Ioſaphat mortui, per martyrium cœlum aſcenderunt. Sanctus Porphirius Abbas cum quingentis monachis martyrij palmam eſt adeptus. Sancti monachi omni perfectione pleni nongenti in monaſterio Rigorenſi trucidati, martyrum collegio ſunt aſcripti. Sancti monachi centum ſexdecim pro Chriſti fide in monaſterio Turonico martyrizati ſūt. Sanctus Augiulphus Abbas cum plurimis & quaſi innumerabilibus monachis in India in monte Tabor, & in monaſterio Lirinenſi diuerſis tormentis, & cruciatibus à Saracenis, Turciſq; ac Rege Ioſaphat occiſi, cœlo inter martyres ſunt donati. Hos de multis tanquã roſarum primitias collegimus, cæteri præ multitudine à Chriſto ſolo numerantur. Monaſteria verò eiuſdem ordinis ſanctiſsimi hęc inuenta ſunt, Abbatiarum trigintatria millia, Prępoſiturarū quatuordecim millia, abſque mulierum cœnobijs. Vt autem breui cuncta ſermone concludam, Romana Eccleſia per quingentos annos ab illo ſanctiſsimo recta eſt ordine. Hæc autem iſta poſuimus ad Dei laudem, & gloriam, ad honoremque ſanctiſsimi patris Benedicti, eiuſque ſanctiſsimæ religionis, & ad conſolationem ſub eius ſanctiſsimo magiſterio militantium, vt ſupradictos ſanctos pro interceſſoribus habentes ad eorum imitanda veſtigia incitentur, vt demum ad illorum poſt mortem mereantur peruenire conſortium, & gloriam, vbi æterna cum illis requie fruantur, permaneantque in ſæcula.

8 Poſt Ioannem prædictum xxij. fuerunt alij tres ſummi Pontifices

ex ipsius sanctissimi patris Benedicti ordine, videlicet Benedictus XII. Clemens VI. Vrbanus V. & quamplurimi Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi, & alij plurimi Prelati, vt in archiuis Summorum Pontificum reperitur.

Sancti canonizati monachi sub regula sanctissimi patris Benedicti, sunt quadraginta quatuor millia cum viginti duobus, quorum quinque millia quingenti quinquaginta quinque fuerunt monachi sacri monasterij Casinensis, & in eodem monasterio sepulti.

Hic ordo prout magnus semper fuit, diuisus nunc est, nam Hispania, Italia, Francia, & Germania à singulis reguntur præfectis, nec alter alteri obedientiam præstat, ideoque de singulis Prouincijs differamus.

Hæc Italiæ Prouincia, non Generalem, sed præsidentem eligit sibi, qui anno tantum præsidet, quo finito alius eligitur, cui assident quatuor visitatores, quorum duo Prouincijs visitandis incumbunt.

9 Diuiditur in quatuor Prouincias, quarum duæ Lombardiam cõplectuntur, reliquæ verò Tusciam, Neapolim & Siciliam.

Et conuentus ad numerũ ascendunt circiter quinquaginta quinque, inter quos primum, & antiquitate, ac dignitate refulget Casinense cœnobium, cuius Abbas olim hisce titulis decorabatur.

10 Appellabatur enim Patriarcha sacrę religionis, Dux & Princeps omnium Abbatum, & religiosorum, Vicecancellarius sacri Imperij per Italiam, Cancellarius regnorum Siciliæ, Hierusalem, & Vngariæ, Comes & Rector Campaniæ maritimarum prouinciarum: & qui Romanorum Imperator Christi regnum representat, & Imperium, vices suas cui vult liberè committit, monasterio Casinensi vices sui Imperij committebat.

In ciuitate hac Neapolis pulchrum habent cœnobium SS. Seuerino, & Sosio sacrum, & Romæ Basilicam D. Pauli incolunt.

11 Proximis autem diebus Beati Placidi ac sociorum corpora in Sicilia propè Messinam recondita, in quadam ecclesia quæ sub Melitensium militum protectione regitur, diuino oraculo inuenta fuere, cuius præcipuè magni ac sanctissimi viri corpus aquam emittit infirmitatibus curandis aptissimam, cuius meritis, & intercessione in hac inuentione plurima miracula Dominus ostendit.

Hic magni patris Benedicti ordo, sicut in omnes Prouincias se exten-

extendit, in Hispaniam etiam translatus fuit. Mauris tamen in eam Prouinciam irruentibus extinctus penè fuit; quædam tamen pauca remanserunt monasteria illis in regionibus, quas propter locorum asperitatem debellare nequiuerunt. Cum verò paulatim virtute propria Hispani maiorem eius Prouinciæ partem redemissent, eius Reges religionem restituere cœperunt, sicque D. Ioannes I. Henrici I. filius, in Vallis oleti vrbe domibus Regijs donatis & redditibus, monasterium & ecclesiam fundauit, & monachis Diui Benedicti quos à monasterio Sahagun accessiri iusserat assignauit, qui ad unguem Beati Benedicti iam distractam bellis regulam seruaturos se Regi spoponderunt die xxvij. Sep-
13 tembris, anni 1390. † sub Vrbano VI. Pont. max. Imperatore occidentali Vinceslao, orientali verò Andronico, Castellæ D. Ioãne I. & eius nominis primo Aragoniæ, & altero pariter eiusdem nominis primo Lusitaniæ, Franciæ Carolo VI. & Neap. Ladislao regnantibus. Qui tanto spiritus feruore cœperunt, vt eorum sanctitate commoti viri religiosi à summo Pontifice impetrarunt vt cætera eius ordinis monasteria, ad illius normam reducerentur. Quorum precibus annuentes Sum. Pontif. illis commiserunt cæteros monachos reformandi auctoritatem, & sic Prior illius Vallis oleti conuentus, Generalis fuit appellatus, & illud monasterium caput congregationis habitum, & Cluniacensis Abbatis obedientia fuit hæc congregatio exempta; & Catholicorum Regum Inno. VIII. Alexan. VI. & Iulij II. auctoritate maius cœpit incrementum.

14 Hæc congregatio continet sub se 42. monasteria.

In quibus Deo seruiunt 1400. monachi.

Inter has 42. domos, quæ huic congregationi sunt, famatissima est & celeberrima quæ dicitur de Sahagum, ad illud enim monasterium tres Reges Alphonsi nominati se contulerunt, vt Deo seruirent, multi inde Prælati clarissimi prodiere, inter quos magnus ille Bernardus I. Toletanus Archiepiscopus. multis quoque redditibus abundat.

Aliud etiam est celebre monasterium nempè S. Claudij Leonis, quod duos monachos sanctissimos produxit, Leandrum scilicet, & Isidonũ, quorum monitis Hispaniarum Rex, qui Arrianus erat illo errore relicto verã fidem est amplexus, quod propositum Ricardus filius & successor sequutus, Toletanum Concilium congregari curauit, & ad orthodoxam fidem totam Hispaniam reduxit.

Continetur præterea ſub hoc numero celeberrimum illud monaſteriũ B. Mariæ ſacrum in Serrato monte omnibus notiſsimum. Aliud cæteris non inferius dignitate, & magnitudine monaſterium, eſt in Prouincia quæ nunc Riogia nuncupatur, prope vrbem quæ Titio dicitur, à Garſia Sances rege Caſtellæ diuino aflatu fundatũ, reliquijs Sanctorum venerabile, & Regum ſepulchris ad 30. num. ornatum, de quo plura dicerem, ſi per tempus liceret, vt votis ſatisfacerem fratris Didaci Vanegas, quod me facturum in alio opere ſpondeo.

Fit autem ternis quibuſque annis congregatio generalis in prænominato monaſterio ſancti Benedicti Vallis oleti, vbi præſidet illius Abbas, ibique ordinantur quæ ad ordinem ſpectant.

15 Hic Prior ſiue Abbas monaſterij prædicti Vallis oleti, antequam anno 1500. congregatio vniretur, erat Generalis perpetuus omnium reformatorum monaſteriorum, à quo tempore triennalis eſſe cœpit, & exinde numerantur Generales xxxj.

16 Illuſtratur multis clariſsimis viris, inter quos præſertim nominantur frater Alphonſus Birues inſularum Canariæ Epiſcopus, vitę ſanctitate clarus, quem Apoſtolum ſuum vocant, & ita venerantur illius regni incolæ, frater Petrus Vallis oletanus Quinti Caroli Imperatoris Max. concionator, Epiſcopos Cefalu, frater Benedictus de Tocco Epirotarum regis nepos, Epiſcopus Leridenſis, & frater Alphonſus Lamani Caprenſis Epiſcopus, omnes virtute clariſsimi.

Doctrina & legendi munere claruere frater Alphonſus Coriglia, frater Petrus de Barcena, frater Garcias del Caſtiglio, frater Petrus de la Puente, & alij multi. Et qui ſtrenuè ſe in prędicatione geſſerunt, ſunt, frater Hieronymus Birues, frater Didacus dela Cadena, frater Gaſpar de Laguna, frater Didacus à Valencia, frater Ioãnes de Madrid, & frater Antonius de Sea. Nũc autem florent in hac congregatione Vallis oleti multi præclariſsimi viri, inter quos frater Antonius de Prado, frater Antonius Vreado, & frater Placidus de Salinas, & † frater Didacus Vanegas vir religioſiſsimus, & accuratiſsimus, qui dum hæc ſcriberem Prior erat in conuentu Zamoræ, & copioſam ad nos de ſua congregatione tranſmiſit relationem, opera & induſtria D. Michaelis Zarę Siculi viri humaniſsimi.

SVM-

SVMMARIVM EX CAP. XXXX.

1 *AMALDVLENSIVM ordo inſtituitur à S. Ramualdo, & quo tempore.*
2 *Ordinis inſtitutum.*
3 *Diuiditur inter conuentuales, & obſeruantes.*
4 *Antonius Carrafa Cardinalis laudatur.*
5 *Heremitarum huius ordinis laudes.*
6 *Virorum illuſtrium aliquorum nomina.*

CAPVT XXXX.

1 HIVS magni patris Benedicti ſub clypeo inter cæteras quæ viuunt Religiones, prima eius aſſumpſit patrocinium, congregatio Camaldulenſis, quæ à D. Ramualdo Rauẽnante, in ſummo Apennini iugo, in loco à Madulo quodam obtento, vnde nomen ordini eſt inditum, inſtituta fuit anno 1012. ſub Benedicto VII. ſed vt alij dicunt VIII. ſummo Pont. Henrico II. alias III. occidentali Imperatore, orientali verò Baſilio Iuniori, Bermundo III. Hiſpaniæ, Sancio, quem maiorem dicunt Aragoniæ, Roberto Franciæ, & Imperatoribus orientalibus Neap. regibus, ſecundum Ioannem Lucidum, & Tarcagnotam, & chronologiam Eccleſiaſticam, ac ſecundum Caſſan: in catalo: glor. mun. 4. par. conſidera: 59. anno 1030. ſub Benedicto IX. & Henrico IV. in Occidente, Romano IV. in Oriente; ſed Auguſtinus Florentinus huius ordinis alumnus in deſcriptione heremi: Camald: lib. 1. cap. 28. iuncto princ: cap. 22. vult inſtitutum fuiſſe anno 967. & propter has varietates relinquo indeciſum.

2 Silentium perpetuum ſeruant præterquam bis in hebdomoda, & duodecies in anno ſimul comedunt, à carnis eſu abſtinent, niſi infirmitate laborent, amictu induuntur albo, & ruſtici panni laneã lenulam carnibus proximam applicant, & in cellulis vna ab alia ſegregatis degunt, & contemplationi vacant.

3 Inter conuentuales, & obſeruantes hic ordo diuiditur.

4 Hi ſanctiſsimi viri à nobis olim haud cogniti † Illuſtriſsimi, ac Reuerendiſsimi Antonij Carrafæ S. R. E. Cardinalis doctiſsimi, ac reli-

Religiosissimi opera demonstrati sunt, qui ab Illustrissimo Montisbelli Marchione locum, ac redditus in augmentum eorum quæ ipse concesserat dono dari fecit, quinque milliaribus à D. Mariæ montis Virginis templo distante, in quodam monte vbi D. Mariæ coronatæ templum extat sacrum, illudque cœnobium vidi: & illius forma, ac eorum patrum charitate, atque sanctitate nimis consolatus, ac recreatus sum. Aliud nunc incolunt cœnobium propè hanc ciuitatem Neapolitanam, in loco qui S. Saluatoris ad aspectum appellatur, Illustriss. D. Ioannis Aualos de Aragonia munificentia & liberalitate.

Conuentuales & hi diuiduntur inter Heremitas, qui in summitate montis degunt, quorum vita à patribus heremi Ægypti nihil differt.

Multosque claros sanctitate ac doctrina viros produxit & illustres, inter quos Ambrosium è Porticu, quem summum doctumque virum commendat Volater. loco cita: alium eiusdem nominis Hispanum ipse cognoui, qui puer 12. natus annis, heremum illam incoronatæ incoluit, & horum patrum aduentu eorum regulam professus est. Multa de hac religione scripsit obscuro licet stilo, Augustinus Florētinus supracitato libro; illud tamē dicere libet quòd in hoc ordine reformatorum, antiquorum patrum heremi rigor, & sanctitas inspicitur.

SVMMARIVM EX CAP. XXXXI.

1 *RDO Vallis vmbrosæ à B. Ioanne Gualberto instituitur, quomodo & quando.*
2 *Habitus Religionis.*
3 *Generalis administratio quanto tempore duret, & eorum numerus.*
4 *Prouinciarum, monasteriorum, monachorum, & monacharum numerus.*
5 *Doctorum, Sanctorum, Beatorum, & Beatarum numerus.*
6 *Summorum Pontificum, Cardinalium, & aliorum Prælatorum numerus.*
7 *Ordo Siluestrinorum ab isto processit.*

CAPVT

CAPVT XXXXI.

1 IN eodem Apennino celeberrimo monte, Vallis vmbrosæ ordo ædificari cœpit à Ioāne Gualberto Florentino, qui cùm fratris occisori veniam petenti pro Dei amore indulsisset, & ecclesiam proximam statim ingressus esset, in qua dum ante crucifixi imaginem oraret, illius caput inclinari vidisset, quasi facti gratias ageret, rei miraculo commotus omnibus relictis, illi se addixit cœnobio: à quo vt eius monachos liberius viuentes conspexit in Vallem vmbrosam secessit, vbi arctiori cultu Deo seruiens, aliquibus ascitis socijs religionem instituit, quam Vallis vmbrosæ nuncupari voluit anno 1070. Alexandro II. Petri nauim gubernante, ac imperante Henrico IIII. in Occidente, Michaele V. in Oriente, Castellæ Alphonso VI. Aragoniæ Sancio I. Franciæ Philippo I. & in Regno Neapolis sub titulo Ducis Apuliæ Roberto Guiscardo, secundum Io: Lucid. tracta: de tempo: sed anno 1040. secundum Cassan: tract. glor. mun. 4. par. 65. confideratio. Sed à reuerēdiss. huius ordinis Generali, vt ex Apostolico diplomate constare fecit, accepi anno 1015. institutum, & anno 1056. confirmatum esse, & sub Rom: Eccl. protectione receptum à Victore II. Pont. Max. in Occidente imp. Henrico III. in Oriente Michaele V. Castellæ Ferdinando I. Aragoniæ Sancio I. Franciæ verò Henrico I.

2 Habitus verò cæterorum monachorum similis est forma, colore tamen dissimilis, leonatus enim est.

3 Generalis administratio variè fuit indicta, primo enim tempore ab anno scilicet 1030. quo B. Ioā. ordinis fundator electus fuit, vsq; ad annum 1540. perpetua erat, inde vero vsque ad annum 1575. triennalis fuit, & ab eo tempore vsque nunc, quarto quoque anno eligitur, & Præsidens vocatur.

Horum numerus est 50. scilicet à primis, vsque ad mutationem perpetui in triennalem 32. ab eo tempore vsque ad annum 75. fuerè 15. & reliqui vsque ad hoc tempus. Generalis qui nunc ordinem gubernat vocatur D. Valerianus Florentinus, electus die 20. Aprilis 1587.

4 Prouinciarum verò numerus est viiij.

Monaste

Monasteriorum numerus est nunc 35. cùm olim fuerint 19. & magnus sub his monasterijs Prioratuum numerus.

Monachorum verò omnium 400.

Monacharum verò 800.

5 Doctores vero, & qui scientijs suis religionem illustrarunt 50. numerantur.

Sanctum vnum habet canonizatum, scilicet B. Gualbertum fundatorem.

Sed Beatos 25. Beatas 8.

6 Ex hoc ordine sum. Pontif. tres fuerunt, scilicet Gregorius VII. Innocentius II. & Gregorius X.

Cardinales 6.

Episcopi 19.

Legati sum. Pontif. & Regum X.

Prima religionis domus est Vallis vmbrosæ, quã antiquitus vocabant de aqua pulchra.

Religio nunquam fuit reformata, sed anno circiter 1458. monachi Abbatiæ S. Salui prope Florentias cum alijs 8. Abbatijs exemerunt se ad obedientia Generalis, & particularem erexerunt congregationem, sed anno 1485. Inno. VIII. eos vniuit.

Sunt etiam huius ordinis in Gallia monachi, sed Generali congregationis huius non obediunt, & hi fuere in illud regnum introducti à S. Ludouico Rege Gallorum: & anno 1232. initium dedit
7 congregationi Siluestrinorum, quidam huius congregationis monachus Siluester nominatus, qui ordo fuit confirmatus anno 1258. & erat subditus ordini Vallis vmbrosæ.

SVMMARIVM EX CAP. XXXXI.

1 *ORDO Chartusiensium à Brunone instituitur.*
2 *Rogerius huius regni Rex B. Brunonis meritis à maximis periculis liberatur.*
3 *Chartusiensium institutum.*
4 *Prouinciarum, monasteriorum, & monachorum numerus.*
5 *Sanctorum & Beatarum numerus, & aliquorum nomina.*
6 *Geueralis perpetuò ordinem regit, & eorum numerus, & quomodo eligatur.*
7 *Viri literis clarissimi.*
8 *D. Seuerus Turbolus commendatur.*

CA-

CAPVT XLI:

1 CHARTVSIENSES, etsi Benedicti regulam non seruent, sed ex proprijs regantur constitutionibus, sub eius tamen patrocinio viuere dicuntur; hi enim à Brunone Coloniensi, Canonico Carnotensi instituti fuere; qui cùm eius quẽdam familiarem defunctum, dum solemnia pro eius anima fiebant, dicentem audisset ad iudciium vocatus sum, & sequenti die, in iudicio sto, & demum tertia die, iusto Dei iudicio condemnatus sum: re per territus cum alijs septem socijs in locum Chartusia vocatum secessit, ibique monasterium & religionem fundauit, à quo religio Chartusiensium nomen sumpsit anno 1086. sub Victore III. Sum. Pontif. Henrico IIII. in Occidente, Alexio I. in Oriente imperantibus, Alphonso VI. Castellæ & Leonis, Sancio I. Aragoniæ, & Philippo I. Franciæ. Romam verò ab Vrbano II. qui eius fuit discipulus vocatus, inde in Calabriam secessit, & in Apennino religionum fertilissimo monte cum aliquibus socijs ha-
2 bitauit. † Rogerio I. huius nominis Neapolitanorum regi per carus fuit, qui vt sancto huic viro gratum faceret, D. Stephano templum & cœnobium, ædificio, redditibusque insigne consecrauit, ad quod præcipuè miraculo quodam fuit impulsus. Dum enim Rex in obsidione esset ciuitatis Capuæ, & quiesceret: senem venerabilis aspectus Brunoni similem illum monentem vt surgeret & arma apprehenderet, ei videre visum est. Quod cùm exequutioni mandasset, ducem quendam sui exercitus cùm multitudine magna militum ad inimicos fugientem, cum quibus de inuadendo exercitu rem habuerat, noctu deprehendit, quem capite cum socijs puniuit. Eos verò qui Brunonis precibus superuixerunt illi ac successoribus eius in seruos & vassallos tradidit, quos vsque adhuc retinent eius fratres; quam rem ipsemet Rex testatur in instrumento concessionis multorum locorum eidem B. Brunoni adhuc viuenti.

3 Arctissimum vitę habẽt institutum hi religiosi, à carnibus enim perpetuò, etiam in infirmitate abstinent, cilitium carni proximum semper habent, silentium continuum seruant, vno tamen die in hebdomada excepto, quo licet eis se inuisere: officia longissima

habent, & sanctissimè adhuc primum illud institutum seruant, eorumque vitam commendat Bernardus in epistola quam ad eos cõscripsit, cuius titulus est, ad patres de monte Dei. Ad hanc solam religionem ex omnibus alijs cõuolare permittitur illis qui duriorem vitam & solitudinem cupiunt.

4 Constat ex Prouincijs xvj.

Monasterijs 189.

Monachi sunt circiter 3200. quorum 1500. sunt monachi professi ad chorũ deputati, cæteri verò domesticis seruitijs applicati.

Habent in hac ciuitate monasterium supra S. Herasmi monte, quod à D. Martino cui est ibi templum dicatum nomẽ sumpsit, magnis redditibus opulentissimum; ac vbique locorum sumptuosa, & ditissima possident cœnobia.

Ex Chartusiensium ordine, sicut ex cæteris, multi orti sunt sanctitate ac doctrina clarissimi viri, quorum numero & paucorum nomine hic ero contentus.

5 Habuit enim B. Brunum suum fundatorem in sanctorum numerum relatum à Leone X. Pont. Max. anno 1514. præter quem alij tredecim venerantur vt sancti: eo quod eorum vita celebris & mors etiam miraculis fuerit illustris, inter quos S. Hugo de Hubitan in Anglia Linconensis Episcopus ab Honorio III. inter sanctos relatus, miraculis claruit, eiusque funus duorum Regum, plurimorum Episcoporum, atque comitum assistentia fuit decoratum.

Bernardus etiam Prior Portarum de quo D. Bernardus multa scripsit, & Ioann: Chartusiæ Prior xxij. qui Cardinalatui ab Innocentio sibi oblato renuntiauit, & miraculis plurimis claruit.

Plurimi etiam martyrio coronati fuerè in Angliæ regno Henrici VIII. pessimi ac libidonosi Regis persequutione, quorum numerus qui haberi potuit 23. est.

6 Generalis administratio perpetuò durat, qui nunquam à magna Chartusia egreditur; ordinem regit per visitatores, & singulis annis eo in loco generale Capitulum congregatur, in quo de rebus ordinis agitur.

Horum Generalium numerus à B. Bruno vsque ad eum qui ordinem nunc regit, & est D. Hieronymus, Marc: Anton: natione Gallus xxxx. habetur.

Hic à monachis professis monasterij Chartusiæ eligitur, qui si idoneus fuerit ab octo confirmatoribus confirmatur; sin verò non, eodem

eodem ordine alius eligitur qui dignus videatur, hic autem seruatur ordo quando Generalis moritur, cùm vero ipse renuntiat vel deponitur, electio fit à diffinitoribus Capituli.

7 Viris doctissimis claruit, qui ordinem & Ecclesiam suis scriptis illustrarunt, quorum numerus qui haberi potuit, est 46. inter quos Laurentius Surius, qui ordine admirabili Sanctorum vitas conscripsit, Bonifacius Ferrerius S. Vincentij frater, qui & Apostolicæ Sedis Legatus pro Benedicto XIII. interuenit in Pisano Concilio.

8 Ex illis verò qui in regendis monasterijs clarent, est † D. Damianus Prior S. Laurentij Padulæ, & Regni visitator, vir religiosissimus, & doctissimus, D. Seuerus Turbolus vir humanissimus ac religiosissimus, qui summa cum laude monasterium S. Martini huius ciuitatis regit, illiusque ecclesiam, & conuentum picturis, & ornamentis egregijs illustrauit.

SVMMARIVM EX CAP. XLII.

1 *ISTERCIENSIVM ordo fundatur, & à Diuo Bernardo nimium augetur.*
2 *Diui Bernardi laudes.*
3 *Ordo in diuersas congregationes diuiditur.*
4 *Congregatio D. Bernardi in Hispania à suo regitur Generali, et à Generali Cistercienſi est exempta.*
5 *Monasteriorum huius congregationis numerus.*
6 *Congregatio D. Bernardi in Lusitania quo tempore cœpit.*
7 *Monasteria Aragoniæ, Cataloniæ, Nauarræ, & Valentiæ subsunt Generali Cistercienſi.*
8 *In Italia duæ sunt huius ordinis congregationes Generali Cistercienſi quoad ius visitandi tantùm subiectæ.*
9 *Congregatio reformatorum huius ordinis in Gallia restituitur, & quomodo, institutum, & habitus.*
10 *Prouinciarum, & monasteriorum numerus.*
11 *Ioannes de Barreria huius congregationis fundator laudatur.*
12 *Monasteriorum totius religionis numerus.*
13 *Summorum Pontificum numerus.*
14 *Ordinis Calatraue Alcantaræ, & Iesu Christi huic ordini subsunt.*

CAPVT XLII.

1 CISTERCIENSIVM præclarus ordo à D. Benedicto quoque originem trahit. Anno enim 1099. sub Vrbano II. & jisdem imperantibus ac regibus quos superiori ordine scripsimus, præterquàm quòd Aragoniæ Petrus I. regnabat: Robertus ex Cluniacensi ordine Abbas Molismensis cœnobij in Lingonensi diœcesi, vir sanctissimus, ascitis sibi socijs Alberico, Odone, Ioanne, Stephano, Tetaldo, & Petro eius monasterij monachis, Cistercium, spinarum densissimum locum in Cabilonensi diœcesi petijt, à quo nomen sumpsit congregatio, ibique illi dedit initium; quo paulo post recedente Apostolico iussu, & ad suum monasterium reuertente, Stephanus Anglicus, quem Principem huius ordinis reliqui scriptores vocant, Abbas electus fuit. Hic equidem vir religiosissimus ne regula cœpta, quæ erat asperrima corrueret, continuis precibus dominum rogabat, vt institutum foueret & augeret. Cuius commotus precibus dominus, Bernardi nobilissimi adolescentuli spiritum suscitauit, qui simul cum fratribus suis, amicis, ac consanguineis ad trigesimum numerum, Cistercium sub disciplina Stephani est ingressus, anno 1113. & suæ ætatis xxij.

2 Hic igitur Angelicus vir, nulli doctrina & sanctitate secundus, tantum in religione profecit, vt cælestem in cœlo sedem, in terris honorem, & in religione fundatoris nomen obtinere meruerit. Monasteria enim innumera vbique locorum fundauit, & ecclesiam Catholicam deffendit ac sustentauit; vt Alexander III. in suæ canonizationis bulla testatur.

Huius religionis habitus albus est, cum scapulari nigro & capucio albo: in Cistertio tamen & Clara valle albo vtuntur.

Generalis eligitur à conuentu monasterij Cistercij, & quatuor Abbatibus, scilicet de Clara valle, Morismundo, de Firmiate, & Pontignano: confirmatur à Sum: Pont. & ei subsunt omnes congregationes, præter illas quæ Apostolica auctoritate sunt exemptæ.

Huius administratio ad vitam durat.

Et fuerunt cum eo qui nunc regit quinquaginta duo.

Verum

3 Verùm quo ad ordinis attinet diuisionem prout aliquam habere notitiam potui, diuiditur in diuersas congregationes.

4 Vna enim est congregatio quæ S. Bernardi regularis obseruantiæ dicitur, & hæc per vnum gubernatur Generalem, quinquennio in triennium eligitur, & à Generali Cisterciensi est exemptus, & hæc est in Hispania in regnis Castellæ, Leonis, Toleti, Asturiæ, & Galitiæ, quæ cœpit sub Martino V. anno 1425. imperante in Occidente Sigismundo, in Oriente Ioanne, qui fuit penultimus Imperator Christianus, regnantibus Castellæ & Leonis D. Ioanne II. Aragoniæ Alphonso V. Portugalliæ Odoardo, Franciæ Carolo VII. & Neapolis Ioanna II.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

5 Constat hæc congregatio ex monasterijs 37. & 5. Prioratibus: qui sunt vniti, vnus monasterio montis Sion Toleti, cæteri verò collegio Complutensi, in quo 50. studentes habitant præter ministros, & officiales: & aliud nouiter erectum fuit Salmanticæ in monasterio de Laureto.

Primum huius congregationis monasterium fuit montis Sion Toleti; visitatur congregatio à Generali, & post immediatè à duobus visitatoribus electis in Capitulo generali. Monasteria ab Abbatibus triennalibus gubernantur.

6 In Lusitania est alia cõgregatio, cuius caput & Generalis est Abbas monasterij de Alcobatia. Cœpit sub Pontifice Pio V. & imperio Rodulphi II. & dominio Philippi II. regis Hispaniarum, & vtriusque Siciliæ, Sebastiani regis Portugalliæ, & Caroli IX. regis Franciæ, Henrico Cardinali qui & Rex postea fuit, eius monasterij de Alcobatia Abbate fauente.

7 In Aragonia, Catalonia, Valentia, & Nauarra etiam sunt plurima monasteria, quæ subsunt Abbati generali Cistercienſi, quæ per Vicarium ab eo constitutum reguntur, & visitantur: qui semper esse solet Abbas S. Mariæ de populeto in Catalonia. Horum regnorũ Abbatię vt plurimùm sunt patrimoniales Regum.

In insula Maioricæ est etiã vnum monasteriũ huius ordinis, cuius Abbatia regis patronatus est, & per Abbatẽ perpetuũ gubernatur.

8 In Italia etiam duæ congregationes sunt, altera quæ dicitur Tusciæ, altera verò Lombardię: quæ licet omnia priuilegia habeant, quæ ad congregationem exemptam pertinent, Generalis tamen poterit in capitulis interuenire si vult, & visitare & corrigere cum consilio Abbatum congregationum.

9 Alia vero proximis temporibus in Gallia surrexit congregatio,

quæ

quæ priorem D.Bernardi disciplinã restaurauit, anno enim 1573. sub Gregorio XIII. Rodulpho II. imperante, & in Hispania, ac vtraque Sicilia Philippo II. Lusitaniæ Sebastiano, & Franciæ Henrico III. Ioannnes de Barreria Gallus ab vrbe, quæ dicitur de S. Cere in Guercy oriundus, vir nobilis & literarum studiosus pœnitentia motus, quod Abbatiæ de Fuillens redditus possedisset iure commendæ per 10. annos, religionis votum in eo monasterio emisit, & regulam ad literam seruare statuit. Quo in opere, quia tantorum religiosorum futurus erat parens & dux, tantæq; religionis instaurator, multa ab ipsis monachis passus est, eoq; res peruenit vt venenum in potu obtulerint, à quo fuit, (vt fertur,) signo crucis liberatus; difficultatibus tamen superatis, nouis alumnis in eo monasterio receptis, ex quo veteres omnes recesserunt, congregationi huic sanctissimæ initium præbuit, quorum vita (vt cæteras virtutes taceam) miraculum est.

Abstinent enim perpetuò ab esu carnium, ouorum, & piscium: leguminibus, herbis, fructibus, sine oleo & lacticinijs tãtùm cum pane, sine vino nutriuntur; duo tãtùm pulmenta cocta dantur, & adduntur fructus; ieiunant strictissimè ab idibus Septembris vsque ad diem Resurrectionis Dominicæ, & à Pentecoste vsque ad dictum diem 4. & 6. feria.

Vestis alba sed panni vilissimi est, in domibus capite discoperto & nudis pedibus procedunt, extrà verò capucium album, & sandalos gestant, humi super assere dormiunt, capiti tabulam cum stragulo propter frigus supponunt, simul in vna cella dormiunt, vel quando multi sunt, deni & viceni cum candela noctu accensa.

Semper sunt in exercitio, literati studeant, alij operantur manibus, & pannum pro indumentis texunt; & dum operantur, lectione spirituali animam reficiunt, semper enim ex illis aliquis legit.

Humilitatem profundissimã profitentur, ita vt ego maxima admiratione Romæ in S. Pudentianæ viderim, mihi interroganti dum vellent respondere humi se prostrantes. Deus opt. max. qui dedit incipere, det illis & proficere, non enim dubito eorum orationibus futurum vt Ecclesia Dei magna sentiat incrementa.

Huius congregationis constitutiones confirmauit Sixtus V. Pont. Max. regitur hucusque ab Abbate Fucillensi eius fundatore.

10 Diuiditur in Prouincias tres, scilicet Tolosanam, Butetianam, siue Parisiensem, & Italam.

Et continet septem monasteria, tria in Tolosana, totidem Itala, vnum

vnum verò Parisijs, quorum primum est Fucillense.

Sunt monachi huius ordinis ferè 340. nam 160. sunt in Tolosana Prouincia. In Itala 40. & in Parisina 140.

Multi florent in hac religione sanctitate ac literis, prout de tãaspera vita credi potest, & sufficiat de tam breui principio dicere, quod in anno 86. erant 26. verbi Dei prædicatores, à quo tempo-
11 re multi Theologi orti sunt: inter quos multum elucet † Ioannes de Barreria fundator, in quo B. Benedicti spiritum excitatum ferunt.

12 Sunt in tota religione Cistercienſi, vt relatum est mihi 3040. Abbatiæ, & monasteria, quæ diuersis subsunt congregationibus, vnus tamen generalis est Cistercienſis.

13 Primùm ordinis monasterium est Cistercienſe, vnde sunt Cistercienſes vocati †. Ex hac religione decem & septem Sum. Pont. creatos esse relatum est mihi, & Cardinalium & Episcoporum infinitum numerum habere non valui.

Huic religioni subsunt militares religiones Calatrauæ, Alcantaræ, Montesiæ, & Iesu Christi, de quibus infra sermonem habebimus; & hæc dixisse sufficiat.

SVMMARIVM EX CAP. XLIII.

1 *GRANDIMOTENSIVM origo.*

CAPVT XLIII.

1 GRANDIMOTENSES quoque à quodam Stephano Gallico ex Aluerniæ partibus viro sanctissimo instituuntur sub Benedicti regula anno 1076. sub Gregorio VII. Pont. Max. & sub Henrico IIII. Alemaniæ Imperatore, & ijsdem Regibus dominantibus quos supra in vallis Vmbrosę religione dominari retulimus in anno 1070.

SVM-

SVMMARIVM EX CAP. XLIIII.

1 RDO Gulielmitarum dictus montis Virginis à S. Gulielmo Vercellenſi inſtituitur & modus.

2 Monachi huius ordinis in monaſterio montis Virginis ab eſu carnium, ouorum, & lacticiniorum perpetuò abſtinent, imò nec aliquid iſtorum ciborum in eum locum inferri poteſt miraculo euidenti.

3 Confirmatur ordo ab Alexandro III. & multùm creuit.

4 Ordo in commendam erigitur, ſed poſtea Generali ex eodem ordine ſubijcitur.

5 Generalium numerus.

6 Monaſteriorum & religioſorum numerus.

7 Monaſterium montis Virginis ingens, & reliquiarum copioſiſsimus.

8 D. Fœlix Renda commendatur qui multa ſcripſit, num. ſeq.

9 Fabius Marcheſius laudatur.

10 Sancti religionis.

11 D. Decius Rogerius Generalis laudatur.

12 D. Guilielmus ordinem monialium inſtituit.

13 Confraternitas S. Gulielmi maximis decoratur indulgentijs.

CAPVT XLIIII.

1 POST hunc alius ſequitur monachorum ordo, qui Gulielmitarum, à D. Gulielmo fundatore dicitur, & apud nos communiter mõtis Virginis, in prouincia Principatus vltra, vbi ſum ad præſens pro Rege noſtro Philippo maximo Auditor, in Virgiliano monte fundatus. Gulielmus enim Vercellenſis, vir nobiliſsimus, humana ac diuina nobilitate, poſt aliquam peractam pœnitentiã, vt in eius vita latius explicat doctiſsimus D. Fœlix Renda huius ordinis, de quo infra dicemus, Virgilianum petijt mõtem; quo in loco dum per aliquot annos habitaſſet ſanctiſsimè viuendo, eccleſiam Beatiſsimæ virgini Dei genitrici dicauit, & ad ſe venientes vt eius vitæ ſequerentur inſtitutum plures recepit, & ordini ſuo Heremi-

2 tico ſub D. Benedicti regula initium dedit anno 1124. † Calixto II. Pont. Max. Henrico V. Romanis imperante, & Emanuele Græcis

cis, Caſtellæ & Legionis Alphonſo VII. Aragonię Alphonſo I. Luſitaniæ Alphonſo I. qui fuit comes & poſtea rex, Frãciæ Ludouico VI. & Neap. Rogerio II. comite dominantibus, illud præcipiens, ut eo in loco ab eſu carnium, ouorũ, & lacticiniorum perpetuò monachi abſtinerẽt, quod in hũc uſq; ſeruatur diẽ, maximo, euidentiq; miraculo, ut ſæpius accidit. Si.n. aliquis ad verticẽ ,ppe montis accedens ex his rebus quid deferat: ſubita pluuia, tonitruis & vento cœlum ſerenum mutatur, reſq; illa putreſcit, donec errorem confiteatur, & venia petatur.

3 Confirmatur demum ordo iſte ab Alexandro III. Pontifice Maximo, & ab eius omnibus ſucceſſoribus.

Creuit & dilatatus eſt per totã Italiã, ſed propter bella quæ ibi fuerunt multis in partibus extinctus fuit, & in hoc ſoloRegno, & Ro

4 mæ agnoſcitur, † eiuſq; monaſteria in Cõmendã fuerunt reducta, ſicut olim erat monaſteriũ Montis virginis religionis caput: ſed ho die regitur à ſuo generali Abbate, qui de triennio in triennium eli-

5 gitur. † Quorum à fundatione numerus eſt 37. quinque connumeratis Cardinalibus qui fuere Commendatarij.

Non diuiditur in Prouincias: ſed vnitus eſt ordo, qui viſitatur per Generalem, & duos diffinitores, ad quos prouiſio ſpectat Priorum totius congregationis, qui etiam triennales ſunt.

6 Monaſteria habet 47. Et in eis habitãt fratres circiter quingẽti.

7 Primum antiquitate, & magnitudine eſt monaſteriũ Montis virginis, vbi 120 pluſue monachi inhabitant. Habet eccleſiã magnam pulchris ornamentis, & indulgentijs maximis ornatã; in ea ſiquidẽ eſt caput beatiſſ. M. virg. Conſtantinop. quod Balduinus V. Imperator huic eccleſiæ cũ multis reliquijs & ornamẽtis dono dedit. Adeſt ẽt maximũ, atq; pulcherrimũ reliquiariũ, in quo præter 25. SS. corpora, quę inibi aſſeruantur, adeſt de ligno Crucis particula, & multę aliæ precioſæ SS. reliquiæ; & prius aſſeruabatur integrũ corpus cũ ſanguine ſanctiſſ. Ianuarij noſtræ huius almæ vrbis patroni; ſunt etiam corpora ſanctorum Sidrach, Miſac, & Abdenago.

Huic monaſterio Imperatores Hẽricus VI. & Balduinus, eorũq; vxores plura loca, & vrbes, & villas conceſſere, quorum redditibus non gaudent in totum, ſed ſacrum hoſpitale diuæ Annuntiatæ Neapolis, cuius adminiſtratores mittũt gubernatores ad iuſtitiam adminiſtrandam in dictis locis; Generalis tamen retinet etiam in cle ricis illorum locorum iura Epiſcopalia viſitandi ſcilicet, & beneficia conferendi.

8 In hoc monaſterio eſt ſtudium vniuerſale ordinis: & dum hæc ſcriberem, legebat duas lectiones, Thelogię ſcilicet & Philoſophiæ, doctiſsimus ac religiosiſsimus † D. Felix Renda, quem inter cæteros huius cõgregationis religioſos agnoui Theologica, Philoſophica, ac iuris Pontificia doctrina, & ſpiritualium ſcientia præcellere,

Aliud etiam habent hi religioſi Neapoli templum ſub eiuſdem
9 Virginis inuocatione; quod nunc in ampliorem & pręclariorem formam reſtituitur ex legato illuſtriſſ. comitis Altauillę, cura ta-
10 men & pietate † illuſtris, peritiſsimi, necnon optimi, atque religioſiſsimi viri Fabij Marcheſii, qui id procurauit.

Habuit religio præter S. Gulielmum alios quinque ſanctos viros & Epiſcopos duos.

Floret etiam pluribus doctis, nunc prædicatoribus: inter quos, ut dixi, fulget D. Felix Renda, qui præter narratas aliaſq; virtutes, multa ſcripſit, quorum aliqua iam in lucem prodiere, nonnulla ſub typis ſunt, alia tandem tradenda ſperamus. Scripſit enim ſuper ſimbolum libros quindecim, in quibus, omnia quæ ad noſtram fidem pertinent, doctiſsimè explanauit, de Theologia miſtica libros duos, ſuper Sum. D. Thomæ libros quatuor, Enchiridion terminorum theologalium, Breuiloquium generationis rerum naturalium, librum ſermonum ad fratres in clauſura, vitam S. Gulielmi, & aliorum ſanctorum ſui ordinis, Sermonem in feſtiuitate B.
11 Benedicti, & plures regulas de regimine ſpiritus.

12 Claret & D. Decius Rogerius qui nunc magna cum laude Generalem agit ordinis, & alij quamplures.

Inſtituit præterea B. Gulielmus ordinem monialium, & ipſe in ciuitate Nuſci earum fundauit monaſterium, in quo ipſo viuente plus quingentæ fuerunt receptæ, ut in vita S. Gulielmi exprimi-
13 tur. nunc autem extinctum eſt, ſed Calitri, Venuſiæ, & Beneuenti adſunt huius ordinis monaſteria.

Habet pręterea hæc religio deuotiſsima ſodalitatem in modum confraternitatis, ad quam admittuntur homines, & mulieres: gaudentq; adſcripti multis priuilegijs, & inter cęteros fuerunt admiſſi duo Imperatores, Henricus V I. & Balduinus V: duæ etiam Imperatrices, Conſtantia huius religionis profeſſa Henrici vxor, & Catharina Imperatoris Conſtantinopolitani mater, Reges 11.

Cardinales 14. ex quorum numero fuit Paulus IV. Pontifex Maximus, Archiepiſcopi 5. Epiſcopi 16.

Duces, Comites, & plures alij nobiliſsimi viri.

SVM-

SVMMARIVM EX CAP. XLV.

1 *HVMILIATORVM ordo inſtituitur, & quomodo.*
2 *Carolus Borromæus commendatur.*
3 *Humiliati extinguuntur.*

CAPVT XLV.

1 VMILIATORVM etiã ordo Benedicti regulam ſeruat; hic enim à quibuſdam viris Mediolanenſibus originem duxit, qui à Federico III. exilio mulctati in Alemania labore manuum victum quæritando, ac lanariam artem exercendo, & ſe, & pauperes iuuabant; reſtituti deinde, & in patriam reuerſi eidem ſe dicarunt operi, ut pauperibus ſubuenirent, regulam primùm B. Benedicti ſeruare cœperunt, diuerſis tamen temporibus varios habuere viuendi modos, quos demum Innocentius tertius reformauit, & certum tradidit inſtitutum anno 1200 Othone IV. Imperatore in Occidente, Alexio III. in Oriente ſecundum Caſſan. in catalog. glor. mart. conſidera. 60. Alphonſo VIII. Caſtellæ, Axphonſo IX. Leonis, Petro II. Aragoniæ, Sancio I. Portugalliæ, Philippo II. Franciæ, Federico, qui poſtea huius nominis Imperator fuit, Neapolis Regibus.

2 Noſtris tamen temporibus illuſtriſſ. nec minus ſanctitate refulgens Carolus Borromæus Archiepiſcopus Mediolanenſis, & Cardinalis ampliſsimus, cuius ſanctiſsimum zelum iam pluries hęretici experti fuere, dum eos reformare intendebat anno 1568, nõnulli ex iſtis contra eius vitã conſpirarunt † idque fuit in cauſa ut Pius
3 V. Pont. Maximus eam religionem extingueret, eiuſque reditus alijs religionibus applicarentur.

SVMMARIVM EX CAP. XLVI.

1 *SYLVESTRINORVM ordo incipit à B. Sylueſtro monacho Vallisumbroſæ.*
2 *Generalis quanto tempore duret: & eorum numerus: & quis nunc ſit.*
3 *Monaſteriorum ac religioſorum numerus.*

4 *Betatorum numerus, & nomina.*
5 *Reformatur ordo Sixti V. Pont. Maximi iussu.*

CAPVT XLVI.

1 SYLVESTRINORVM etiam congregatio B. Benedicti sub norma viuit, eumq; Patronum agnoscit. Hic enim ortum habuit secundum Augustinum Florentinum libro 2. cap. 45. hist. Camaldulẽsis, & quod mihi ab ipsius ordinis patribus relatum est à B.Sylvest. ex nobiliss. Gosolinorũ familia, qui Vallisumbrosę monachus fuit, & arctioris vitæ,& solitudinis cupidus in mõtem secessit, quem vocant Montefano prope Fabrianum, ad quem multi ob sanctitatis famam conuolarunt, eius vestigia sequentes, & sub eius norma militantes.Sic ergo initium congregationi dedit anno 1232. quæ fuit demum confirmata anno 1258. ab Innocentio IV. sub imperio Federici II. in Occidente, licèt vacabat ob eius depositionẽm, in Oriente Balduino, Alphonso X. Castellæ & Leonis, Iacobo V. Aragoniæ,Alphonso III. Lusitaniæ,Ludouico IX. Francię, & Neapolis Federico II. Imperatore regnantibus, & ab alijs Summis Pontificibus usque ad Sixtum V. fuit approbata.

Hæc religio olim subdita erat Generali Vallisumbrosæ,nunc suum habet Generalem,† cuius administratio, etsi olim erat perpetua, hodie tamen triennalis est, quorum omnium numerus est 32. usque ad eum qui nũc optimè ordinem regit,& est D.Bonfilius Iancellus.
2

Notissima est hæc congregatio iu prouincijs Marchiæ Anconitanæ, Vmbrię, & Hetruriæ.
3

Habitus grisei coloris est.

Monasteria numerum claudunt XXV.
4

Religiosi uerò circiter 300.

Floruit multis sanctis viris, habuit enim septem, quorum animas in cœlo ęterna frui beatitudine pro certo habetur. Et primùm B. Sylvestrum fundatorem, B. Ioseph de Fabriano congregationis moderatorem post B. Sylvestrum, B. Bartholomæum huius successorem, B. Hugonem, & Ioannem à Baculo charissimos B. fundatori. Claruit etiam B. Simon,qui licet esset literarum expers, difficultates maximas sacrę Theolog.facilimè explanabat;& nulli ex his secundus B. Marcus, quorum omnium officium solemne in congregatione celebratur, & altaria ipsis eriguntur Apostolica facultate, & demum sanctissimi domini Sixti V. Pontificis Maximi priuilegio, & authoritate.

Nullum tamen reperio, qui post religionis habitum susceptum aliqua fuerit ecclesiastica dignitate ornatus, sed multi fuere qui illis abrenuntiantes ordinem sunt ingressi, inter quos Stephanus de Antonijs prouinciæ Marchiæ gubernator,& B.Bonfilius Episcopus Fulginensis.

Hunc ordinem cùm relaxatum conspiceret prudentissimus Pon-
5 tifex Maximus Sixtus V. reformari curauit;cuius rei onus religiosissimo & optimo viro fratri Thimotheo Bothonio ex Prædicatorum familia commisit, qui diligentissimè hoc in negotio se gessit.

SVMMARIVM EX CAP. XLVII.

1 *ORDO Monachorum S. Petri Celestini Aprutij ab ipso restituitur.*
2 *Confirmatur à Bonifacio Octauo.*

CAPVT XLVII.

1 NOSTRI huius magni patris Benedicti sub regula congregationem aliam instituit B.Petrus Moronus ex Isernia Aprutij vrbe, qui dum quietè solitariam vitam duceret in Maiellæ monte ad summi Pontificatus apicem est euocatus, & Celestinus Quintus nuncupatus. Hic solitudinis amator Pontificatui renuntiauit, & ad hęremum redijt,& ordinem iam cœptum à Bonifacio Octauo eius successore confirmari curauit, Astaulpho Romanis, Græcis verò Andronico,& filio Michaele Paleologo imperantibus, Ferdinando IV. Castellæ, & Leonis, Iacobo II. Aragonię, Dionysio Portugalliæ, Philippo III. Francię. & Carolo II. Neapolis regnantibus.

Celestini ab eorum fundatoris nomine sunt vocati.

2 Habitum gestant nigrum discinctum, cum nigro scapulari ad instar monachorum nigrorum ordinis sancti Benedicti;

suppo

ſupponunt tamen ad eorum differentiam veſtem albi coloris, cum qua intra monaſterij clauſtra incedunt. Creuit admodum ordo iſte & ex eo multi ſancti, doctique viri orti ſunt.

SVMMARIVM EX CAP. XLVIII.

1 *ORDO Montis oliuarum inſtituitur à tribus viris Senenſibus,*
2 *Confirmatur ſub Gregorio XI.*
3 *Religioſorum habitus.*

CAPVT XLVIII.

1 MONTIS oliuarum quoque religio à tribus viris ſanctiſsimis, & his Senẽſibus, quorum Princeps fuit Bernardus Tholomeus, prope eam ciuitatem in monte oliuarum nomine decorato inſtituta fuit, anno 1319 ſecundum aliquos, Ioanne XXII. ſedem Petri regente, Ludouico IV. Alemaniæ, & Andronico ſeniori Conſtantinopoli imperantibus, Alphonſo XI. Caſtellæ, & Leonis, Iacobo II. Aragonię, Dionyſio Portugalliæ, Ludouico X. Gallię, & Roberto Neapolis Regibus. † Confirmata tamen fuit anno 1371,
2 ſub Gregorio XI. Rom. Pontifice, & imperantibus Carolo IV. in Occidente, Ioanne Paleologo in Oriente: Caſtellę Henrico II. dicto mayor, Aragoniæ Petro IV. Portugallię Ferdinando primo, Galliæ Carolo V. Neapolis uerò Ioanna prima dominantibus.

3 Hæc Benedicti ſeruans regulam ex proprijs conſtitutionibus arctiorem induxit viuendi modum.

Horum monachorum veſtitus albus eſt, quem beatiſsimam Dominam noſtram Guidoni à Petra mala præſuli Aretino reuelaſſe ferunt, qui religioſis huius ordinis illum tradidit.

Italiam nunc ordo iſte non egreditur cùm anteà etiam in Gallia & Germania eſſet cognitus.

Diuiditur in Prouincias.

Sunt monaſteria numero quorum primum eſt Senarum & vbique locorum pulchra, polita, & redditibus opulentiſsima habet cœnobia. In hac vrbe B. Marię montis oliuarum, habet monaſterium, cuius eccleſia marmoreis imaginibus, ac ſepulchris cæteras

teras antecellit.

Ab vno reguntur Generali, qui triennium officium exercet, &
4 dum hæc ſcriberem erat † D. Io. Baptiſta ab Auerſa, vir probatiſſimus, & humaniſsimus ad meliorem vitam à Domino vocatus. nunc ordinem regit D. Laurentius Peruſinus.

Clarent etiam D. Carolus Petius vir humaniſsimus ac eruditiſſimus, atque in regenda religione prudentiſsimus, & nunc viſitatoris huius Regni officio fungitur, ac etiam D. Petrus Paulus à Galatina vir equidem prudentiſsimus, ac ſui ordinis zelator.

SVMMARIVM EX CAP. XLIX.

1 *MILITARES ordines figurantur Machab. lib. 3.*
2 *Ordinis Calatrauenſium origo.*
3 *Innocentius Octauus magiſtratus dignitatem Regibus catholicis conceſsit in adminiſtratione: & Adrianus VI. coronæ Caſtellæ incorporauit.*
4 *Magiſtrorum generalium numerus.*
5 *Ordinis Calatrauæ quinque dignitates commendantur.*
6 *Commendarum numerus.*
7 *Commendatarij ſeruiunt Regi tempore belli cum numero certo militum.*
8 *Prioratuum, Clericorum huius ordinis numerus.*
9 *Redditus maioris Commendæ aliarum dignitatum, & Commendarum.*
01 *Martyres aliqui ex hoc ordine creduntur.*
11 *Virorum clariſsimorum & fortiſsimorum numerus & nomina.*

CAPVT XLVIIII.

1 HIVS magni patris regulam amplexi ſunt etiam milites regulares, qui ſanguine ſuo fidem catholicã defendere ſunt conati. † Hi enim ſunt illi ſanctiſsimi viri, de quibus Machabeorũ lib. 3. legitur. Iudas enim vir inſignis ad ſuos loquens ita dicebat: Erigamus eiectionem populi noſtri, & pugnemus pro populo noſtro, & ſanctis noſtris, & congregatus eſt conuentus, ut eſſent parati in prælium, & ut orarent, & peterent miſericordiam, & miſerationes. Horum exemplo commoti, qui militari

ri diſciplinæ ſe dicarunt deo ſuo inſeruire totis nexibus curarunt Hic ergo ſonus militias religioſorum excitauit, inter quas ſub D. Benedicti, pręſertim Ciſtercienſi ordine militant, Calatrauenſium Alcatarienſiũ, Monteſiæ, & Ieſu Chriſti religiones, de quibus nunc ſumus verba faſturi. Verùm ut ab antiquiori exordiamur † Calatrauenſes nobis primo occurrunt; quorum ordo in Hiſpania, ut di-
2 xi inſtitutus fuit. Dum enim Mauri, Chriſtiani nominis inimici prouinciam illam occupaſſent, & qui remanſerant in aſperrimis locis paulatim diuino fauore adiuti, propria virtute cœpiſſent cęteras vrbes & loca à ſubiectione redimere: accidit ut ad Regem Sancium nuntium deferretur, quod Mauri Calatrauenſe oppidum expugnare decreuerant. Quem locum quia defendere Rex ipſe non poterat, Abbas quidam Ciſtercienſis Raymundus nuncupatus, qui præerat in monaſterio S. Mariæ de Fitero illi ſe obtulit, à quo & licentiam copias congregandi, & oppidum Calatraue dono obtinuit; Cùm uerò Mauri ab incœpto deſiſterent, fortis eorum Abbas quędam loca oppugnauit, & deuaſtauit, vnde Calatrauam reuerſus monachorum ſui ordinis & militum religioſorum, pro defenſione conuentus, fundauit militiam anno 1158. Poſt obitum uerò B. Raymundi Abbatis, †milites quorum numerus creuerat & authoritas, elegerunt ſibi in magiſtrum D. Garſiam Nauarrum ſtrenuum, ac fortiſsimum virum. Monachi uerò quietis cupidi ad ſua migrarunt cœnobia: alij namq; in Fiterum, alij Gumiel, vbi monaſterium ab ordine fundatum erat reuerſi ſunt.

Hic ordo à principio maximæ fuit ſanctitatis, ut teſtatur Roderi cus Ximenius Tolet. antiſtes in ſua hiſt. Multiplicatio (inquit) eorũ corona principis, qui laudabant in canticis, accincti ſunt enſe, & qui gemebant orantes ad defenſionẽ patrię, victus tenuis, paſtus eorum, & aſperitas lanæ tegumentum eorum; diſciplina aſsidua probat eos, & cultus ſilentij comitatur illos, frequens genuflexio humiliat eos, & nocturna vigilia macerat eos, deuota oratio erudit illos, & continus labor exercet eos, alter alterius obſeruat ſemitas, & frater fratrem ad diſciplinam hortatur, Hęc ille. Verùm nunc, etſi in tanta ſanctitate non ſit ordo iſte, retinet quidem maximam in ſe grauitatem, morum compoſitionem & probitatem, ob Regis noſtri Philippi glorioſiſsimi & religioſiſsimi protectionẽ & nobilitatem iſtorum militum, ac diligentiam quę in recipiendis illis adhibetur.

Eorum habitus erat olim (ut ſermone utar communi) lanea tunica

nica alba pro interula, cui veſtem nigri panni non fini ſuperimponebant, & ſcapulare deſuper cum capucio ad humeros deſcendens, & pileum in capite vel birretum; extra domos tamen nigrum pallium ſuperimponebant: quo habitu vſi ſunt vſque ad annum 1397. quo fuit diſpenſatum vt lineis pannis ad carnem vterentur, & habitum cum ſcapulari dimitterent, dum tamen in pectore ad ſiniſtrũ latus crucem rubeam geſtarent, in cuius quatuor extremitatibus lilij flores eiuſdem coloris pro ornamento adderent.

Abſtinebant etiam ab vxoribus, donec Paul. III. die 4. Auguſti 1544. diſpenſauit vt illas ducere poſſent: & ſic caſtitatis perpetuæ votum in coniugale commutaretur, & in omnibus militibus S. Iacobi æquiparauit.

3 Habebat olim hæc religio ſuum Magiſtrum, ſicut cæteræ militares religiones, donec † Innocentius VIII. Pont. Max. anno 1489. in perpetuos adminiſtratores elegit Ferdinandum regem Cattholicum, eiuſque vxorem Eliſabet. Quod anno 1516. in perſonam Caroli V. fuit confirmatum à Leone X. & anno 1523. Adrianus VI. hunc & alios S. Iacobi & Alcantarę ordines incorporauit coronæ Caſtellæ.

4 Fuerunt ab inſtitutione ordinis, Magiſtri 30. vſque quo fuit hæc dignitas incorporata coronæ Caſtellæ, regis Catholici tempore vt diximus.

5 Sunt in hac religione præter Magiſterij dignitatem, aliæ quinq;: vt Commendatarius maior, qui loco Magiſtri gubernat ordinem, & eſt Generalis Dux 300. equitum, cum quibus ordo ſeruire tenetur domino Regi tempore belli.

Secunda dignitas eſt quæ Hiſpano idiomate dicitur, Clauero mayor. Hic cuſtodiam habebat arcis Calatrauæ, quando in ea Magiſter reſidebat. Vterque iſtorum habet proprium ſigillum cum inſignibus crucis ordinis.

Tertia dignitas eſt Prioris ſacri conuentus Calatrauæ, ad quem rerum ſpiritualium ordinis cura pertinet, in quo maior eſt Parochus, & iura Epiſcopalia in ordinis equites, & ſubiectos retinet.

Quarta eſt maioris Sacriſtæ, cuius adminiſtrator reliquias, & aurea ſacra vaſa ſeruat, atque cuſtodit.

Quinta eſt maioris operarij, qui præeſt omnibus operarijs conuentus Calatrauæ, licet hac dignitate inſignitus, hodie actu non ſeruiat.

6 Comendę huius religionis ſunt Ixxxv.

7 Quarum Commẽdatarij ſi bellum ſit in Hiſpania domino Regi, cum 300. equitibus ſeruire tenentur.

8 Prioratus verò formati in quibus huius ordinis clerici deſeruiunt, ſunt xj.

In his Prioratibus, per annum ordinem probant, qui illum ſunt ingreſſuri: verum in hoc milites differunt à clericis, quòd illi per ſex menſes in triremibus domini Regis noſtri ſeruiunt, & ſic probant. Quo tempore completo, per alium menſem manere debent in conuentu Calatrauæ, vel alio, & demum profeſsionem emittunt. Qui verò impediti ſeruire non poſſunt in triremibus domini Regis, præcedente licentia per tres menſes in conuentu Calatrauæ, vel alio miniſtrare tenentur.

Clerici vero per annum in conuentu manent, & ſic eo completo profitentur. In maiori conuentu, qui eſt Calatrauæ 30. clerici reſident.

Habet hæc religio collegium Salmanticæ, in quo Rectore incluſo, octo ex huius ordinis milites literis operam nauant.

Prima domus religionis fuit vt diximus Calatrauæ.

Habet præterea duos Procuratores generales, alterum in Curia Romana apud ſum: Pont. alterum verò in Curia Regis, apud ſuam Maieſtatem, & ſupremum ordinum tribunal.

Magiſtri redditus aſcendunt ad quingentos mille aureos, quorũ 300. mille exiguntur ex puteis argenti viui, qui omnes in ærarium regium immittuntur ad regis voluntatem.

9 Maioris commendæ redditus ſunt xj. mille aurei. Hæc commenda poſt Federici Toledi Aluę Ducis obitum collata nõ fuit, ſed eius adminiſtrator eſt D. Didacus à Corduba Regis noſtri inuictiſsimi cubicularius.

Claueriæ maioris redditus ſunt 14. mille, & hæc fuit in Iacobum Boncompagnum Soræ ducem collata.

Prior ſacri conuentus eſt frater D. Aloyſius Aluarez à Solis, ex ordine D. Bernardi. Maior Sacriſta eſt D. Laurentius Suarez Figueroa.

Huius dignitatis redditus ſunt 3. mille aurei. Maioris operarij dignitas eſt redditus 4. mille aureorum.

Omnes Commendæ, redditus non ſunt minus aureorum mille, & vt plurimum non excedunt 4. mille præter has.

Commenda Mazaneres eſt redditus duc. 15. mille, & huius eſt Commendatarius Marchio Plieghi.

Ea quæ

Ea quæ dicitur de Bolagnos 6. mille.
De Morales 6. mille.
De Biboras 5. mille.
De las caſas de Corduba 5. mille.
Hiſpalenſis ciuitatis 5. mille.

10 Non reperio ex hac religione aliquem qui in Sanctorum numerum ſit aſcriptus, etſi multos æterna luce perfrui credendum ſit, ob eorum vitam ſanctè geſtam. Adeſt tamen in conuentu Calatrauæ ſacellum quod martyrum nuncupatur, in quo aſſeruantur reliquiæ eorum, qui pro fide pugnantes à Mauris occiſi fuere, quorum geſta ob Hiſpaniæ calamitates ſcripta non fuere.

11 Floruit tamen hic ordo plurimorum virorum armis & virtutibus inſignium, quorum referre nomina longum eſſet. Habentur tamen in hiſtoria trium ordinum cuius auctor fuit licentiatus Rades de Andrada Regis noſtri Cappellanus, & huius ordinis clericus.

Ex hoc ordine quia militaris eſt, pauci litterati exorti ſunt, quia pauci ſunt anni quod fundatum fuit collegium Salmanticæ. Numerantur tamen ex illis præcipui † D. Antonius Padiglia à Meneſes ex noſtris profeſſoribus acutiſsimus vir, qui multa iura eleganter interpretatus fuit, & deceſsit dum munere fungeretur præſidentis ſupremi ordinum Tribunalis apud Regem noſtrum.

Claruit etiam licentiatus Paramo, qui multis officijs perfunctus eſt, & cùm eſſet inquiſitor Toleti migrauit ad dominum.

Florent inter eos qui nunc viuunt licentiatus Rades Andrada, magnus hiſtoriographus, Prior conuentus Granatenſis, licentiatus Caſtegion, & licentiatus Albornoz, ambo ex Conſiliarijs ordinum ſupremi Tribunalis viri doctiſsimi. Sũt etiam clariſsimi inter verbi Dei concionatores doctiſsimi Theologhi magiſt. Hidalgo Prior Valentiæ, & Doctor Aualos Regis noſtri Cappellanus.

Duo tamen Epiſcopi in ordine numerantur, ſcilicet Don Didacus Alaua, qui fuit Cordubenſis Epiſcopus, & D. Ferdinandus Figueroa, qui nunc viuit Epiſcopus Canarienſis, magnus Theologus, & concionator,

Et ex Italis hac cruce præcipuè decoratus eſt D. Carolus Aualos Marchionis Vaſti filius.

Ex hoc ordine ortum, & augmentum habuere Alcantarienſium, & Monteſiæ religiones.

SVMMARIVM EX CAP. L.

1 RDO Alcantarienſium inſtituitur & quando.
2 Alcantaræ ordo vnde dictus.
3 Ordo Alcantaræ probatur ab Alexandro III.
4 Magiſtrorum generalium numerus.
5 Adrianus VI. incorporauit coronæ Caſtellæ hoc magiſterium.
6 D. Cæſar Aualos commendatur.

CAPVT L.

1 AB iſto Calatrauæ ordine (vt prædiximus) augmentum, & formam recepit ordo militiæ Alcantaræ; qui prius S. Iuliani del Pereiro nuncupabatur, & hunc inſtitutum ſcriptores dicunt anno 1182. ſub Lucio III. Pont. Max. Federico I. in Occidente, Alexio II. in Oriente imperantibus, Ferdinando II. Caſtellæ, Alphonſo II. Aragoniæ, Alphonſo I. Portugallię, Philippo II. Franciæ, & Gulielmo Bono Neap. regnãtibus. 2 Dictus tamen eſt † Alcantaræ militiæ ex quo D. Martinus Fernandez Quintana, qui fuit Calatrauæ Magiſter oppidum Alcantaræ cum ſuis pertinentijs, & alijs rebus quæ poſsidebantur per ordinem Calatrauæ, militibus Alcantaræ conceſsit, & hunc ſuo ordini ſubiecit, anno 1216. vt ex inſtrumento quodam, eodem fermè tempore confecto conſtat in urbe Ciuitatenſi, quæ apud Hiſpanos Ciubdad Rodrigo nuncupatur. Sic igitur tranſlata fuit ſedes Magiſtri, qui reſidebat in loco S. Iuliani del Pereiro ad vrbem Alcantaræ, & ex illa cœpit denominari ordo iſte.

3 Approbatur hæc religio per Alex. III. anno 1177. & anno 1411. tempore 31. Magiſtri relicto antiquo habitu cœpit vti cruce forma ſimili Calatrauæ, ſed viridis coloris.

4 Regebatur vt aliæ per Magiſtrum; ſed Don Ioannes à Stunica 36. Magiſter dignitati abrenunciauit, & Alexander VI. in adminiſtrationem conceſsit Regibus Catholicis, Ferdinando, & Eliſabeth. 5 † Adrianus verò V. vt diximus incorporauit magiſterium coronæ Caſtellæ.

Fuerunt ab ordine fundato Magiſtri 36. omnes viri ſtrenui.

Floret hic ordo plurimorum militum nobiliſsimorum virtute, 6 inter quos † Don Cęſar nempe Aualos ab Aragonia Regni magnus Cancellarius, vir ſtrenuus & humaniſsimus, magni illius Marchionis Vaſti filius, qui multis dignitatibus militaribus honorificè eſt perfunctus; & multi alij in Hiſpania, quorum nomina ſcire non valui.

SVMMARIVM EX CAP. LI.

1 MONTESIAE ordo quando ortum habuit, & vnde dictus.
2 Ioannes XXII. ordinem confirmauit.
3 D. Petrus Ludouicus Galzeran de Borgia Magiſter Monteſiæ.
4 Religionis habitus.

CAPVT LI.

1 MONTESIÆ alius ordo eſt in Hiſpania, hic enim ortum habuit Valentię anno 1312. ſub Ioanne XXII. Ludouico IV. Bauaro imperante in Occidente, & Andronico in Oriente: Alphonſo XI. Caſtellæ & Leonis, Iacobo II. Aragoniæ, Dionyſio Luſitaniæ, Ludouico VI. Franciæ, Roberto verò Neapolis regnãtibus; ob defectum militum templi, & ex rebus illius religionis fuit ditatus, & prima domus in caſtello Monteſiæ fundata fuit, à quo nomen ordo ſortitus eſt.

2 Hunc ſub Calatrauę ordinis regula conſtituit Ioannes XXII. qui & illum confirmauit: ſed iuriſdictioni illius non eſt ſubditus, licet aſsiſtant duo milites Calatrauæ in Capitulo nomine Magiſtri, & vnus ex Abbatibus S. Crucis, vel de Baldina, qui ſunt Ciſtercienſes, & confirmant ſtatuta in Capitulo.

3 Habet ſuum Magiſtrum quem adhuc retinet, qui eſt D. Petrus Ludouicus Galzaran de Borgia, cum quo fuit diſpenſatum, vt vxorem duceret, quam non poſſunt milites huius ordinis ducere, & fuerunt hucuſque 17. Magiſtri.

4 Habitus eſt crux rubei coloris vndique æqualis abſq; aliquo ornamen-

namento; verùm magiſter aliquantulum maiorem geſtat, & latiorem in extremitatibus. Et hæc de ordine iſto habere potui.

SVMMARIVM EX CAP. LII.

1 *ORDO militiæ Ieſu Chriſti in Luſitania ortum habuit, & quo tempore.*
2 *Habitus religionis.*
3 *Hæc religio magnos habet redditus in Luſitania.*

CAPVT LII.

1 IN Luſitania etiam militum ordo qui Ieſu Chriſti appellatur, à Ioanne II. vt Mauris Beticam eo tempore poſsidentibus reſiſterent, ac repugnarent inſtitutus fuit anno 1326. in Occidente imperante Ludouico IIII. in Oriente verò Andronico, & Michaele filio, Caſtellæ Alphonſo XI. Aragoniæ Iacobo II. Portugalliæ Alphonſo IIII. Galliæ Carolo V. Neap. Roberto regibus.

2 Rubei coloris crucem vndiq; æqualem ad extremitates virgulas habentem, & auro ornatam geſtant milites.

3 Magnos habet redditus, & in dicto Portugalliæ regno tam viget.

SVMMARIVM EX CAP. LIII.

1 *ORDO militiæ Diui Stephani à Coſmo Medices Florentiæ Duce inſtituitur.*

CAPVT LIII.

1 ALia quoq; religio militum nempè D. Stephani, B. Benedicti ſeruat regulã. Hęc anno 1561. à Coſmo Medices magno Florentiæ duce, Senarumq; Principe inſtituta fuit ſub Pio IV. à quo fuit ordo confirmatus, imperante in Occidente Maximiliano II. Auſtriaco, in Hiſpania, & vtraq; Sicilia Philippo II. regnante, & Portugalliæ Sebaſtiano. Fuit etiã à ſum. Pôt. ſtatutum vt Duces Florentiæ magni Magiſtri authoritatem haberent; eſtq; nunc Sereniſsimus Ferdinandus, qui ante fuit Illuſtriſs. Cardinalis, ſed eccleſiaſtico ordine minimè inſignitus.

Horum militum virtutem Turcarum piratę quotidie experiuntur; nam quatuor triremibus non modo illos captiuos ducunt, verũ ipſius Conſtantinopolis ſuburbia aliquando vexant.

Vxores ducunt, & eorum conuentus vbi Vicarius generalis Magiſtri reſidet, eſt in ciuitate Piſarum, vbi religioſorum more viuũt; de quo in lib. eorum conſtitutionum.

SVMMARIVM EX CAP. LIV.

1 *ALiqua de laudibus B. Franciſci.*
2 *Ordo S. Franciſci quo tempore inſtituitur.*
3 *Innocentius III. & Honorius III. ordinem confirmant.*
4 *Monialium regula inſtituitur, ampliatur, & reformatur.*
5 *Ordo monialium ſanctiſſimæ Conceptionis ſub regula B. Claræ inſtituitur.*
6 *Tertiarius ordo à Beato Franciſco inſtituitur.*
7 *Ordo tertiarius monialium à Comitiſſa Ciuitellæ reformatur.*
8 *B. Franciſcus moritur, & ſepelitur.*
9 *Ordo B. Franciſci reformatur pluribus temporibus, quod ſucceſſiuè ponitur.*
10 *Ordo B. Franciſci de obſeruantia à Beato Bernardino, & Ioanne Capiſtrano nimis augetur.*
11 *Leo X. Pont. Max. Generalatum ad obſeruantes, & ſigillum tranſtulit.*
12 *Pius V. Pont. Max. omnes de obſeruantia religiones vniuit, & Generali de obſeruantia ſubmiſit.*
13 *Frater Franciſcus Gonzaga laudatur, & num. 30.*
14 *Cappucini incipiunt.*
15 *Differentia quæ eſt inter obſeruantes, & Cappucinos.*
16 *Prouinciarum obſeruantium numerus.*
17 *Conuentuum, & Fratrum de obſeruantia numerus.*
18 *Monaſteriorum monialium numerus.*
19 *Monialium numerus.*
20 *Generalium numerus.*
21 *Vicariorum generalium de obſeruantia numerus.*
22 *Protectorum religionis numerus.*
23 *Summorum Pontificum, Cardinalium, Patriarcharum, & Epiſcoporum numerus.*

Docto-

24 *Doctorum qui ſcriptis religionem illuſtrarunt numerus, & aliquorum nomina.*
25 *Fr Fœlix Perettus, poſtea Sixtus V. Pont. Max. commendatur.*
26 *Fr Franciſcus Panigarola Epiſcopus Aſtenſis.*
27 *Fratres huius ordinis multa præclara in India tam orientali, quàm occidentali ſanctiſsimè geſſerunt.*
28 *Paulus Regius Epiſcopus Vici æquenſis.*
29 *Beatarum ſecundi, & tertij ordinis S. Franciſci numerus.*
30 *Beati ſecundi ordinis S. Franciſci.*
31 *Martyres qui noſtris ferè temporibus martyrio diuerſis in temporibus coronati ſunt.*
32 *Religioſi S. Franciſci ſunt in Terra ſancta, vbi quatuor habent monaſteria.*
33 *Conuentualium S. Franciſci ordo.*
34 *Reformati ex ordine Conuentualium nouiſſimè oriuntur.*
35 *Sixtus V. Pont. Max. pluribus nominibus dignus commendatur.*
36 *Conſtantius Sarnanus Cardinalis Illuſtriſſimus commendatur.*
37 *Cappucinorum ordo.*
38 *Habet ſuum Generalem qui ad ſexennium durat.*
39 *Prouinciarum, Conuentuum, & religioſorum Cappucinorum numerus.*
40 *Fr Fœlix, & fr. Ioannes laici Cappucini cum magno ſanctitatis odore proximis his temporibus deceſſerunt.*
41 *Fr Lupus Cappucinus laudatur.*

CAPVT LIV.

1 VARTO & vltimo loco deſcribenda nobis remanet Seraphici, ac glorioſi Patris noſtri Franciſci religio, cuius pauperrima, ſanctiſsima & humillima vita omnibus nota ac manifeſta eſt. Quis enim eius laudes exprimere vnquam pro dignitate poſſet? quem ipſe dominus noſter tot euidentibus ſignis clarificauit; aut quis vnquam ita Chriſti Domini noſtri veſtigia ad literam vt ipſe ſectatus fuit? cuius ortum annunciat Angelus, in ſtabulo naſcitur, mundo adhuc adoleſcens relicto, ita Domino adhæſit, vt nec patris minæ, matris lachrimæ, auri cupiditas, aut dæmonum tentationes amouere

mouere potuerint, & demum vt eius laudes vnico verbo complectar, Chriſti domini noſtri ſtigmatibus inſignitus ad ſuperos euolauit. Sed quid ago, qui eius laudes impolito calamo obſcurare potius quàm aut explanare, aut pro voluntate poſſum extollere. Predicent igitur eius encomia Angeli, cuius virtutem Chriſtus ipſe dominus noſter ſacratis plagis oſtendit. Patefaciant Seraphin eius ardorem qui illos in amore æquauit; quadere inter primas cœli ſedes locum obtinuiſſe piè credendum eſt, vbi triplici conſpicitur ornatus aureola.

Miracula eius narrent populi, & eius meritis gaudeat Eccleſia, exultet Chriſtiana religio, quæ tanti patris auxilio eiuſq; filiorum virtute indignationē effugit domini, & priſtinum religionis candorem recuperauit. Sed cùm eius tam nota ſit ſanctitas & ſumma in illum Chriſtianorū deuotio, illud addam me huius patris Domini, ac protectoris auxilio, quem poſt Virginē glorioſiſsimam veneror à multis liberatum periculis, multaſq; gratias obtinuiſſe. Huius tamen illuſtriſsimæ religionis laudes, & amplitudo in conformitatibus trium ordinum in chronico à Reuerendiſſ. fr. Mario Oliſſiponenſi, nūc meritiſsimo Portuenſi Epiſcopo cōpoſito, & ab Illuſtriſs. & Reuerendiſſ. fr. Franciſco Gonzagha ordinis obſeruantiæ, dū hæc ſcriberē generali Miniſtro, nunc autē Papiæ Epō digniſs. in ſua præclara, & laborioſa ordinis deſcriptione exprimuntur.

2 Hic igitur vir omni ſanctitate plenus duodecim ſibi annumeratis ſocijs ordini ſuo initium dedit anno 1209. in ciuitate Aſſiſſij, eodem fermè tempore, quo Dominicus ordinē ſuum inſtituit, ſub Innocentio III. & ijſdem imperantibus, ac regibus quos in illius ordinis deſcriptione retulimus; qui Pontif. Max. cùm votis Franciſci, & Dominici aſſentire recuſaret, baſilicam Lateranenſem cadentem ab iſtis ſanctiſsimis viris ſuſtineri noctu vidit in ſomnijs; eos igitur mane accerſiri iuſſit, & ordinis inſtituendi facultatem conceſsit.

3 Cuius ſum. Pont. Innoc. ſucceſſor Honorius III. ordinem confirmauit, & mendicantium numero adſcripſit eodē tempore quo Dominici regulam approbauit.

4 Poſt quem iam feliciter ordinem inceptum, regulam quoque mulieribus, religioſam vitam ſequi deſiderantibus præfixit anno 1212. quæ Clariſſarum à B. Clara Aſſiſinate dicta fuit, per quam nihil eis proprium habere licebat; quod tamen Innocentius IIII. anno 1245. ad quarundam monialium inſtantiam moderatus

ratus est, proprium in communi habere concedens, licet postea eiusdem B. Claræ precibus reuocauerit, quamuis Vrbanus Papa IIII. idem fuerit postea elargitus, alteram sororibus mitiorem constituens regulam, quæ secunda dicitur, eiusque professores Vrbanistæ appellantur.

Hanc tamen collapsam regulam Colecta quędam Burgunda soror Tertiaria priori restituit candori, plura monasteria in Gallia, & superiori Germania, multis laboribus & difficultatibus reformans, & in pristinum statum restituens.

5 Alia quoque est monialium religio, sub Conceptionis B. Virginis inuocatione. & B. Claræ regula, cui Beatrix à Silua Lusitana initium præbuit anno 1490. sub Innocentio VIII. Maximiliano I. imperante Romanis, regnantibus in Hispania Ferdinando, & Elisabeth regibus Catholicis, Portugalliæ Ioanne II. Franciæ Carolo viij. & Neapolis Alphonso ij.

6 Pius tamen pater, non tantũ viris, ac fœminis religiosam, ac arctam vitam profiteri volentibus prouidit, verùm & alijs in seculo manẽtibus vxoratis, & solutis pia sua charitate succurrit. Præfixit ergo eis, qui religioso desiderio arderent, certã viuendi normam anno 1221. Honorio iij. sedente; in Occidente Federico ij. in Oriente verò Petro Antisiodorensi imperantibus: atque Castellæ Alphonso jx. Aragoniæ Iacobo ij. Portugalliæ Alphonso ij. Franciæ Philippo ij. & eodem Federico Imperatore Neapolis regnantibus, quæ pœnitentium, siue Tertiariorum S. Francisci dicitur, ab eodem Honorio iij. confirmata.

7 Cùm ergo hæc sacra Tertiariorum fraternitas in dies crescceret, per deuotam Angelinam à Fermis, Ciuitellæ apud Brutios Comitissam (quæ cũ pluribus iuuenculis Fulgineæ, quæ Vmbrię ciuitas est, monasterium ingressa fuit) tribus votis emissis illustrata fuit, imo Tertiariorum ordini, qui nunc sic nuncupatur dedit initium; ad cuius exemplum plura in multis Italiæ partibus erecta fuerè monasteria, cùm mulierum tũ quoque virorum: qui tandem ordo à Leone X. anno 1521. die 20. Ianuarij confirmatus alijs regulis longè ab illis, quibus regebatur diuersis astrictus fuit.

8 Quibus sic piè, ac sanctè peractis, suorum laborum prẹmium accepturus Redemptori animam glorificandam restituit, & corpus sacris stigmatibus ornatum venerandũ nobis reliquit, quod in loco vbi delinquentium corpora sepeliebantur iussit humari, & ex voto accidit: illum namque locum eius fratribus Assisinatenses ciues dona-

donauere vbi ingens templum, & monasterium à fratribus Conuẽtualibus habitatum, piorum virorum eleemosinis inceptum, summorum Pontificum liberalitate perfectum extitit. Quod quidem tripartitum in superiorem, mediam, ac infimam est partẽ, in qua corpus B. patris extat sepultum, ad quam nulli patet accessus; reliquas verò duas partes licet inuisere, pro vt mihi licuit anno, quo hæc scriberem proximè præterito qui fuit 1584. 7. idus Februarij. Frãciscus verò in sanctorum numerum eius probitate nota relatus fuit à Gregorio IX. anno 1236. imperante Romanis Federico II. Græcis Ioanne Comneno, & regnantibus Castellæ Henrico I. Aragoniæ Iacobo II. Portugalliæ Sancio II. Franciæ Ludouico IX. & eodem Federico Neapolis.

9 Hic autem præclarus ordo aliqua cùm ex parte collapsus esset immobilia possidendo ab aliquibus eius familiæ fratribus Cęsareo quodam duce, à quo, & Cæsareni dicti sunt primùm fuit reformatus anno 1244. Alia huius ordinis cœpit reformatio anno 1294. sub Celestino V. Adulpho Romanis imperante, à duobus fratribus Angelo scilicet Antesignano, & Angelo de Cingulo, qui Clareni ex eo dicti sunt, quòd primum in monte claro habitare cæperũt. Hi tamen fratres Angeli morte diuisi à fratre Gentili à Spoleto, & Paulo de Trincis reformantur anno 1368. in prouincia S. Francisci, à quo tempore regularis creuit obseruantia sub Martino V. qui multis ordinem fauoribus prosequutus fuit.

Nec modo in Italia pristinum institutum plures amplexi sunt, verumetiam in Gallia nonnulli sui status zelatores regulam puram, absque summi Pontif. dispensationibus, ac priuilegijs seruare cœperunt anno 1388.

Eodemque fermè tempore in Hispania Spiritus sanctus ad idem impulit Petrum Villacretium, ac Petrum Pincianum Conuentualiũ familiæ professores, quæ reformatio à Petro Sanctoyo fuit nimium aucta, ac illustrata.

Et anno 1392. apud Lusitanos alia cœpit regularis obseruantiæ institutio, à fratribus Didaco Arias, & Gũdisalao Marino, & alijs Castellanis, & Gallecibus patribus.

Et 30. annis post inceptã reformationem à fratre Paulo de Trincis, in Prouincia S. Angeli huius Regni, quæ dicitur Capitanata arctissima cæpit reformatio ac viuendi norma sub B. patre, fratre Ioãne à Stronconio, & fratre Thoma Florentino professione laico, qui patres de sancto Euangelio fuere appellati.

Coletanorum alia fuit reformatio à Coleta muliere illa pijſsima (quæ Clariſſas reformauit vxores) ſic dicti, de qua ſuprà in ſecunda regula meminimus, quæ cœpit anno 1410.

Et Amadei, qui Mediolani à B. Amadeo Luſitano viro ſanctiſsimo ac nobiliſsimo, inſtitutum & nomen habuere, anno 1460. cæperunt.

Denuo autem ordinẽ in Italia frater Petrus Caperolus reformauit, qui & Caperolanis fratribus nomẽ dedit anno 1477. ſub fratre Petro à Neapoli Ciſmontanæ familiæ generali Vicario.

Hi tamen omnes qui à proprijs regebantur Vicarijs ſub Generalis conuentualium Miniſtri obedientia, fratribus de obſeruantia
10 adhæſere †. qui de obſeruantia ordo à B. Bernardino de Senis, & B. Ioanne à Capiſtrano ſanctiſsimis viris, nimium & in Italia, & in Gallia, Germania, ac Polonia auctus, ac reſtitutus fuit anno 1440. cùm Eugenius IIII. Pontifex eſſet maximus, & Romanorum Imperator Federicus IV. Auſtriacus, & Græcorum Ioannes Paleologus, & regnis Caſtellæ & Aragoniæ D. Ioannes II. Portugalliæ Odoardus, Neaꝑ. Ioanna II. & Franciæ Carolus VII. præeſſent, calopodijs ligneis, quibus nunc vtuntur additis, quod in Italia tantum ſeruatur: in cæteris vero regnis calceis, ex ſuperiori
11 parte inciſis pedes cooperiũt, quod & poſtea à † Leone X. Pont. max. anno 1517. fuit confirmatum; de cuius præcepto ſigillum & Miniſtri generalis electio, ac nomen ad obſeruantes tranſlata fuere; fratribus tamen conuentualibus Vicarij (prout obſeruantibus erat prius conceſſum) eligendi fuit tributa poteſtas, nõ tamen ſub ge-
12 neralis Miniſtri obedientia. Quod tandem feliciter † Pius Quintus Põt. Max. ſequutus, omnibus nominibus ſublatis, & pro uincijs quæ inter ſe diuiſæ erant ſimul iunctis, ſub obſeruantium nomine generali eorum Miniſtro ſubdidit poteſtati, pro vt hæc omnia latius pertractauit Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. vitæ probitate præclarus vir
13 † frater Franciſcus Gonzagha, in eleganti & accurata ordinis ſui deſcriptione, in prima parte.

14 Demum alia inſignis cæpit reformatio, quę Cappucinorum fuit nuncupata, anno 1525. Romanam Eccleſiam gubernante Clemẽte VII. imperante inuictiſsimo felicis recordationis Carolo V. eodemque Hiſpaniæ, vtriuſque Siciliæ, noui orbis, & aliorum regnorum domino, Luſitaniæ Ioanne III. & Franciſco Valeſio Galliæ; cuius author fuit frater Matthæus Baſcius regularis obſeruantiæ alũnus, vir in vita, & poſt mortem præclarus, in cœnobio montis Leonis

nis vlterioris Calabriæ Prouinciæ, viliori indutu & ſimplici amictu & piramidali cuculla, quam capucium vocant ad diuerſitatem additis. Hunc religioſum virum frater Ludouicus à Foſſambruno & eius frater vterinus ſunt ſequuti, & alij religioſiſsimi fratres, & primum conuentum ab Illuſtriſs. Catherina Cibò Camerini Duciſſa, Clementis VII. authoritate accedẽte obtiuuere anno 1526. die 28. Maij; & anno ſequenti frater Ludouicus à Foſſambruno primus Vicarius generalis cõſtituitur, à quo ſcilicet tempore hæc ſacra Cappucinorum religio ſuas radices firmiſsimè ita iecit, vt Franciſci iã redijſſe tempora affirmare poſsimus.

15 Hæc ſacra Religio, quæ ſub vno regitur generali Miniſtro, & duobus generalibus Vicarijs conuentualium ſcilicet, & Cappucinorum tripartita eſſe videtur, inter obſeruantes ſcilicet, conuentuales, & Cappucinos, inter quos eam quæ traditur differentiam ponere non recuſamus, ne vel iſtos, vel illos meliores quis iudicet, eos taxando cur à ſancti Patris regula deuiaſſe videantur. Illa eſt igitur differentia, nam conuentuales diuerſis ſummorum Pontificum priuilegijs, conceſsionibus, & diſpẽſationibus potiuntur, obſeruantes licet Diui Franciſci regulam ad litteram ſeruent: iuxta tamen ſummorum Pontificum declarationem viuunt; Cappucini vero his omnibus ſublatis eam ad corticem ſeruant. Sed de obſeruantibus primò ſermonem habeamus.

16 Quorum obſeruantium religio in octuaginta vnã Prouincias diuiſa eſt, quarũ 30. vltra-montanæ, aliæ vero 51. citra-montanæ ſunt iuriſdictionis. Earũ vero nomina, & inſignia ſi quis ſcire cupit eũdem videat Illuſtriſs. Gonzagam in loco præallegato.

17 Continet præterea duos mille & tres conuentus centum & decem deductis, qui in Prouincijs enumeratis ob hæreticorum, & infidelium prauitatem vaſtatis non connumerantur; neque in hac compræhenduntur ſumma, conuentus prouinciarum Hiberniæ, Scotiæ, Daciæ, & Angliæ, & Saxoniæ, qui erant 101. quia Prouinciæ illæ inter alias connumerantur, cùm nullum in eis religionis, nec Chriſtianæ, nec Franciſcanæ remanſerit veſtigium.

Fratrum verò huius congregationis numerus eſt 31696.

18 Et quia de monialibus ſuprà verba fecimus, cùm omnes ſanctæ Claræ ordinis ab iſtis obſeruantibus patribus gubernentur, eorum
19 monaſteriorum numerus eſt 635. † Monialium verò quæ in ijs habitant

habitant tum Clariſſarum de prima regula, tum Vrbaniſtarum de ſecunda, Tertiariarum, & Conceptioniſtarum numerus eſt 24294.

Prima huius religionis domus eſt S. Mariæ de Angelis: ſed prima auctoritate eſt Pariſina, quam incolunt 422. fratres, quorum maior eſt pars Philoſophiæ, ac Theologiæ operam dantium.

Generalis Miniſtri adminiſtratio tempore olim non arctabatur vſque ad Leonem X. anno 1517. à quo ſexannorum fuit tempus præſcriptum. Pius tamen V. vſque ad 8. annos dilatauit. At Sixtus V. Pont. Max. priſtinum ſexannorum tempus eis præfixit, & hic Generalis ſuum conſtituit generalem Vicarium, quãdo vltra-mõtanus eſt citra-montanum, & è contra.

20 Habuit hæc ſacra religio à B. Franciſco, vſque ad eum qui nunc generalis Miniſtri fung. officio 58. Miniſtros; & quia ante Miniſterij nomen, authoritatem ac ſigillum à Leone X. ei traditum, per Vi
21 carios generales diximus gubernari, eorum numerum omittendũ non putaui qui eſt 53. quorum 28. vltra-montanis, reliqui vero 25. citra-montanis patribus obſeruantibus præfuere.

22 Protectores habuit 27. vſque ad hunc, qui eſt Illuſtriſsimus, ac Reuerendiſsimus Hieronymus Matthæius religioſiſsimus, & prudentiſsimus Cardinalis.

23 Summos Pontifices 4. Sixto V. à Montealto Conuentualium congregationis incluſo, & aliorum hæc ſunt nomina, Nicolaus IV. Aſculanus, Alexander V. Cretenſis, & Sixtus IV. Ianuenſis.

Cardinales 34. Patriarchas 5. & Epiſcopos quamplurimos, & hodie vnum tantum Cardinalem ex Conuentualibus Illuſtriſsimum fratrem Conſtantium Sarnanum, de quo infra meminimus.

24 Doctorum qui ſua ſcripta ad eruditionem aliorum ediderunt eſt numerus 293. inter quos Alexander de Ales, qui primus ſummam in quatuor partes diuiſam edidit, & modum per oppoſitiones & reſponſiones quem D. Thomas ſequutus eſt adinuenit, & plura alia ſcripſit. Sanctus Bonauentura Cardinalis qui multa in lucẽ prodidit opera, inter quæ ſummè laudat Ioan. Gerſon: breuiloquium & itinerarium mentis in deum. S. Bernardinus de Senis concionator inſignis plura opuſcula conſcripſit. Frater Landulphus Caracciolus Neap. Archiepiſcopus Amalphetanus ſcripſit ſuper 4. ſent. in 4. Euangelia, in epiſt. ad Hebræos, in Zachariam, & ſermones de tẽpore. Frater Franciſcus Ximenius à Ciſneros S. R. E. Cardinalis & Toletanus Archiepiſcopus, nouum ac vetus teſtamentum quadruplici lingua hebraica ſcilicet, caldaica, græca, & latina multis

tis laboribus edendum curauit, Nicolaus Liranus, Scotus, Angelus à Clauaſio, Bartholomæus Albicij, qui 30. volumina conſcripſit, frater Bertrandus à Turre Cardinalis, & alij multi. Et ex nouiſsimis frater Antonius Gueuara Epiſcopus Mondonieti, Quinti Caroli imperatoris Chroniſta, & à conſilijs; frater Alphonſus à Caſtro hæreticorum acerrimus inſectator librum de iuſta hæretico-
25 rum punitione conſcripſit; † frater Fælix Perettus dum hæc ſcriberem Sum. Pont. Sixtus V. plures conciones elegantes, ac pias hetruſca lingua, dum apud hos religioſos degeret conſcripſit: vir equidem Iuſtitiæ zelator, pacis author, vitiorum expugnator, religionis Chriſtianæ propagator, & Pontificię dignitatis ſemper Au
26 guſtus; † frater Ioannes Vollera Neap. lepidiſsimus, ac doctiſsimus concionator; frater Marcus ab Vliſippone Neopontuenſis
27 nunc Epiſcopus, qui chronicam ſuæ religionis edidit: † & frater Frã ciſcus Panigarola Mediolanenſis, omnium ferè nunc tempeſtate noſtra concionatorum facilè Princeps, Aſtenſis Epiſcopus, qui 18. lectiones aduerſus Caluinum doctiſsimè conſcripſit, & alia multa quæ maximo omnium conſenſu leguntur; & frater Franciſcus Gonzagha, de quo ſupra latius meminimus ſui ordinis Generalis, nunc Cephaulæ Epiſcopus, librum nouiſsimè conſcripſit, in quo elegantiſsimè ſui ordinis originem, inſtitutum, progreſſus, & ſtatum, particulares conuentus, & omnia quæ inibi ſunt notabilia deſignan-
28 tur, † vbi latè geſtorum per fratres ſui ordinis in India tam occidẽtali, quàm orientali meminit, plures ſanctorum patrum, qui eam ad fidem conuertendam primi omnium migrarunt breui, ac elegan ti ſtilo conſcribens; quorum ego & vitam, & in fidei plantatione geſta non potui non mirari, qui nullis parcendo laboribus ac periculis, pro ea propaganda ſuorum corporum mortificationi & contemplationi ita incumbebant; vt quietè in monaſterijs vitam gerẽtes aliud facere accuratius non poſſent; frater Ruphinus à Capua, vir doctiſsimus & vitæ probitate clarus. Nec omittendus eſt frater Auguſtinus de Cupitis Ebolitanus, omnibus virtutibus ornatus, qui multis annis & prædicatoris, ac Theologi Franciſci Medices magni Ducis Hetruriæ munere functus eſt. Scripſit tria poemata elegantiſsima, quorum duo, Catharina martyrizata, & Rithmi ſpirituales, iã prælo ſunt tradita: tertium autem omnium pulcherrimum, cuius titulus eſt Virgo incoronata, breuiſſimè tradendum ſperamus. Scripſit & alia multa. Floret in Hiſpania frater Aloyſius de Mieſes optimus Theologus, maximuſque concionator, quẽ

ciui-

ciuitas ista nouit in aduentu peritissimi, ac optimi viri Gomesij à Mescua inuictissimi regis nostri Philippi in supremo R. Cam. Sum. huius Regni prætorio consiliarij, quem presidentem vocant.

Quòd si doctorum numerum, atque nomina posuimus, erit non ab re sanctorum, ac beatorum numerum describere.

Sunt ergo inter sanctos connumerati 20. & ex monialibus duæ, inter quos Antonius Bernardinus, Bonauentura, Ludouicus, & nũc S. Didacus Complutensis à Sixto V. catalogo ascriptus v. nonas Iulij 1588.

Beatorum numerus est 311.

Ex quibus B. Ioannes Neap. martyr in Syria, Ioannes à Capistrano prædicator insignis, qui Germaniam, Poloniam, & alias septentrionales partes reformauit, & ad vitæ melioris frugem reduxit. In Syria miraculis claruit B. Leo sancti patris Francisci confessor & Cancellarius, cui sanctus pater his benedixit verbis, cùm magna tentatione dæmonis vexaretur: Benedicat tibi dominus, & custodiat te, ostendat faciem suam tibi, & misereatur tui, conuertat faciem suam ad te, & det tibi pacem, Dominus benedicat fratrem Leonem. Quæ verba sancti patris manu scripta in conuentu Assisij ei dicato vbi eius corpus est humatum conseruantur, quæ vidi, & veneratus fui; & B. Iacobus à Marchia, cuius sacratum corpus Neap. in Ecclesia S. Mariæ nouæ in cappella magni Capitanei (vulgo nuncupati) ord: minorum de obseruantia colitur, cuius vitam proximis his diebus post hæc scripta in lucem edidit reuerendissimus, & accuratus † Paulus Regius meritissimus Episcopus Vici Æquensis.

Beatę secundi, & tertij ordinis 38. inter quas B. Agnes S. Claræ soror, B. Clara de monte Falco. B. Sancia Roberti regni huius Neapolitani regis vxor, & B. Elisabetha Romanorum imperatrix. † Beati secundi ordinis 19.

Martyres qui nostro fermè tempore martyrio coronati sunt in Gallia, Germania, Anglia, Hybernia, & vtraque India, sunt 141. inter quos B. Ioannes Tapia anno 1556. martyrio coronatur. In India occidentali 12. sed alios ponit frater Marcus Olisipp. in chroni: ordinis.

Vnum tantùm de hac sacra religione, (quod admiratione dignũ est) non omittam, quòd patres isti terram sanctam ab infidelibus, & crudelissimis Christiani nominis insectatoribus possessam, quietè ac pacificè incolunt, spiritualia pabula Christianis inibi seruitute, aut

aut mercium causa habitantibus ac peregrinis ministrantes, suam ad literam regulam seruantes, etsi multis id fiat laboribus & periculis. Quod non sine magna Dei prouidentia fieri credendum puto: ex quo aliquando in Christianorum iurisdictionem loca illa pia, & religiosa salutis nostræ monumentis signata futurum esse vt perueniant sperare debemus; cùm per suos colonos Franciscanos fratres vineam suam possideri ne præscriptionem, & ignorantiam infideles allegare possint voluerit dominus. Habent enim eo in loco fratres isti quatuor monasteria, vnum scilicet Hierosolymis, quod sancti Saluatoris nuncupatur, in locum illius, quod in monte Sion possidebant deuotissimum à Tirannis eis concessum, & in hoc 25. fratres inhabitant; secundum est gloriosum Christi sepulchrum, quod fratres quatuor, qui à dicto S. Saluatoris conuentu ducuntur, & per trium mensium spatium inibi clausi intus sepulchrum per fenestram cibum capientes à fratribus S. Saluatoris morantur; tertium habent Bethelem B. Catherinæ dicatum, in quo 8. fratres commorantur; quartum in valle Iosaphat, in quo est ecclesia multis ornata reliquijs, & plurimorum quoq; piorum locorum. Ad eas cura spectat, montis scilicet Oliueti, Iordanis, montis Sion, & aliorum de quibus per Illustriss. Gonzagam loco cita: pri. par.

Verùm nec modò in terra sancta, sed etiam in insula Pera Constantinopolis proxima decem eorum commorantur, & Christianis ibi degentibus sacramenta ministrant. Item ex illis qui Hierosolymis habitant, quatuor Aleppum, bini aut tres mittuntur Tripolim, Suriacum, & totidem Alexandriam, & duo vel tres Cayrum, vt mercatoribus, alijsq; Christianis ibi existentibus pabula præbeant spiritalia. Et hæc de obseruantibus.

Adest etiã Conuentualiũ ordo præclarus, cuius fratres, licet B. Francisci regulam ad literã non seruent, ob priuilegia & dispensationes sum: Pont. religionem tamen Christianam vbiq; locorũ scriptis, prædicationibus, & bonis monitis adiuuant atq; augent.

Hæc suum habet Generalem, & Prouincias diuisas, plura etiam monasteria, & fratrum copiosum numerum, quorum omnium aliam notitiam habere non valui.

Ex hoc tamen ordine paucis ab hinc annis nonnulli fratres arctioris vitæ cupidi primam regulam ad literam seruare constituentes, habitum assumpsere vilissimum, & monasteria sibi ædificare cæperunt, sub obedientia tamen ministrorum Conuen-

tualium, quorum numerus iam in Italia ita creuit, vt Prouincias habeant, & plurimos conuentus: & præsertim Neapoli in D. Luciæ de mõte magnum extruxere cœnobium. Crescunt in dies & magno probitatis odore viuunt.

37 Hic nobis ordo produxit Sixtum V. omnium post Petrum Pontificem maximum, cuius præclara gesta altiori calamo, & particulari indigerent historia: hic enim Pontificatus sui primo ingressu vrbem, & Ecclesiæ Romanæ subditas prouincias, facinorosis hominibus, sicarijs, & strataruni grassatoribus (quibus abundabant) purgauit, & liberauit: cuius exemplo monitis & exhortationibus commoti cæteri Italię principes, id bonum amplexi in suis dominijs sunt exequuti. Sacra templa restaurauit, ciuitatem Romanam ędificijs maximis, obeliscis, aqueductu, vijs, & fontibus ornauit, ritus Ecclesiasticos auxit, & reformauit, ærarium Romanæ Ecclesiæ ditauit, & alia innumera celeberrimi Principis opera præclara gesit.

38 Produxit etiam Illustrissimum & Reuerendissimum F. Constantium Sarnanum à Sixto V. inter Cardinales annumeratum, virum doctissimum ac religiosissimum.

Plurimis etiam floret Episcopis, inter quos Reuerendissimus Tossignanus Episcopus Venusinus, qui ordinis cronichon scripsit: Reuerendissimus Marius acceptura Episcopus Castri; & viris doctissimis quorum habere nomina hucusq; non valui.

39 Supereſt nunc vt de Cappucinorum ordine aliqua dicamus, quæ ad particularem eius notitiam attinent, cùm de eius origine suprà actum sit.

40 Regitur etiam hæc congregatio à suo Generali, qui nunc est frater Siluester à monte Leone, vir omnibus numeris absolutus, cuius administratio per triennium durat.

41 Prouinciarum numerus est xxvij. conuentuum vero 662.

Fratres vero qui reperiebantur anno 1587. numerum claudebant 6600.

Floret hæc congregatio plurimorum sanctissimorum virorum numero, inter quos nostris temporibus anno 1587. Romæ frater
42 Fælix, & Neap. frater Ioannes Illiricus ambo laici maximo istorũ populorum concursu, & deuotione in eorum morte, vt sancti venerati sunt, quia eorum vita admirabilis fuit.

In huius tamen congregationis extollenda virtute, & sanctitate non insisto, quia omnibus notissima est, & cum hac communi notitia

tia pertranseo.

Illustratur etiam pluribus doctissimis viris: ex quibus nunc duo insignes prædicatores Hispani, quorum alter frater Lupus doctissi-
43 mus & Apostolicus concionator verè animarum prædator ad Christum pastorem optimum, notissimus in Hispania, Italia, & Francia, & vir maximę probitatis: Alter verò frater Petrus Trigosus, qui dum multis annis in Societate Iesu mansisset, arctioris vitæ cupidus ad hanc religionem migrauit, maximus Theologus, feruentissimus Prædicator, & sui corporis asperrimus castigator; linguarum peritissimus, in Flandria, Hispania, & Italia notissimus. Scripsit in D. Bonauenturam doctissimos Comentarios, & monasterium Neapoli fundauit; in quo Hispanorum filiæ bonis & religiosis imbuendis moribus donec, vel matrimonio copulantur, vel monachali induantur habitu sunt asseruandæ. Hic bonis operibus plenus dum hæc prælo tradidissem migrauit ad dominum magno omnium dolore.

Sunt & alij plurimi, quorum nomina propter istorum patrum humilitatem habere non potui; de illis tamen qui animam Saluatori restituerunt liber expectatur iam compositus, sed in lucem nondum editus.

SVMMARIVM EX CAP. LV.

RDO Minimorum à S. Francisco de Paula instituitur; & S. Francisci de Paula laudes.

1 *Minimorum viuendi norma.*

2 *B. Franciscus de Paula tres regulas instituit.*

3 *Religiosi huius ordinis quartum votum perpetuæ vitę quadra-*
4 *gesimalis addunt, & tertiarij fidelitatem.*

Prouinciarum, conuentuum, & religiosorum numerus.

5 *Generalium numerus.*

6 *Frater Gaspar Passarellus, & alii commendantur.*

7

CAPVT LV.

1 ALium ordinem instituit B. Franciscus à Paula, in prouincia Calabriæ ortus, quem minimorum nuncupari voluit. Hic enim vir humillimus & sanctissimus, etsi literarum humanarum expers, diuina tamen affatus doctrina in sanctitate, & iustitia longum tulit martyrium, carnem domuit, mundi blandimenta contempsit, hostemque superbum pauper & humilis superauit, & domino suo egregiam militantium in Ecclesia cohortem adunanit anno 1436. sub Eugenio IV. imperan. Rom. Federico IV. & Græcis Ioanne Paleologo, Castellæ Ioanne II. Aragoniæ & Neapolis Alphonso V. Lusitaniæ Odoardo, & Franciæ Carolo VII. † vitam arctissimam illis indixit, carnem, oua &
2 lacticinia omni tempore præterquam in infirmitate prohibuit, officium humili & vniformi tono dicendum præfixit, & habitum spadicis coloris Franciscanis forma similem, cum capucio tamen differenti, ex vtraque parte ad ventrem vsque descendenti suscepit, & suis imposuit. Ordinem dum adhuc viueret, & multum dilatari vidit, & ipse curauit; cuius impetrauit confirmationem à Sixto IV. anno 1473. & Pio III. anno 1503. Maximiliano I. Austriaco imperante Romanis, Philippo I. & Ioanna vxore Castellæ, Ferdinando V. Aragoniæ & Neapolis, Emanuele Portugalliæ, & Ludouico XIII. Franciæ. Miraculis tandem innumeris clarus, regibus & populo Catholico charus creatori animam restituit, cum Lucratij talentis Turonis, anno 1507. à quo & coronam accepit, & regnum cœlorum. Cuius in rei testimonium plurima per ipsum post eius obitum Deus omnipotens operatus est miracula, vt testatus est Leo X. Pont. Max. qui sanctorum catalogo eum ascripsit anno 1519.

Minimorum titulus ab Alexandro VI. fuit impositus anno 1492.

3 Tres etiam regulas instituit, primam fratrum quam diximus, se
4 cundam Monialium, quibus additur † quartum votum perpetuæ vitæ quadrageſimalis, & tertiam quæ dicitur tertiariorum vtriusque sexus. Oblati professi vouent vltra quartum votum fidelitatem seruaturos.

5 Diuiditur ordo iste in Prouincias 16.
In quibus sunt conuentus 144.
Et in eis habitant fratres circiter 3000.

Regitur

Regitur à suo Generali, cuius administratio triennio tantùm durat, eratque dum hæc scriberem excellentissimus fr. Gregorius de Paula ex prouincia Calabriæ; fuit electio Generalis post mortem
6 B. Patris Francisci † facta vigesies septies, quoniam ipse dum vixit perpetuus fuit ordinis moderator, & in hoc numero plures bis & ter fuerunt electi.

Prima religionis domus est Paulæ, quæ à D. Francisco fundata, & proprio labore fuit ædificata.

Plures in hac religione fuere sanctissimi viri, quorum maxima veneratione asseruantur corpora: sed numerum vel nomina habere non potui, sicut & illorum qui suis scriptis, prædicationibus, & doctrinis religionem ornarunt. Sunt mihi tamen noti † frater Gaspar Passarellus optimus concionator, qui 23. fuit ordinis moderator; scripsit chronicon ordinis; & frater Io: Bapt. Lilius Neapolitanus, humanissimus & religiosissimus.

Habet etiã ista religio Archiepiscopum vnum, qui dum hæc scriberem apud mortales vitam degebat reuerendissimus frater Gaspar de Fosso, qui semel atque iterum moderator ordinis fuit in anno 1535. & anno 1541. postea Episcopus Scalæ, deinde Calui, & demum Reginensis Archiepiscopus, & alterum quoque Episcopum fratrem Bernardinum Hispanum, Episcopum Gironæ.

Hæc de religionum origine ac statu collegi maximo quidem labore, & sumptibus, & amicorum meorum industria & diligentia. Nonnulli etenim religionum præfecti (pace tamen eorum salua, qui accuratius gubernant) nullam de suorum ordinum gestis, prouinciarum, monasteriorum, ac religiosorum numero notitiã habent. Qua de re omnes in Christo exhortor, & rogo vt Illustriss. & Reuerendissimum fr. Franciscum Gonzagam imitentur, qui sui ordinis notabilia ita luculenter ac ordinatè congesit, vt maxima laude sit dignus. Deum opt. max. supplex exoro, vt Ecclesiam suam noua semper prole fæcundet, viros inducat, qui tempore iræ atque indignationis maiestatem suam placare valeant; cæteros verò catholicos moneo, vt meum laborem istum non contemnant, nec ab re esse iudicent, sed animo quo offero accipiant, religiosos diligant & venerentur, reformationes cupiant, amplectantur & adiuuent, & de errantibus non scandalizentur; vt mihi dominus parcat, & omnibus sit propitius, & clemens.

IPSO INGRESSV.

1 RELIGIOSVS statim ac profitetur, bona sua tacitè in monasterium transfert.

2 Dominium in monasterium quare ipso iure transferatur.

3 Arrogatus transfert in Arrogatorem dominium & possessionem.

4 Monasterium non iure hereditario secundum Innocentium, sed iure naturali monacho succedit.

5 Dominium absq; traditione in monasterium transfertur ex priuilegio iuris.

6 Dominium licet ipso iure transferatur, possessio tamen absq; traditione regulariter non transfertur.

7 Dominium in Ecclesiam transfertur in donatione, venditione, & fideicommissis vniuersalibus.

8 Dominium & possessio in Ecclesiam non transfertur vbi donatur genus siue quantitas.

9 Vel vbi Ecclesia ex parte sua non adimpleuit.

10 Aut cùm actus est gestus à procuratore Ecclesiæ.

11 Vel si sumus in quasi dominio, licet contrarium plurimi sentiant quod tenemus.

12 Aut si quis expresè dedicat se, & sua: quod tamen quoad dominium expresè negamus, & quoad possessionem dubitamus.

13 Et demum in voto alicuius rei facto, dominium in Ecclesiam non transfertur.

14 Vouens dominium & possessionem, in Ecclesiam transfert, si in vltima voluntate vouit.

15 Oblatio facta alicui Ecclesiæ cui acquiratur, quod exemplificatur in cappella particulari fundata intra parrochiam.

16 Oblatio facta alicui cappellæ, vel imagini extra parrochiam, acquiritur Episcopo, sed rectius arbitramur acquiri loco, sub dispensatione Episcopi.

17 Oblatio facta alicui cappellæ, quæ habet bona distincta acquiritur domino illius.

18 In oblatione facta alicui cappellæ vel imagini, attenditur consuetudo.

19 Dominium & possessio ex tacita oblatione, quæ in ingressu fit, in Ecclesiam transfertur ipso iure.

20 Decius Striuerius commendatur.

21 Possidens actore non probante absoluitur.

22 Possidentis conditio in pari causa melior est.

23 Probans melius possessionem in interdicto uti possidetis obtinet.

24 Fructus possidenti acquiruntur.

25 Possessio parit dominium.

26 Possidens semper præsumitur possidere.

27 Possidens præsumitur dominus.

28 Possidens, ritè præsumit se dominum.

29 Possidens lite pendente est in possessione manutenendus.

30 Possidens lite pendente fructus percipit.

31 Possessio onus probandi in aduersarium transfert.

32 Possessio coniungi potest cum possessione authoris.

33 Possidens ratione ciuilis possessionis expellere potest ingredi volentem.

34 Quasi possessio iuris præsentandi bona fide, dat potestatem præsentãdi, & præsentatio possidentis prefertur præsentationi proprietarij.

35 Possidens si in testamento minus solemni res illa legatur, habet ius excipiendi contra hæredem.

36 Aedificans in alieno solo in cuius est possessione, retinet solùm pro expensis.

37 Maritus possidens plures fundos uxoris, præsumitur eos habuisse in dotem.

38 Pro possessore præsumitur.

39 Possessor qui uim sibi inferri timet, potest auxilium Iudicis implorare.

40 Possessor legitimus fit contradictor ad impediendum executionem rei quam possidet.

41 Possessio euitat sequestrum iudicis, quando dubitatur ne partes veniant ad arma.

42 Possessor releuatur ab onere satisdandi.

43 Possessor hæreditatis præsumitur adijsse.

44 Feudum licet non possit sine assensu transferri, potest tamen possideri.

45 Possidens releuatur ab onere probandi tempus.

46 Possessor retinet rem pro debito naturali.

47 Possessor non potest absq; causæ cognitione sua possessione priuari.

48 Possessor non cogitur ostendere titulum possessionis.

49 Impetratio beneficij non tenet, non facta mentione de alterius possessione.

50 Possessor vtitur beneficio legis diffamari. §. de ingenuis & manumissis.

51 Possidens ecclesiam curatam si aliam impetrat, potest illam retinere donec sibi satisfiat de expensis pro illius vtilitate factis.

52 Possessio quæ fuit penes defunctum præsumitur permansisse in hæreditate.

53 Possessori non imputatur mora cur non egerit iure suo.

54 *Possessor cui non est aliter consultum quàm per retentionem poterit appellare.*
55 *Posßidens præfertur non posßidenti si ambo causam habeant ab eodem.*
56 *Posßidens longo tempore beneficium, legitimè præsumitur institutus.*
57 *Posßidens pignus præfertur in iure offerendi.*
58 *Possessio diutina inter fratres obseruata, præsumi facit diuisionem.*
59 *Ex possessione locupletior quis factus dicitur.*
60 *Qui cecidit à possessione præsumitur non sine causa cecidisse.*
61 *Possessio ampliat titulum, vt omnia quæ posßidet videantur concessa.*
62 *Ex diutina possessione præsumitur legitimè facta promotio.*
63 *Actore posßidente si non probat, reus non absoluitur.*
64 *Donatio, & infeudatio ex longa possessione præsumitur.*
65 *Possessio longi temporis tollit præsumptionem malæ fidei.*
66 *Posßiden si est dominus, ex venditione & donatione dominium transfert.*
67 *Possessio excusat à vitio clandestini.*
68 *Possessio facit præsumi solemnitatem extrinsecam interuenisse.*
69 *Possessio impedit fieri immißionem quæ petitur ex edicto Diui Adriani.*
70 *Possessio iurisdictionis, quæ per annum acquiritur, non acquiritur cum alius est in possessione iurisdictionis.*
71 *Filius posßidens longo tempore hæreditatem in qua fuit institutus præsumitur adijsse iussu patris.*
72 *Literæ assecurationis posßidenti feudum conceduntur.*
73 *Confirmatio non iuuat nisi impetrans posßideat.*
74 *Possessio titulum præsumi facit.*
75 *Possessio præsumitur esse apud aliquem ex causa validiori.*
76 *Possessio arguit bonam fidem.*
77 *Possessori permittitur resistendi potentia.*
78 *Possessor seruitutis habet priuilegium ut aduersarius det cautionem quod nõ impediatur vsus, usque ad terminatum iudicium.*
79 *Possessori, maiores inducię conceduntur.*
80 *Possessor non iurat prior de calumnia.*
81 *Possessio generat prærogatiuam.*
82 *Vassallus non perdit feudum illud alienando, quando possessio apud ipsum remanet.*
83 *Causa feudalis apud iudicem ordinarium terminatur.*
84 *Posßidens immunitatem per 40. annos, licet ex concessione inualida, immunis tamen est.*
85 *Legatarius posßidens rem legatam, non patitur detractionem falcidię.*
86 *Posßidens bona minoris ex contractu aliàs inualido ob solemnitates non seruatas*

uatus tutus est.
87 *Donatio inter coniuges tunc morte confirmatur cùm præcessit traditio, & possessionis translatio.*
88 *Legatum quod testamento inualido aliàs reuocaretur si testator in vita possessionem transfert, tenet.*
89 *Possessor emphiteusis finitæ petit renouationem ipsius.*
90 *Possessionis iudicium est summarium.*
91 *Vassalus feudum posßidens si inuestituram petat quam dominus neget, per suũ iuramentum obtinet.*
91 *Possessio facit iudicium ordinare si possessor neget.*
93 *Possessor partis rei fingitur in possessione totius.*
94 *Hæreditatem monacho delatam Abbas monasterij nomine potest adire ipso nolente, & substitutum excludit.*
95 *Relictum monacho sub mentione monachatus monasterio videtur relinqui.*
96 *Monasterium succedit hæreditati monacho delatæ etiam monacho mortuo ante aditam hæreditatem.*
97 *Secundus gradus substitutionis non admittitur donec primus admitti potest.*
98 *Abbas hæreditatem monacho delatam repudiare potest.*

IPSO INGRESSV.

1 IPSO INGRESSV] hoc verbum facta profeſsione intelligitur, vt in principio huius authen. latius diximus † ipſo namque ingreſſu tacita fit bonorum dedicatio; ingredientem namque bona ſequuntur, nec eorum dominium apud eum amplius reſidebit, vt in §. Illud, in authen. de Mon. ſed ipſo iure ſtatim in monaſterium transfertur, vt innuit Impera. in hac authen. in d. ver. ipſo ingreſſu, quod idem eſt, ac ſi diceret ipſo facto quod ingreditur, quæ dictio facit, vt ipſo iure actus celebretur gloſ. Gemi. & Phili. Fran. in c. quam ſit §. cupientes de electio lib. 6. gloſ. Card. & Imol. in clemen. 1. de vita & honeſt. cleri. Bal. in l. fin. infra eodē col. vlt. idem Bal. & Præpoſ. in cap. 1. §. qui clericus ſi de feu. fue. contr. int. domi. latius Tiraquell. in l. ſi vnquam verb. reuertatur n. 142. infra de reuoc. donatio.

Idem eſt & ſecundo colligitur ex verbo [dedicant] poſito in authen. noſtra, & verbo [ſequuntur,] poſito in §. illud. cùm enim hæc verba ſint præſentis temporis, eundem operantur effectum gl. Bart. Bal. Caſt. Salic. & alij in l. ſi quis maior. infra de tranſaction. gl. Bart. & Angel. in l. ſi quis in tantā. C. vndeui. Salicet. Comenſ. & Iaſon. in authen. hoc amplius. C. de fideicom. Io. platea, in l. quoties. C. de dignit. lib. 12. Abb. in cap. cæterum de reſcriptis; & cap. quiſquis de electione Iaſ. in l. eam, quam infta de fideicom. Dec. in authen. Caſſa. in principio, hoc titu. noſtro, Franciſ. Cremen. ſingul. 7. & ibi additionator Iacob. à S. Georgio, in Inueſti. verbo quiquidem inueſti. num. 42.

Colligitur id tertio ex dictione [omnino] qua vtitur Imperator in d. §. illud, quæ idem importat ac ſi dictum eſſet ipſo iure gloſa, in l. ſi qui aduocatornm. C. de poſtulan. Bal. Salicet. & Iaſon. in l. 2. C. de iur. emphit. Gemin. & Phili. Franc. in cap. 1. vbi not. de his, quæ vi met. cau. fiunt Fel. in cap. Rodulphus de reſcript. & in cap. de regula, de ſimonia Matteſila. & Gabriel Saraina poſt ipſū ſingul. 111. Rom. ſing. pr. Fran. cremen. ſingul. 42.

Quod

Quod tandem quarto expreſsè manifeſtum redditur ex dictione [vllo modo] in eodem §. illud appoſita, quæ eandem habet ſignificationem, quam dictio omnino Iaſ. in l. 1. §. ſublata. ſecunda lectura col. 3. ad Trebellia. & conſ. 168. col. 6. lib. 6. Curt. ſen. conſ. 66. in fin. Gabr. Saraina ad matthe. ſingul. in. num. 5. & Andr. Tiraquel. in l. ſi vnquam. ver. reuertatur, num. 93. infrà de reuocand. donatio.

2 Sed inueſtiganda eſt adhuc ratio qua dominium in monaſterium transferatur, & frequentius ex eo traditum eſt peruenire, quod cū aliquis in monaſterium ſe transfert, in conſequentiam bona etiam transfert, quæ tranſlatio acceſſoria operatur tranſlationem dominij, & poſſeſsionis in Eccleſiam ipſo iure, abſque alia traditione; ſi-
3 cut in ſimili, qui ſe alteri † dat in arrogationem, dominium & poſſeſsionem in conſequentiam transfert in arrogatorem, vt ſtatutum eſt in l. ſi adoptauero. ff. de præcario. Qua ratione moti id affirmarunt in hac auth. Iacob. Butrig. col. 2. quam repetit in authen. ſi qua mulier. Bart. num. 27. Bal. num. 19. Salicet. num. 3. Paul. Caſt. num. 8. Iaſon num. 28. & Decius num. 70. Iacobus Arena, Iacobus Rauen. Dinuſ. Bart. Alberi. Ang. & Franciſ. Aret. in l. qui vniuerſas de acq. poſſeſ. Cin. & Bart. in authen. ſi qua mulier in fin. eod. hoc tit. Oldradus conſ. 278. num. 6. ſpeculat. tit. de ſtat. monac. §. 1. quæſt. 60. num. 67. gl. Archid. & Ægid. bella. in cap. ſi qua mulier. 19. quęſt. vlt. Innoc. num. 6. Bal. num. 4. Ant. Butr. num. 28. Abb. num. 74. And. Barba. nu. 125. & Auguſt. Berouſ. num. 555. in cap. præſentia de probat. Bart. in l. ſi adoptauero. ff. de præcario, in l. hæreditas infra de pact. cō-uen. & in l. cùm hæredes. §. vlt. & poſt eum Roman. ff. de acquir. poſſ. Bal. in authen. niſi rogati in fine ad Trebellian. practi. Papien. in forma libelli in actione reali, verbo iure dominij, nu. 4. Hoſtien. & Petr. Anchar. in cap. fin. de teſtam. Ant. Butr. in cap. ex literis de conſuet. Io. lignan. in cap. cùm ſimus de regular. Salicet. in l. vltr. in fin. cap. ad Trebellian. Anchar. in cap. 2. de teſtam. Abb. conſ. 53. lib. 1. Alex. conſ. 88. num. 4. lib. 2. Iaſon. in l. finali, in fine, infra eodem afflictus deciſ. 299. num. 16. quæ ſententia magis communis eſt quamuis Innoc. in d. cap. in præſentia † iure hæreditario peruenire in monaſ-
4 terium aſſerat, quem reprobat Bart. in d. authen. ſi qua mulier aſſerens ſuccedere iure quodam naturali, & acceſſorio perſonæ iuſta d. l. ſi adoptauero.

5 Id etiam à quamplurimis ex ſcribentibus ſuperius adductis priuilegio attribuitur Eccleſiæ, in quam dominium abſque alia traditione transfertur. l. fin. infra hoc tit. quæ ratio quoad dominium lo

cum habere poteſt, quoad poſſeſsionem verò differt à concluſione ſuperius firmata, cùm ex priuilegio dictæ legis finalis in Eccleſiam poſſeſsio abſque traditione minimè transferatur, vt not. gl.& ſcribentes in .l.fin. infra hoc titu. gl. & alij in .l. 1. C. de donat. quæ ſub mod.in cap.2.de conſuet.

6 Id enim regulare eſt vt licet dominium ipſo iure trãsferatur,poſſeſsio tamen abſq; traditione non tranſeat.l.vnic.in fin.vbi Bal. not. cap.de cadu.tollen.l.commiſſa,vbi Bart.Ang.& Rom.not.ff.de publica.& veſtig. Bal.in. l.ſi quis in tantam.cap.vnde vi,& in addit.ſpecul.tit.de locato.§.nunc aliqua,quæſt.16.gl,in.l.cum duobus. §.idem reſpõdit.ff.pro ſotio pet.Anch.in cap.cum ſecundum, de hęret.lib.6. & in regula ſine poſſeſsione eod.lib.Bal.in .l.fin. C. de rerũ permut. Dinus,& Bart.in.l.Imperator de iure Fiſci Matthesila.ſing.43.Vitalian.tract.clauſul.in rub.nil nouari appell.pendente, Bertachin. de gabell.9.par.quæſt.4.Petrus Bellug.in ſpeculo Rub.14.§.nunc videamus col.3.Andr.Iſer. & Affl. in cap. 1.§. ſin autem dixerit quo tempore mil. idem Afflict.in conſtit.ſi dubitatio.num.13.Roland.à vall. conſ.4.num.5.lib.3.

7 Hoc autem Eccleſiæ priuilegium locum habet in donatione,venditione, & fideicommiſsis, non quidem particularibus quorum dominium etiam in priuatum ipſo iure transfertur .l.à Titio de furtis, ſed in vniuerſal.Bart.in diſput. incipien. filium adultum, idem Bart.in.l.1.prima quæſt.5.principalis quęſtionis ſupra hoc titu.Matthesila. ſing.42. Alex. communem aſſerens in .l.1.§.ſed & quoties.ff. ad Trebell. Rip.num.51. & Marcell. Beringut.num.28. in.l.1.de legat.1. Bal.in .l.id quod pauperibus.quæſt.18.infra de Epiſc.& Cler. Petr.Anchar.& Imol.in cap.cum tibi de teſtam.Iaſ.in.l.fin.nu.10. huius tituli,in quibus fideicommiſsis cùm dominium de iure ſpeciali transferatur,non ſolùm perſonalis,& in rem, verum etiam hypotecaria locum habet ex receptiori ſententia,quã ſequũtur Cin.Alber. Paul.Caſt.& Salicet.in.l.1.cap.com.de legat.Bart.Bal.& Salicet.in.l. fin.huius titu.Bart.Angel.Imol. Areti.Soc. Ruinus, Guliel. Pontan. uu.86.& Marcel.Bering.nu.28.in.l.1.de leg.pr.Dec. & Cagnolus in. l.neq; pignus de regul.iur.quod aliqui verum intelligunt quoad dominium, alij quoad poſſeſsionem, quos refutat Aquilin. in.l.2.§. & hanc 2.pr.num.91.& ſeq.de verb.obligat.

8 Cuius.l.fin.diſpoſitio fallit primò † cùm donatur genus ſiue quãtitas: neceſſaria eſt enim traditio ad trãſlationem dominij,Alber. in.l. Illud, hoc titulo noſtro Pariſius,conſ.77.num.6.lib.1.

Non

9 Non procedit ſecundò,† cùm adhuc non eſt ſequutum implementum ex parte Eccl.gl.Bart.Bal.& Iaſon.nu.24. & alij in d.l.fin. huius tituli,Alber.& Salicet.in.l.illud eod.tit.Pariſ.conſ.77.num.13. lib.1 quod in venditione exemplificatur,vbi enim pretiũ ſolutum non eſt dominium minimè tranſit.

10 Tertiò non habet locum † cùm actus eſt geſtus à procuratore Eccleſiæ;Ang.in. l.1.§. procuratorem. ff. de acq.poſſ. cuius contrarium eod. loco ſcripſit Alex.

11 Non extenditur quartò † ad quaſi dominiũ, pro quo publiciana cõpetit ad quod transferendum requiritur vera traditio,ex ſenten. pract.Papi.in forma libelli in actione reali, verbo iure dominij, Io: And.Ant.Abb.Imol.& Card.Florent.in cap.2. de conſuet.Alex. conſ. 96.nu.8.lib.2.Ripa in .l.1.nu.65. de lega.1. quorum ratio eſt nam cũ ſimus in exorbitantibus,non eſt à dominio ad quaſi dominiũ facienda extentio.arg.l.ſi vero.§.de viro.ff.ſol.matrim.

Contrarium plures docuerunt,cùm dominus publicianam iã habebat,quia cum titulo,& bona fide poſsidebat,tunc enim tranſit publiciana ex perſona authoris, nõ ſecus ac ſi haberet rei vendicationem vt in legato.l.cum ſponſus .§.1. vbi gl. & Bart. ff. de public. Alex.conſ.98.nu.8. lib.2.latè explicant,Ripa num.63.& Socin.iunior. num.39.in .l.1.de legat.1. idque in Eccleſia ſcripſerunt Innoc. nu.4. Hoſtien.nu.8. Io.And.num.13. & alij in cap. in præſentia de probat. Ant.Butr.& Imol.in cap.2. de conſuet. Bal.in .l. ſiue autem. §.ſi duobus.ff.de publi.& in .l.fin.nu.12.Iaſ.nu.14.infra hoc titulo.Iaſon. in. §.ſed iſte.nu.35.& 37.inſtitutio.de actio.Alex. ad Bart. in d.l. fin. qđ verius eſt.Nec obſtat quod ſimus in exorbitantibus,nã fauore Eccleſiæ diſpoſitio latè interpretanda eſt: vt latè proſequitur Tiraquel.in tract.de priuile.pię cauſæ priuileg. 160.

12 Ceſſat quintò,cùm expreſsè quis dedicat ſe & ſua;tunc.n.quia bona veniunt æquè principaliter,ſuccedit vt dominium & poſſeſsio in Eccleſiam ſine traditione non transferantur,ceſſat.n.diſpoſitio d.l.ſi adoptauero. ff.de præca. per quam docto.volunt;quòd ex titulo vniuerſali dominium & poſſeſsio trãsferatur,quando in cõſequentiam bona veniunt,vt ſuſtinent aduerſus cõmunẽ Ant. in cap.fin. de cauſ. poſſeſsio.& pprieta:Aret.in cap.in prẹſentia col.2.de probat.Iaſ.in ead.auth.ingreſsi nu.41.& Gabr.Sarain.ad Matthesil.ſing.iij.Quorũ ſententia licet quoad poſſeſſ.admittatur,quod tñ dubitatione non caret,ne expreſsio facta ad demonſtrandam enixã voluntatẽ ingrediẽtis contrarium operetur effectum, quoad dominium tamẽ nulla eſt

dubitatio,

dubitatio, cùm illud absque controuersia transferatur ex priuilegio .l.fin.huius tituli nostri.

13 Sexto, locum non obtinet in voto alicuius rei facto alicui Ecclesiæ quod expressè Iuriscõsultus docuit in.l.2.ff.de pollicitationibus. *Si quis rem aliquam vouerit* (inquit Vlpianus) *voto obligatur, quæ res personam vouentis, non rem quæ vouetur obligat, res enim quæ vouetur soluta quidem liberat vota: Ipsa verò sacra non efficitur* (& paulo post) *Si decimam quis bonorum vouerit, decima non prius esse in bonis desinit, quàm fuerit separata.* Quæ dispositio quoad decimam, vt Budęus in poster. annot. in pandect. eodem in loco explicat, ex antiquorum more processit, quorum multi decimam bonorum partem Herculi vouebant, idque vt Plutarchus in problemat. ait, faciebant locupletissimi homines, qui longè excedentes opes ciuibusque pergraues imminuere volebant, & honorem quammaximum Herculi habere se hoc modo existimabant, illumque Deum huiusmodi redundantiũ opum consumptione, atque contractione, magnopere lætari, vt qui victu nec lauto, nec copioso, nec immodico vitam egisset. Ex quo colligimus quid ijs agendum sit, qui diuitijs affluunt, quamque libenter eorum partem Deo offerre debeant, cùm fidei lumine destituti, etiam intellexerint gratum Dijs esse superflua bona resecare, tanquam luxum inducentia, & alijs odiosa. Sed vt ad limitatiouem reuertamur, id ex ea lege collegerunt glo. & Bart. inibi gl. Pet. & Iacob. Butrig. Goffred. Cin. Bart. Alber. Bal. Angel. Salicet. & Paul. Cast. in .l. si nondum infra de furtis. Bart. num. 26. & Ias. num. 27. in hac auth. Ant. Gomes in .l. 45. Tauri. num. 91. & Io: Bapt. Viglialo. in lib. com. opin. verbo dominium num. 102.

14 Quod tamen fallit cùm in vltima voluntate vouetur, tunc enim transit dominium absque traditione gl. & Salicet. in d.l. si nondum. C. de furt. dummodo tamen Ecclesia sit constructa, aliàs non, & pertinet dominium ad hæredem, donec construatur. Hoc autem casu non quæritur ius Ecclesiæ particulari, cùm quis dare vouit, licet cogi possit ab Episcopo ex officio suo vices Dei gerente, cui ius quæsitum erat ex sententia, Caiet. tom. 2. tract. 11. quæst. 3. aduersus gl. Innoc. & alios in cap. ex parte de censibus: si vero simplex votum iam deductum est, ad traditionem transfertur dominium in Ecclesiam.

15 Sed difficultas occurrit ex superioribus, cùm offertur aliquid alicui Ecclesiæ, cui illud acquiratur: vt si offeratur aliquid cappellis fundatis intra parrochiam, vel existenti in domo priuati, & dicendum

cendum est com. sententiam esse illud acquiri rectori parrocchiæ, ita Ant. & Abb. in rub. de parrocch. nu. 3. idem Abb. & Imol. in cap. pastoralis, de his quæ fiunt à prælat. Card. in clem. 1. quæst. 6. de excessib. prælat. Calderi. cons: 15. de parroch. idem Abb. in cap. quoniã, num. 1. de decim. in cap. dilectus, num. 1. & Felin. sub dubio. num. 1. de offic. ordin. Marian. Soc. latissimè omnium in tract. oblationum libello. 18. num. 9. Troilus Maluitius tract. oblationum. 4. dubio in 6. colum.

16 Quæ conclusio fallit primo cùm offeruntur † alicui cappellæ, vel imagini non existenti intra parrocchiam alicuius, tunc enim Episcopo acquiruntur. Ita intelligit Abb. in cap. dilectus, num. 4. de offic. ordin. qui generaliter asserebat acquiri illi loco particulari, sed esse reseruatam dispensationem Episcopo, quod placet, & ita Ang. in disput. incipienti in refulgenti deliciarum palatio, in .l. statuæ. ff. de vsufr. in .l. in rem. §. item quæcumque. ff. de rei vendic. in auth. similiter ad legem falcidiam, & in auth. omnes peregrini infra commu. de successio. non procedit secundo, cùm offertur alicui monasterio, tunc enim ex priuilegio illi acquiritur. cap. 1. de stat. monac. cap. nimis de excess. prælat. glos. in clem. 1. in ver. audiant de excess. prælato. Abb. in cap. dilectus, nu. 4. de off. ordin. Marian. Socci. d. tracta. oblatio, libello 18. num. 20.

17 Tertio, non habet locum cum aliquid relinquitur alicui cappellæ, quæ habet bona distincta, Felin. in cap. dilectus, num. 3. de offic. ordin.

Quarto, cessat cùm aliqua pars integralis imaginis, vel statutæ offertur vt bracchium, vel quid simile: tunc enim Domino illius acquiritur, Marianus Socci. d. lib. 18. num. 2. Feli. dicto loco num. primo.

18 Quinto, cùm aliter ex consuetudine esset introductum Socc. d. loco num. 3.

Sed vt ad tacitam oblationem, de qua in hac auth. agitur reuertamur, ex ea vt probatum est trãsfertur ipso iure dominium & possessio, quæ possessio cùm absque aliquo facto hominis transferatur à Iure ciuilissima appellatur, ficta nõ vera, vt scribunt quamplures, quos adducit And. Tiraquel. in tracta, lemort, saisit, lerit. 5. parte declarat: prima, locum tamen habent remedia possessoria, tam adipiscendæ, quàm retinẽdæ, & recuperandæ ex receptori sententia, quam tuentur Tiraquel. d. tract. 6. par. 4. declarat. D. Couar. lib. var. resolut. 3. cap. 5. num. 6. & Iacob. Menoch. tracta. recuper. possess. pri.

remedio

remedio num. 386. & seq. & denique in hoc possess. ea seruantur, quæ in vera possessione; Dida. Couar. & Tiraquel. d. locis, ideò huiusmodi possessio omnia habebit possessionis comoda, quę non sunt
13 leuia, quæ hoc loco ex varijs scribentibus congesta afferre non grauabimus, quæ in vnum collecta mihi tradidit eruditissimus dominus olim socius meus, nunc † religiosissimus professor illustrissimæ Societatis Iesu Decius Striuerius, quæ ipse congessit in quadam allegatione celeberrima, quam in causa possessorij scripsit, quæ in hunc ordinem hic ponere volui, quibus & nos alia adiunximus.

Primum itaque possessionis commodum est, cuius meminit Iustinianus in .§. commodum. Inst. de interdict. & imperator Diocletianus in l. fin. infra de rei vendicat. † possidens enim etiam iniustè si ab alio conueniatur qui de iure suo non doceat, rem illam restituere non tenetur, actore si quidem non probante is à quo quæritur, absoluitur .l. qui accusare cap. de eden. & cap. vnico, vt Eccles. benef.

Cui consequens est secundum in pari † namque ea melior est conditio possidentis .l. 3. ff. de condict. indebi. l. militis codicillis .§. veteranus .ff. de testam. milit. l. in pari. & .l. cum sunt partium iurandæ, regul. Iur. & reg. in pari eod. tit. lib. 6. cap. cum ad sedem de præben. cum alijs similibus, quæ Din. Deci. & Cagnol. superius adductis locis scripta reliquerunt; ex quo infert Bal. in .c. capitulum. S. crucis de rescript. quod si Papa eodem die conferat feudum duobus, nec de prioritate temporis apparet præfertur possidens; quem sequitur plures ad hanc materiam referens quæstiones ex hac regu
14 la Io. Ant. de Nig. in cap. Regni frequens in auribus, quod est 209. num. 8. & sequent. vbi plura possessionis commoda congessit quæ tamen (vt videre licet) diuersis à nobis fuere authoritatibus cõprobata, & illarum numerus auctus.

Hinc succedit, & tertium commodum, vt qui melius probat de possessione vincat in interdictio vti possidetis. l. 1. l. si duo. l. fin. ff. vti possid. cap. audita, cap. in literis de restit. spolat. cap. licet causam de probat. cum vulgar.

Nec quartum deest commodum, quod in fructuum perceptione versatur: fructus siquidem ad possessorem pertinere explorati iuris
15 est, vt scriptum reliquerunt gl. Bart. & cæteri in .l. 3. §. ex contrario de acq. poss. in .l. certum est infra de rei vendic. docuit. Bal. in cap. 1. qui feud. dare possint in .l. 2. C. si quis ign. rem minor. quibus accedunt

dunt Panorm. in cap. grauis de restit. spoliat. Rota. decis. prima, de rest. spoliat. in nouis, & Guid. Pap. decis. 356. cæteros sciens prætereo,

25 His agregatur quintum possessio, quippe ex vsucapione, & præscriptione, (in quibus omnino requiritur) parit nobis dominium. l. 3. l. sine possessione. ff. de vsucapionibus .l. 1. §. hæc quæ de seruis de acq. poss. l. qui fundum in prin. ff. pro emp. l. serui, & filij .§. fin. ff. de furt. cum concordant. adduc. in .l. si quis emptionis infra de prescript. 30. an.

26 Consideratur sextum, vt qui semel possidet, præsumatur postea possidere, si scribentibus credimus, in. l. siue possidetis .C. de probat. Ciu. Dal. & Salicet. in .l. nõ ignorabit. C. ad exhiben. Archidia. in can. Pontifices 7. quæst. 1. speculat. & Io. And. tit. de in int. restit. Alex. cons. 133. lib. 1. Guid. Pap. singul. 949. Affl. in capit. 1. de cont. int. dom. & fid. de inuest. feudi, num. 17. post Bal. ibi numero 5.

27 His adiungitur septimum, nam ex possessione quis pręsumitur dominus quando dominium incidenter in iudicio deducitur, gl. in. l. sicuti. §. sed si quæratur .ff. si seruit. vendicet. Innoc. in cap. Abb. de verb. signific. Bart. in .l. si prius de noui. oper. nuntiat. in .l. quidem in suo de condit. instit. u. in .l. communi diuidendo .§. inter pedones. ff. com. diuid. latè Ias. in .§. omnium, & .§. sic itaque institu. de actio. & denique Henri. Bouerius singul. 44. verbo præsumptio. num. 21. Ioann. Ant. de Nigris, vbi suprà num. 28.

28 Habet octauum commodum is qui possidet; vt pro eo vigeat prę sumptio, qua credat se dominum esse, testis est Bal. in .l. 1. C. si de moment. possess. in .l. cum alienam infra de legat. Ias. in rub. qui admit. & in .§. sic itaq; inst. de action.

29 Item etiam & nonum quia † lite pendente, nemo est sua possessione, priuandus can. quia res 11. quęst. 1. gl. in can. nolumus. 16. q. 4. quæ tradit rem in iudicium deductam in neminẽ posse omnino trãsferri donec cui debeatur iudiciaria disceptatione possit agnosci, idem quoque appellatione pendente est obseruandum. l. sciendum. §. si fundum qui satisd. cogan.

30 Nec etiam decimum lite pendente quisquam fructus percipere prohibendus est, etiam superueniente principis rescripto .l. litibus infra de agricol. & censit. lib. 11. can. quia res. 11. quæst. 1. adnotatur in cap. querelam de election, & respondit Bald. cons. 44. lib. tertio.

31 Transfert xj.poſſeſsio onus probandi in aduerſarios argum.can. manifeſta 12.q.1.tradunt domini de Rot.deciſ.3.de probat.in antiq. Alex.con.24.lib.3.Ioſeph.Ludouic.deciſ.Lucenſ.57.

32 Poteſt xij. coniungi cum poſſeſsione authoris, vt adnotatur in. l. Pomponius.§.cum quis.ff.de acq.poſſ.

33 Permittitur xiij. poſsidenti ratione ciuilis poſſeſsionis turbare, & expellere ingredi volentem fundum, vel occupantem naturalem .l. clam poſsidere .§. qui ad nundinas, de acq. poſſ. l. 1. infra vndeui .l. 1. §. vi poſsidere .ff. de vi, & vi armat. cap. ſignificaſti. el 2. de homicid. Bart. in .l. creditores, infra de pignor. & in .l. 1. C. vnde vi Alex. in .l.quemadmodum.ff. de acq. poſſ. Guid.Pap.deciſ. 356.

34 Et xiiij. exiſtens in quaſi poſſeſſ. iuris præſentandi bona fide, poteſt preſentare,& ſua præſentatio præfertur præſentationi proprietarij, cap. conſultationibus de iur. patron. Inibique Panor. & Berous Rota.deciſ.2.de iur.patro.in nouis,& deciſ.14.eod.tit.in antiquis Dec.conſ.124.126.129.& 153: Rolan.à Valle,conſ.47. lib.1. & Iacob.Menoch.latè conſ.90.num.10.

35 Et xv. ſi cui in teſtamento minus ſollemni relinquitur dummodo adſint duo teſtes, qui ad probationem requiruntur .l. vbi numerus. ff.de teſtibus, & .C. in omni negatio eod.tit.cap.cum eſſes, & cap.relatum de teſtam. licet ex hoc teſtamento ciuilis obligatio non oriatur, naturalis tamen oritur, vt tradunt gloſſ. & ſcribentes, in .l. cùm quis .C. de iur. & fact. ignor. & in .l. 1. ff. de condit. indeb. & communiter iuris canonici interpretes in c. fin. de ſolut. quæ naturalis obligatio licet ad agendum non ſit ſufficiens, eſt tamen ad excipiendum .l. etiam .ff. de compenſat. l. ſi vnus .§. pactus ne peteret .ff. de pact. ideoque ſi legatarius rem ſibi legatam poſsideret, & ab hærede conueniretur,rectè illum exceptione repelleret, ita Bart. ab omnibus receptus docuit,in .l.nemo poteſt de leg. 1.latè cap.deciſ.89.qui idem in hereditate deciſum fuiſſe ſtatuit dummodo probetur clauſula codicillaris.

36 Et xvj. qui in alieno ſolo ædificat, in cuius eſt poſſeſsione, poteſt retinere ſolùm pro expenſis, ſecus vero ſi non poſsideret. l. ſi in area. ff. de condit. in deb.l.plane.ff.de pet. hæredit. ad quod facit tex. in .§. cùm in ſuo ſolo Inſtit.de rer. diuiſ.& hæc intelligi vt ibi in bonæ fidei poſſeſſore.

37 Xvij.beneficiũ eſt qđ maritus plures fundos vxoris poſsidens preſumitur eos habuiſſe in dotẽ, cùm in dubio videatur mulier omnia bona

bona ſua dediſſe in dotem. l. Mulier bona .ff. de iur. dot. Bart. in. l. ſi conſtante .ff. ſolut. matrim. ita ex facto conſultus reſpondit egreg. Panor. conſ. cuius eſt initium omnipotentis Dei poſtulato ſuffragio.

38 Xviij. quia pro poſſeſſore etiam titulus præſumitur,cap.2.§.fin.ſi de inueſti. int. dom. & vaſſal. lis oriatur, vbi Bal. & Affl. clem.1. vt lite pend.

39 Xviiij. confert poſſeſſori qui vim ſibi inferri timet, poteſt namque iudicis officium implorare qui vim inferre prohibeat. l. ſi ſuper poſſeſsione infra de tranſactionib. l. fin. vbi Bart. ff. quod met. cau. l. fin. ff. de offic. procur. ceſar. Bal. in .l. ſeruus. C. quod cum eo in .l. fin. cap. de edict. diui Adrian. tollen. Aretin. in cap. in præſentia de probat. Felin. in rub. de tregua & pac. Affl. d. cap. primo, de cont. int. dom. & fid. de inueſti. feud. numero 17.

40 XX. prodeſt, poſſeſſor enim legitimus ſit contradictor ad impediendum executionem rei, quam poſsidet Bal. author eſt in .l. ob. maritorum, cap.ne vxor pro marit. notatur in.l.à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus.ff.de re iudicat.& in cap.veniens de teſtibus,quod tamen non poſsidenti non permittitur Baldus in.l.manifeſtiſsimè in prin. C.de furt.& in cap. 1.quid ſit inueſtit.Rolan.à Valle.conſ. 50.nu.15. lib.2.& Affl.loc.cita.

41 Et xxj. licet quando dubitatur ne partes veniant ad arma,iudex debeat procedere ad ſequeſtrum .l.æquiſsimum.ff.de vſufruc. tamẽ ſtatim atque de vnius poſſeſsione conſtat, reuocatur ſequeſtrũ Bal. in.l.ordinarij.C.de rei vendic.& in .l.incerti.cap.de interdict.Aret. in cap.in præſentia de probat.Socci.& Iaſon.in .l. quidem .ff. ſi cert. pet. Salicet.in.l.vis eius infra de probat.

42 Releuat xxij. poſſeſsio ab onere ſatiſdandi, & tollit ſuſpicionem fugę.l.ſciendũ.ff.qui ſatiſd.cog.gł.in .l.fin.c.de princ. agenar. in reb. lib.12.Riminal.ſen.con.595. num.12.Purpurat.conſ.168. num.9. & Amanellus de claris aquis ſingu.55.

43 Præſumitur xxiij. ex poſſeſsione rerum hæreditariarum addita hæreditas quando non ſubeſt alia iuſta cauſa poſsidendi, Bart. in .l. gerit .ff. de acq. hæred. ſcribentes in .l.non hoc,cap.vnde cognat.

44 Xxiiij. magnopere prodeſt,licet enim feudum non poſsit ſine aſſenſu transferri, poteſt tamen ſine aſſenſu poſsideri, And. Iſer. in. cap. imperiale. §. illud de prohib. feud. alien. per Federi. Vincen.

Anna allegat. prima, num. 29. Bal. in cap. 1. de prohi. feu. alien. per Federi. in .l. fin. 7. & 8. oppoſiti. cap. de edicto Diui Adriani toll.

45 Et xxv. nam qui aliàs tenetur tempus probare, releuatur ab onere probandi ſi poſsidet, Bart. in .l. 1. §. non autem de bon. poſſ. ſecund. Tab. Bal. in cap. capitulum S. crucis, de reſcript. Iaſ. in rub. c. qui admit.

46 Habet xxvj. poſſeſſor retentionem pro debito naturali, Bart. & Alex. in .l. precibus. c. de impuber. & alijs ſubſtit.

47 Nec eſt xxvij. citatus ſua poſſeſsione priuandus abſque cauſę cognitione, Bal. in .l. ſi maritus infra de donat. int. vir. & vxor. Scribentes in cap. humilis, & cap. inter quatuor de maior. & obed. Bal. & Salic. in .l. ſi deſerta, cap. ſi propter publi. penſita. Caſsiodo. deciſ. 1. n. 7. de reſtit. ſpoliat. Frāciſ. Mar. deciſ. 1169. n. 2. Ioffred. deciſ. 417. Guid. Papa ſingul. 366. Dec. conſ. 191. num. 9.

48 Nec cogitur xxviij. oſtendere titulum ſuæ poſſeſsionis .l. cogit. de pet. hæred. l. edicto; cap. de edi. diui Adria. toll. ſcribentes in cap. conſtitutus, de electio. Belluga. in ſpec. rub. 28. num. 1. Fran. Marc. deciſ. 1366. num. 1.

49 Nec xxix. beneficij impetratio tenet non facta mentione de alterius tolerata poſſeſsione, cap. cum noſtris de conceſſ. præben. licet in exequutiuis appoſita ſit clauſula, amoto quolibet contradictore, vt Panor. inibi fatetur; ex eoque clauſulæ in executiuis poſitæ, nihil operantur, clem. 1. in fin. de præben. Dec. conſ. 413. 470. 500. 565. cum infinitis congeſtis à Rolan. à Vall. conſ. 8. lib. 1. & Menoch. cōſ. 61. num. 28. & 32.

50 Xxx. vtilitas eſt .l. diffamari. cap. de ingen. & manumiſ. Boerius deciſ. 255. num. 7. & 19. Cæſar Vſillus ad deciſ. Afflict. 268. num. 2.

51 Xxxj. quoniam retinens Eccleſiam curatam, ſi aliam impetret, licet ipſo iure prima vacet, cap. de multa, de pręben. ſi tamē in ea impenſas fecerit, poteſt illam retinere, donec ſibi reficiantur expenſæ, vt tradit Panor. d. cap. de multa.

52 Præſumitur etiam xxxij. poſſeſsio, quæ fuit penes defunctum remanſiſſe in hęreditate, teſte Alex. conſ. 24. lib. 3.

53 Non poteſt xxxiij. poſſeſſori mora imputari, cur non egerit de iure ſuo, ita Bal. in Margarita verbo poſſeſſor.

54 Ad idem quoque xxxiv. cùm non eſt aliter poſſeſſori conſultum, quam per retentionem poterit appellare, Panor. in cap. cum ad ſedem de reſtit. ſpoliat. Capicius deciſ. 34. num. 4. & 5. & Ioffredus deciſ. 445.

55 Xxxv. eſt quod etſi duo habētes cauſam ab eodem ſimul contendunt, ille prętertur qui poſſeſsionē prior nactus eſt, licet alius fuerit prior in tit. l. quoties, cap. de rei vēdicat. l. ſiue autem. §. ſi duobus. ff. de publician. Guid. Papa deciſ. 112. Hipol. Marſil. ſingul. 82. & in do natione reſpondit Purpurat. conſ. 448.

56 Xxxvj. eſt qui diutino tempore beneficium poſſedit legitimè præſumitur inſtitutus, in hoc Panor. & alij in cap. illud, de præſumpt. Alex. conſ. 135. num. 13. lib. 4.

57 Xxxvij. quod in iure offerēdi illæ præfertur, qui pignus poſsidet. Paulus. §. qui pignoris. ff. qui mod. pig. vel Hip. l. mulier. ff. qui pot. in pig. Franciſ. Marc. deciſ. 371. num. 9. Capici. deciſ. 99. nu. 6. & Gram. deciſ. 51. num. 6.

58 Xxxviij. offert vtilitatem, ex poſſeſsione enim diutina obſeruata inter fratres præſumitur diuiſio facta gl. in .l. ſi maior. cap. com. dinidun. Dec. conſ. 78. col. fin. quod in feudo quoque locum habet Alex. conſ. 25. lib. 3. cap. in inueſtit. verbo feudorum diuiſio.

59 Xxxix. eſt; nam ex poſſeſsione quis locupletior factus eſſe dicitur .l. ſi mulier in prin. iuncta .l. ſi eum la. 2. cum gl. ff. de donat. int. vir. & vxor. Petrus Stell. in .l. repetitio, de condict. indebi.

60 Ad idem xl. ſi quis ex poſſeſsione ceciderit, præſumitur, ſine iuſta cauſa cecidiſſe Innoc. in cap. poſt electionem de conceſsio. præben. ſcribentes in cap. cum ad ſedem de reſtit. ſpoliat. Rolan. à Vall. conſ. 6. num. 13. lib. 1.

61 Xlj. poſſeſsio iuuat & ampliat titulum, vt ea omnia videantur conceſſa quæ poſsidentur Io. Vinc. Anna allegat. 52. num. 7.

62 Præſumitur etiam xlij. ex diutina poſſeſsione quis legitimè promotus Inno. in cap. ſuper his de accuſat. Rota. deciſ. 4. de probat. in antiq.

63 Et xliij. licet actore non probante reus abſoluatur, hoc tamen non obſeruatur in actore poſsidente: nam in cauſa beneficiali neutra parte probante actor abſoluitur, Rota deciſ. 1. de reuid. in nouis.

64 Xliiij. donatio & infeudatio quę aliàs non præſumitur, ex longiſſima tamē poſſeſsione pręſumitur And. Iſer. in cap. 1. §. fin. de prohib. feud. alien. per Federic.

65 Si quis & xlv. longo tempore poſsederit rem, cuius poſſeſsionem vacantem ingreſſus fuerat, tollitur præſumptio malæfidei, Dec. cōſ. 449. num. 11.

66 Xlvj. conſideratur, nam ex poſſeſsione ſi vendens, aut donans eſt

dominus, transfertur dominium.l. quiſquis cum gl. & .l. ſi quis argentum.§.ſed ſi quis cap.de donat.

67 Sic quoque xlvij. ex poſſeſsione quis excuſatur à vitio clandeſtino.l.cum creditor iunc.gl.ff.de furt.Bart.in .l.creditor.C.de pignor. Guid.Papa dec.356.Pariſ.conſ.112.num.75.lib.1.

68 Xlviij. ex diuturnitate temporis, & poſſeſsione præſumitur ſolemnitas extrinſeca interueniſſe.l. qui in aliena.§. ſed etſi. vbi Aret. ff. de acquire. hæred. ſcribentes in .l. ſciendum .ff. de verb. obligat.

69 Xlviiij. ex poſseſsione impeditur fieri immiſsio, quæ petitur ex beneficio epiſtolę diui Adriani,cùm poſsidens ſe allegat dominum, & de dominio probare paratus eſt,gl.Bart.& alij in.l.fin.de edict.diui Adriani toll.Guid.Pap.deciſ.356.

70 L. generalis poſſeſsio iuriſdictionis quæ per vnum actum acquiritur, vt tradit ſpeculat. tit. de iuriſdi. om. iud. §. 1. verſ. illud etiam nota: non acquiritur cùm alius eſt in poſſeſsione iuriſdictionis Innoc. & Hoſtienſ. in cap. dilectus de cappel. monac. Bouerius ſingul.1. num.2.

71 Lj. vtilis eſt poſſeſsio, quia filius longo tempore poſsidens hæreditatem in qua fuit inſtitutus,præſumitur iuſſu patris adijſſe. l. ſi filius,vbi Bal.c.de pet.hæred.Alex.conſ.135.num.13.lib.4.

72 Lij. aſſecurationis literæ non conceduntur à Rege, niſi illi qui poſsidet feudum gl. in conſt. regni Comite vel Barone Iſer. in cap. 1. in fin. de feud. cognit. cap. in inueſtura ver. feudorum aſſecurationis col. 25.

73 Nec iuuat liij. confirmatio niſi impetrans tẽpore impetrationis poſsideat Capitius ver. feudorum confirmationes col.1.

74 Liiij. longęua poſſeſsione concurrente titulo emptionis, ac ſolutionis pretij,dominij tranſlatio præſumitur Alex.conſ.90.lib.2.Pariſ.conſ.104. num.93.lib.1.

75 Præſumitur lv. poſſeſsio eſſe apud aliquem ex cauſa validiori,& potiori,& iure licito,& non pignoris Bart.& Roman. in.l. Ariſto.ff. de donat.Bal.in .l.rogaſti.§. ſi tibi .ff.ſi cer.pe. Panor.in cap.ad quæſtionem de rerum permuta.

76 Lvj. poſſeſsio, communio,& diuiſio,arguunt bonam fidem Pariſ, conſ.113. num.78.lib.1.

77 Lvij. poſſeſſori reſiſtendi permittitur potentia, ex quo nihil innouat gl. & Angelus in.l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itin. actuque priuat.

78 Lviij. ſeruitutis poſſeſſor,ſiue agat confeſſoria, ſiue conueniatur negatoria cautionem habet ab aduerſario,quod nõ impeditur eius vſus vſque ad terminatum iudicium. l.penult. ff. de aqua quotid. & æſtiua. pract.Papien.in forma libelli actionis negatoriæ, verbo per quandam in fin.

79 Habet lviiij. poſſeſſor maiores inducias.l.fin.ff.de ſeruit.glo.in.l. ſic vti.§.ſed ſi quæratur.ff.ſi ſeruit.vendicetur.

80 Nec iurat lx. poſſeſſor prius de calumnia.l.2.in princ. C.de iurã. calu.gloſ.d.l.ſicuti.§.ſed ſi quæratur.ff.ſi ſeruit.vendicetur.

81 Generat lxj. longa poſſeſsio prẹrogatiuã.l.apparet.§.1.ff.de itin. act.priuat.Bal.num.16.in.l.ſi de proprietate.C.ſi à non compet.iud. fuerit app.

82 Lxij. vaſſallus vel emphiteuta, qui alienans feudũ vel emphiteuſim aliàs caderet à iure ſuo.l.fin.C.de iur.emph.non tamen cadit cũ poſſeſsio apud alienantem remanſit Bal.in cap. 1. §. aut ſi libellario quib.mod.feud.amit.Affl.in cap.1.quid iur.ſit poſt alienat.fact.Guid.Pap.deciſ.101. & 162. Boërius deciſ.112. Rolan. à Vall. conſ.51. num.4.lib.2.Iacob.Menoch. conſ.38. num.30. & Iul. Clarus lib.4. §. feudum.quæſt.31.num.2.

83 Lxiij. cauſa feudi, quæ aliàs eſt apud dominum terminanda poteſt à iudice ordinario definiri, cùm agitur de poſſeſsione feudi gloſ. 1. in cap. cæterum de iudic. Senat. Pedemont. Dec.78. num.9.

84 Lxiv. licet aliàs ex conceſsione immunitatis inualida nullum ius quæratur, ſi quis tamen quadraginta annis huiuſmodi immunitatem poſſederit, immunis eſt.l.fin.cum gl.ver.adempto canone,cap. de fund.patrim.lib.12. & Angel.Salicet.& Alex.in .l. competit. cap. de præſcript. 30. vel 40. an.

85 Legatarius quoque lxv. qui aliàs pateretur detractionẽ falcidię, non patitur tamen eam cùm poſsidet rem legatam, & conuenitur ab hærede, nã eũ remouet ope exceptionis Bart.nu.30. & Ripa.nu. 59.in .l.in quartam ad .l.falcidiam.

86 Lxvj. cùm contrahens cum minore poſsidet eius bona,valet cõtractus de bonis minoris celebratus, licet ſolemnitates aliàs requiſitæ non interueniant,Alcia.reſpon.94.num.5.Iacob.Menoch.de arbit. iudic. lib. 2. cent. 2. caſu 171. num. 75. & Ioſephus Lodouicus deciſ.Peruſ.35.num.8.

87 Donatio etiam lxvij. tunc demũ morte confirmatur cũ prẹceſsit traditio,& poſſeſsionis tranſlatio. l. Papinianus.ff.de donat.int.vir.

& vx.l.1. & .l.res vxoris.cap.eodem tit.l.2.vbi glos.communiter approbata, & Bal.cap.de dote, cap.non nu. & idem Bal.in .l.executorem num. 35. cap.de exec. rei iudicat. Soc.in .l.1. §. si vir. vxori. ff. de acq. poss. D. Couar. in rub. de testam. cap. 2. num. 9. Roland. à Vall. cons. 51. num.25. lib.2. & moder.Paris. in addi. ad Alex. cons. 14. lib.5.

88 Lxviij. est quod reuocato testamento licet alias omnia corruant præcipuè legata, si tamen testator legat fundum,& in vita transfert possessionem in legatarium, non reuocatur legatum, sed transit in donationem causa mortis.l.Lutius,Titius,la 1.& .l.legatum la 2. de leg.2.Bal.in.l.vlt.C.de vsu,& vsufru.legat.& in .l.1. nu.8.C. si ommi. causa test.Afflic.decis.275. & And. Tiraquel. de retract. conuentional.ad fin.titul.num.79.

89 Lxix. finito feudo vel emphiteusi per generationẽ,antiquus possessor est renouandus Bart.in .l.1. §.permittitur de aqua quotid. & æstiua.l.1. inibique Ripa.ff.de priuil.credito.Panor.in cap.bona depostulat.prælat.Iulius Clarus lib.4.recept.sent.§.emphiteusis. q.43. Ant.Grabrie.lib.commu.conclus.tit.de iur.emphit.conclus.1. Vinc. de Franchis decis.123.

90 Lxx. possessionis commodum est, vt eius iudicium dicatur summarium in quo semiplena probatio requiratur, nec admittatur appellatio, vt latissimè dixerunt scribentes omnes in .l.vnic.cap.si de momenta. possess. fuer. appellat. Guid. Pap. decis. 132. Afflict. Dec. 269. cap. decis. 34. Senat. Pedemont. decis. 75. & Iacob. Menoch. tract. adipisce. posse. remedio 4. num.828.& tracta. recuper. remed. 322.

91 Lxxj. est quia si vassallus possidet feudum, & petat inuestituram à domino quam ipse neget,facit vt vassallo possidenti iuramentum deferatur, quod not.ex tex.in cap.1.de cont.int.dom.& fid. de inuesti.feu.Bal.num.5.& Affl. num.17.

92 Lxxij.est quod facit iudicium ordinare si possessor neget.l.1.ff.fami. her. Bal.& Affl.ibi.

93 Lxxiij. est quod ratione possessionis partis rei, fingitur esse in possessione totius .l. etsi non totam .ff. si quis om. cau. testa. l. vna est via .ff. de sernit. rusti. prædio. l. possideri .ff. de acq. poss. & ibi Affl.

Ex qua conclusione superius firmata quod dominium scilicet, & possessio in Ecclesiam absque traditione, & apprehensione transferantur, infertur quod tanta est istius priuilegij vis, atq; potestas, vt

vt † hæreditatem monacho delatam,ipso etiam nolente Abbas monasterij nomine possit adire, & substitutum excludat, ita docuerunt Anchara n. 18. & Felin. n. 57.in cap. in præsentia de probatio. Iacob. Aren. in.l.Deo nobis infra de Epis. & cleri : Bart. in .l. inde Neratius.n. 1. ad leg. Aquil. Paul.Cast. in .l. 1. n.21. de vulg. & pupil. & infra de fidei .l. ex repudiatione n. 2. Alex.in d.l. 1.n. 21.de vulg. & pupil. & in .l. si quis mihi.§.seruus n. 3. de acquir. hæredit. & in .l. legatum n. 2. de leg. 1. & in .l. prima .§. per seruum .ff: de acq. poss. n. 13. Rom. in .l. is qui hæres .§. neq; filius num. 11. de acq. hæred. Aret. in .l. 1. & in .l. seruum communem de vulg. & pupil n. 3. eod. tit. in hoc enim dicunt ipsi æquiparari filio, quo renuente Pater hæreditatem adire potest.l.cum non solum C.de bon. quæ lib. cum. concord.

Patet ergo ex prædictis Abbati hæreditatẽ acquiri absq; facto monachi,quod approbarunt August. Bero.in c. Rainutius num. 384. de testam. & Napoda. in consuet. Neap. incip. si quis vel si qua n. 254. licet specul. tit. de sta. monac. n. 12. & Viglialo lib. com. opi. ver. monachus n.187. dicant Abbatem posse cogere monachũ adire quod Rapo. reprobat, nam si potest solus Abbas, cur necesse erit monachum cogere, & bene.

95 Quod in tantum verum est, vt relictum monacho sub mentione monachatus videatur monasterio relictum, & sic in illud recta via transit Imol. in .l. filio familias .ff. de condi. & demonst. numero primo per illum textum & per .l. cum aliquis infra de iure delib.

96 Extende hanc conclusionem etiam si monachus ante aditam hæreditatem decedat, nam monasterium nihilominus adit, quod voluerunt Ancha. num. 18. Abb.n. 77. & August. Bero. num. 559. in c. in præsentia & idem Bero. in c. Rainutius n. 391. de testam. ea potissimum ratione, quòd hæreditas in monasterio videtur statim esse delata, & sic omne ius illi quæsitum ipso iure, quod cùm nunquam moriatur merito potest hæreditatem capere, & acquirere, perinde enim videtur ac si monasterium ipsum pr. gradu esset institutum; nam quamdiù primus gradus admitti po-
97 test † secũdus gradus substitutionis nõ admittitur.l.quãdiù.ff.de acquir. hęred. Alex. in .l. 1. num. 2.ff. de vulg. & pupilla : qui seruandam etiam in foro ciuili hanc opinionẽ affirmat, quod videtur affirmãdũ per l. si infanti infra de iure delib.vbi hæreditas non adita ante mortẽ infantis transmittitur in patrem;sed cõtrarium dicunt

Bart. in .l. si condicatur .ff.de condictio.fur. & in .l.1. num.23. & sequen. vbi Rip. num. 154. de vulg. & pupilla. Iacob. Arenas in d. l. Deo nobis infra de epis.& cleri.num.5.qui dicit communem esse legistarum sententiam quòd non transmittatur, nisi esset hæreditas ascendentium, quo casu monasterium habetur loco filij .§. sed & hoc presenti, vbi not. in authen. de sanctissimis epis. qui subdit, quòd hęc de æquitate etiam transmittitur,& hoc affirmant ex communi regula, quòd hæreditas non adita non transmittitur.l.emancipata. C. qui admitti. ad 60. posse. & .l.quoniam sororem infra de iure delib.

98 Hinc etiam scribentes voluerunt, quòd ne dum Abbas hæreditatem adire,verum etiam & repudiare possit, vt dicunt Bart.in.l.tutor in fine .ff de bon. possess. Bal. in .l. 1.num.50.& in.l.bonorum infra qui admitti num.8. Ias.in .l.legatum num.13. ff. de leg. 1.Panor. in cap.in præsentia num.76. vers.tertij dicunt, vbi Feli.nu.57. vers. 14. de probatio.quidquid in contrarium teneat Paul.Cast.in d.l.legatum num.4.de leg.1.cuius opinionem magis communem esse affirmat Socci.ibi;sed primam sequitur, nam in acquirendis Prelatus Ecclesiæ potest præiudicare glos.in cap. fin.16. quæst.6. & latius infra dicemus in quæst.de dolo.Placet tamen vt id faciat adhibito cõsensu capituli;nam licet alienatio propriè non dicatur,est tamen illius species,vt infra dicemus loco citato.

SVMMARIVM Ex Cap. I.

1 DEDICATIO sui ipsius fit per professionem trium votorum.
2 Per obedientiam homo Deo offert voluntatem propriam, ideoq; potior est cæteris votis.
3 Obedientia melior est quàm victima.
4 Obedientia cæterarum virtutum est causa.
5 Obedientia victoriam parit.
6 Obedientia quid sit.
7 Obedientia prima est inter virtutes morales.
8 Obedientia magna virtus appellatur.
9 Obedientia fidei meritum posidet.
10 Obedientia optima medicina.
11 Obedientia Diabolum fugat.
12 Obedientia duplicem coronam meretur.
13 Obedientia virtus necessaria est.
14 Obedientia magnæ remunerationis est præmium.
15 Obedientia familiaris,& amica salutis.
16 Obedientia pluribus nominibus nominatur ab Ignatio Loiola.
17 Per obedientiam Deus placatur.
18 Obedientiæ sequi virtutem exemplo suo nos hortatur Dominus.
19 Dominus Iesus Christus subditus erat parentibus.
20 Christi mors verus obedientiæ typus est.
21 Christus factus est obediens vsque ad mortem.
22 Christus propter obedientiam exaltatur.
23 Christi obedientia celebratur à Cirillo.
24 Abraham maximam expressit obedientiam.
25 Elementa obedientiam nos docent.
26 Obedientiam prœcipiunt Apostoli Iacobus, & Paulus.
27 Obedientia meritoria plura requirit.
28 In obedientia proprius effectus cessare debet.
29 Debet in ipsa concurrere iustitia in intentione,hilaritas in operatione,& humilitas in reputatione.
30 Quod agimus in gloriam Dei iubemur agere.
31 Hilarem datorem diligit Deus.
32 Obedientia integra & non simulata debet esse.

33 *Obedientia requirit ſollicitudinem.*
34 *Verus obediens quis dicatur.*
35 *Obedientis uoluntas debet cum præcipientis uoluntate coniungi.*
36 *Obedientia ſimplex debet eſſe.*
37 *Obedientia perſeuerans debet eſſe.*
38 *Perfecta obedientia quæ ſit.*
39 *Obedientia perfecta ad impoſſibilia oſtenditur.*
40 *Obedientiæ obligatio ex profeſſione dependet.*
41 *Profitens non promittit omnimodam, ſed ordinatam obedientiam ſecundum regulam.*
42 *Monachus tenetur obedire Prælato in his, quæ pertinent ad eius poteſtatem.*
43 *Item in his, quæ pertinent ad regulam.*
44 *Item in his, quæ ſunt æqualia regulæ, uel ad illam pertinent.*
45 *Monachus tenetur obedire Abbati in pertinentibus ad diſpoſitionem actuũ, & rerum humanarum.*
46 *Monachus tenetur obedire in omnibus, in quibus dubitat.*
47 *Quod fallit in quibus ignorantia non excuſat.*
48 *Vel quando nullum periculum bono publico immineret, aut Prælatus rem nimis moleſtam & difficilem præcipit.*
49 *Monachus mortaliter peccat non obediens in caſibus, in quibus obedire tenetur.*
50 *Quod intelligitur quando præceptum ex ſe obligat ad mortale, uel ex uoluntate ſuperioris ſui, aut ex contemptu non obediuit.*
51 *Monachus non obediens ex negligentia, aut conſuetudine mortaliter non peccat.*
52 *Monachus non tenetur obedire in his, quæ ſunt contra Deum.*
53 *Maior poteſtas in obedientia præfertur.*
54 *Monachus non tenetur obedire in his, quæ ſunt contra conſtitutiones Eccleſiæ*
55 *Et in his, quæ ſunt contra regulam, dummodo Prælatorum arbitrio ſit commiſſa diſpenſatio.*
56 *Monachus in malis non tenetur obedire Prælato, aut in his quæ habent ſpeciem mali, uel contra bonos mores.*
57 *Monachus non tenetur obedire Prælato ſciſmatico.*
58 *Aut in his, quæ ſunt præter regulam dummodo non ſit impoſitum pro pœnitentia peccati.*
59 *Monachus nõ poteſt uotũ emittere ſine licentia ſui ſuperioris, licet alij cõtra.*
60 *Ingrediens religionem relaxatam ſi illa reformatur tenetur ad illius obſeruantiam.*

Refor-

61 *Reformatio poteſt fieri à maiori parte conuentus.*
62 *Monachus non tenetur ad reformationem tolerandam quando eſſet impotens.*
63 *Item non tenetur quando tempore immemoriali aliqua accidentalia regulæ non ſunt ſeruata.*
64 *Quod intelligitur accidentaliter de obſeruationibus ſublatis Apoſtolicis priuilegijs.*
65 *Vel tempore immemoriali preſcriptis, & aliis.*
66 *Monachus iuris ignarus non tenetur ad obſeruãtiam reformationis dummodo ei non fuerit explicata regula.*
67 *Monachus, qui proteſtatus eſt nolle ſe obligare ad maiorem obſeruantiam ad illam non tenetur.*
68 *Monachus non profeſſus non tenetur ad reformationem.*
69 *Monachus non tenetur ad reformationem, quia eſt ingreſſus in religionem, in qua non ſeruatur regula.*
70 *Monachus tenetur ad noua ſtatuta quando maioris partis capituli conſenſu ſunt edita, ſed contrarium plurimi tenent, & uerius arbitramur.*
71 *Summus Pontifex non poteſt duriorem uitam monachis inducere, ſed illis annus probationis ad hoc eſt dandus, licet contrarium aliqui teneant.*
72 *Bona omnia ab obſeruantibus religioſis procedunt.*
73 *Summi Pontifices ſtatuerunt, vt in qualibet prouincia cuiuſlibet ord. monaſterium aſſignetur volentibus reformatè uiuere.*
74 *Modus optimus reformandi monaſteria.*

CAPVT

CAPVT I.

1 FIT autem huiusmodi sui ipsius dedicatio, (vt diximus in verbo ingressi) per solemnem professionem, ac trium votorum emissionem. Ideoque pro istius verbi declaratione nonnulla dicamus, quæ ad regularem horum votorum obseruantiam pertinent; 2 & cùm obedientia primum sibi locum inter ista vendicet, de illa prius agendum est, illius enim voto ingrediens, quod maximũ est, Deo offert nempè voluntatem propriam (quæ potior est corpore, quod voto castitatis offertur, & bonis exterioribus, quæ voto 3 paupertatis à se abdicat) atque hinc melior quam victima dicitur vt habetur 1. Reg. 15. quod explicat Greg. lib. 35. moral. cap. 10. *Sola* 4 (inquit) *obedientia virtus est, quæ virtutes cæteras menti inserit, insertasq; custodit, unde et primus homo præceptum quod seruaret accepit, cui se si uellet obediens subdere ad æternam beatitudinem sine labore perueniret.* Hinc Samuel ait, *Melior est obedientia, quàm victima, & auscultare magis quàm offerre adipẽ arietum, quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idolatriæ nolle acquiescere; obedientia quippè victimis iure præponitur, quia per victimas aliena caro, per obedientiam propria voluntas mactatur, tanto vero quisque citius Deum placat, quanto verius ante eius oculos repressa arbitrij superbia, illius gladio præcepti se immolat, quod contra ariolandi peccatum inobedientia dicitur, ut quanta sit uirtus obedientiæ demostretur. Ex aduerso ergo melius ostenditur, quid de eius laude sentiatur, si enim quasi ariolandi peccatum est repugnare, & quasi scelus idolatriæ nolle acquiescere, sola est obedientia, quæ fidei meritum possidet, sine qua quisque infidelis conuincitur, licet fidelis esse uideatur.* Hinc per 5 Salomonem in ostentionem obedientiæ dicitur, † *vir obediens loquitur uictoriam*. vir quippè obediens victoriam loquitur, quia dum alienæ voci humiliter subdimur, nosmetipsos in corde superamus. Et propterea præstantius est eius votum, ex eo, quòd sub se alia vota contineat, paupertatis, & castitatis quæ cadunt sub obedientia, & denique præcipuum est, tanquam proximum fini religionis, cùm quantumuis ex voto castitatem & paupertatem quis seruet, non sit in religionis statu si obedientiam non voueat, vt optimè declarat

rat D. Thom. 2.2. quæst. 186. art. 8.

6 Est autem obedientia virtus quędam, hominis voluntatem ad præceptum superioris ex debito inducens, quæ colligitur ex D. Thom. 2. 2. quæst. 104. art. 2. Io. de Fri. in summa confess. lib. 3. de fine præce. quæst. 9. tit. 33. Host. in summa de maio. & obed. Alberi. in dicto ver. obedientia. Bal. in .l. liberti, libertæque num. 4. cap. de oper. lib. Card. à Turre crem. in cap. si autem 9. quæst. 3. Ang. verb. obedientia in princip. & Siluester eodem ver. in princip.

7 Et prima inter virtutes morales meritò dicitur cùm magis accedat Deo contemnens propriam voluntatem, quæ cæteris bonis iure præfertur, vt docet D. Thom. 2.2. quæst. 104. art. 3. quem sequitur Alberi. dicto verbo obedientia primo, & voluit Bonif. in clem. cupientes de pœnis num. 2. Ideoque dicitur mater & custos omnium virtutum ab Augu. lib. 14. de ciuitate Dei cap. 12. ac sola est, quæ inserit menti cæteras virtutes, insertasque custodit teste Greg. vlt. 8 mor. cap. 12. † Eadem magna virtus appellatur ab Augu. lib. 13. de 9 ciuit. Dei cap. 20. † Et sola fidei meritum possidere, sine qua quisq; infidelis dignoscitur, licet fidelis esse videatur, dicit Greg. d. loco 10 adductus à Grat. in d. cap. sciendum 8. quæst. 1. † Et medicinam optimam appellat generis nobilitate, religionis institutione, & sanctitate insignis B. Brigida lib. 4. reuela. cap. 2. † quam fugare diabo- 11 lum eadem docet eod. lib. 4. cap. 14. in fine, idque ex eo probat S. Bri- 12 gida lib. 6. cap. 65. † quia duplicem coronam meretur, & eod. lib. c. 30. *Virginitas* (inquit) *meretur coronam, uiduitas appropinquat Deo; sed obedientia in gloriam introducit.* Et eod. lib. cap. 120. *Ex persona Domini nostri* (inquit) *quasi arbor est, de qua omnes uirtutes procedunt, inter quas primatum tenet obedientia, pro qua ego ipse Deus subire crucem, & mortem non dubitaui.* Et cap. 121. virtutem appellat, qua omnia perficiuntur, & omnes negligentiæ extinguntur.

13 Quæ virtus necessaria omnino est, vt docet Aug. lib. 8. super Genes. ad literam cap. 10. *Oportebat* (inquit) *ut homo sub dominio Dei positus alicunde prohiberetur, ut ei promerendi dominum suum uirtus esset ipsa obedientia, quam possum uerissimè dicere, solam esse uirtutem omni creaturæ rationali agenti sub Dei potestate, primumque esse, & maximum uitium tendens ad ruinam, sua potestate uelle uti, cuius nomen est inobedientia.* Quod idem Aug. probat lib. abus. *Tertius* (inquit) *abusionis gradus si adolescens sine obedientia deprehenditur, quo mundus à recto ordine rationis deprauatur;* Digniſsimum quoque pretium obedi-

tia

tia censetur esse vt testatum reliquit Orig.tom.5. super Leuit. *Singuli Prophetarum* (inquit) *uel Apostolorum, et qui consilium his qui delinquunt dederint, quo possint corrigere uel emandare peccatum, meritò iis uendidisse arietem ad sacrificia uidebuntur, quid autem pretii à comparantibus sumant illud opinor: legendi studium, uigilias, audiendi uerbum Dei, & super omnia dignissimum pretium obedientiam, de qua scriptum est: obedientiam malo quàm sacrificium.*

14 Et magnæ remunerationis præmiũ esse, author ẽ Casiod. de Inst. script. cap. 33. Quapropter (inquit) *omnes quos monasterii septa concludunt, tam Patrum regulas, quàm præceptoris proprii iussa seruate, & libenter, quæ uobis salubriter imperantur sine aliquo murmure efficite, quia magnæ remunerationis est præmium præcepis salutaribus obedire.*

15 Familiaris etiam, & amica salutis hęc virtus est, vt dicit Bern. in illud euang. super Math. [ecce nos reliquimus oĩa] sed obediẽtia firma & stabilis quæ fundata est supra petrã; melior est enim obedientia, quàm victima & acquiescere nolle, vt peccatum ariolandi est, vnde, & vitæ quoq; ipse saluator prætulit hanc virtutem, eligens magis animam ponere, quàm obedientiam non implere. Postremo et ipsum nomen Iesu quod est super omne nomen, & in quo flectitur omne genu, Apostolo teste, obedientiæ remuneratio est.

16 Eandem pluribus titulis comendat insig. vir Hispaniæ gloria, & christianæ religionis diligentissimus adiutor Ignatius Loiola societatis Iesu institutor, vt refert Pater Petrus Ribadeneira eiusdem societatis, in eius vita lib. 5. cap. 4. Eam aiebat præclarissimam esse virtutem, ac nobilissimam, omni victima sacrificioq; præstantiorem, humilitatis filiam, nutricem charitatis, Iustitiæ comitem, religiosorum omnium, virtutum ducem, ac magistrã, inimicam proprię voluntatis, fraternæ beneuolentię & concordiæ matrem, tranquillitatis deportum & securæ mentis iuge conuiuium.

17 Hæc victimis longè quidem melior est, & per illam Deus magis placatur, ita Hieronymus testatur in Esayam cap. 44. lib. 12. *Ipse enim* (ait) *preciosum à te quippiam requisiui, ut in parandis eis laborare te fecerim, non exegi à te oblationes, nec iura quæsiui, non calamum, neq; incensum, aut diuersi pigmenta generis quorum fumo inebriares me; atq; sanares.* Item Hieronymus in Ecclesiast. cap. 5. inquit, quòd stulti nescientes remedium esse peccati exstimant oblatione mune-

munerum Deo satisfacere posse, & ignorant hoc quoq; malum esse atq; peccatũ, non obedientia & operibus bonis, sed donis, & victimis emendare velle quod fecerint. Huic congruit illud quod alibi dicitur, obedientiã super sacrificium, & misericordiam volo, & non sacrificium.

18 Hanc ergo tam præclaram virtutem sequi præter eius excellentiam nos hortantur plura exempla, inter quæ grauissimũ est seruatoris nostri, † qui subditus erat parentibus vt dicitur Luc. cap. 19.

19 cuius rei admiratione motus Bern. in homilia pr. *Supermissus est, & erat* (inquit) *subditus illis, quis, quibus? Deus hominibus, Deus inquam cui Angeli subditi sunt, cui principatus, & potestates obediunt subditus erat Mariæ, nec tantum Mariæ, sed et Ioseph propter Mariam. Mirare ergo filij benignissimam dignationẽ quòd Deus fœminæ obtemperet, humilitas absq; exemplo, disce homo obedire, disce terræ subdi, disce puluis obtemperare, De authore tuo loquens Euangelista. Et erat* (inquit) *subditus illis, haud dubium quin Mariæ, & Ioseph: erubesce superbe cinis, Deus se hominibus subdit & tu dominari gesties hominibus, tuo te præponis authori?* Hæc ille, Idem repetit ipse Bernar. super cant: serm. 19. Puer (inquit) Iesus non despexit magister discipulos, Deus homines verbum & sapientia, fabrum, & fœminam sequi.

Eandẽ obediẽtiã nos docuit idẽ seruator in eius mortis die ad Patrẽ orans nõ quod ego (inquit) volo Pater, sed quod tu Matth. c. 26. Quẽ locũ explicans D. Hieronymus eodem in loco super Marc. 14. tom. 9. vsq; in finem. *Non cessat* (inquit) *Nos docere patribus obe-*

20 *dire, & voluntatem eorum voluntati nostræ præponere.* † Et eius mors num tota verus obedientiæ typus est, nam ut ait Bernar. tracta. de grad. humilitatis cap. 2. illa mors, illa crux, opprobria,
„ sputa, flagella, quæ omnia caput nostrum Christum pertranseunt,
„ qd aliud corpori eius, idest nobis quã prẽclarę obediẽtię documẽta
21 fuerunt? Christus enim (ait Paul.) † factus est obediens Patri vsq; ad
„ mortem, mortem autem crucis. Qua necessitate, respondeat
„ Apostolus Petrus: Christus passus est pro nobis, vobis relinquens
„ exẽplum, vt sequamini (inquit) vestigia eius idest vt imitemini obe
„ dientiam eius. Ex his ergo, quæ passus est discimus, quanta nos,
„ qui puri homines sumus oporteat pro obedientia perpeti, pro qua
„ is, qui & Deus erat non dubitauerit mori. Hæc Bernar.

22 Audisti miseriam, audi, & coronam, vidisti periculum, vide
„ præmium, attendisti infirmitatem, attende potestatem, propter
„ quæ, inquit, Apostolus, & Deus exaltauit illum & dedit ei nomen,

quod eſt ſuper omne nomen.

23 Huius obedientiæ Dominicæ ſingularem effectum, & excellentiã extollit magnus Doctor Cirillus in Geneſ. lib. 3. ſi quæ enim (inquit) noua creatura in Chriſto, ſi quidem ſecundus ſit Adam, qui propter obedientiam primi hominis crimina euertit, illã inquam contumaciam, quam principio ipſe commiſerat, nam & Paulum ita ſentire accipimus Sicut enim (inquit) per inobedientiam primi hominis peccatores conſtituti ſunt multi, ita per obedientiam vnius iuſti conſtituentur multi, factus eſt namque obediens vſq; ad mortem, mortem aũt crucis, vt.n. principio terra ob Adæ preuaricationem ſubiecta maledictioni fuerat, ſic ob Chriſti obedientiam benedictionem aſſequuta eſt.

Sed taceamus interim de illius obediẽtia, quæ ſingulari preroga
24 tiua clauditur, & ſignificatur. Procedat in medium † magnus ille Patriarcha fidei lumen, obedientiæ forma, & iuſtitiæ principatus; audit ab omnipotente, egredere de terra tua, & de cognatione tua & de domo patris tui & ueni in terram quam moſtrauero tibi: & ad vnius luſsionis uocem patriam fugit, relinquit parentes, deſerit hæreditatem, & aliorum finem hoſpes ingreditur nouus, magna res, & primitiuæ dignitatis priuilegio in patre multarum gentium conſecrata. Primus primùm ſuis facultatibus renuntiat, & obedientiæ viam indefeſſa velocitate percurrit, deniq; cùm accepiſſet filium in ſenectute ſua, in quo totius mundi fuerat benedictio cumulanda, dicit ei Deus, tolle filium tuum vnigenitum, quẽ diligis Iſaac, & offer mihi illum in holocauſtum; ò quanta in uerbis iſtis amaritudo? quãta à corde preſentis ſeparatio pietatis; iubetur namq; filium occidere, os ex oſsibus ſuis & carnem de carne ſua, filium magnæ promiſsionis, extremæ ſenectutis, propriæ mulieris filium, mirabiliter promiſsum, feliciter natum, educatum innocenter, & nequid deeſset, ut tenerrimum intra paterna viſcera doloris incendium exundaret additur vnigenitum, ſunt nãq; multi filij, ſed non unigeniti, iſte ſic eſt filius, ut & vnigenitus, iſte unicus patri, vnigenitus matri, hæreditati reſeruatus. Ne reſpicias ad Iſmael, quia qui in ſeruitute, & ex ancilla genitus fuerat ad libertatẽ & hæreditatem minimè pertinebat, quia uero multi ſunt filij, & vnigeniti, ſed nõ dilecti ad exaggerandum in corde patris tribulationẽm & comprobandam in morte iuſti obedientiam, Domiuus ſubiungit, quẽ diligis. Vt vero teneritudo patris ex memoria dilecti nominis redundeſceret, & interior pietas ad dilectæ vocis ſonũ

tota

tota ferueret, puer nominatur ex nomine quod vocatum erat à Domino priuſquã in utero conciperetur. Vides quantis tribulationũ maleis Abrahæ pietas feriatur, cui præcipitur ut filium tollat, occidat vnigenitum, quem diligit immolet, Iſaac percutiat, multũ tẽtatus, multum probatus, adductus, & multum dulcis relatio filij ad patrem, patris ad filium, hanc dulcedinem, & omnis affectus viciſsitudinem obliuiſcitur Abraham, ſternit aſinum ſuum, ligna componit, ignem accendit, eximit gladium, non à Domino querit quarè, non murmurat, non conqueritur non ſaltem vultum doloris oſtendit, ſed ad omnia quæ præcipiuntur gnarus in mortem filij pia crudelitate feſtinat. Ideo ſummæ, & admirabilis obedientiæ virtus in Abraham, & ſingularibus laudibus prædicanda, fortiſsima res eſt obedientia vera, & quæ in animam deſcendere non poteſt, niſi à mundi huius aſpergiè purè, preſsèq; deterſum. Hæc apud Bern. in ſermon. de virtute obedientiæ.

25 Ipſa quoq; elementa nos docent hanc obedientię virtutẽ, dicitur enim Pſal. 148. *Præceptum poſuit, & non præteribit*, & Baruch 3. *Stellæ vocatæ ſunt, & dixerunt adſumus*, & Pſal. 103. *Terminum poſuiſti, quem non præteribunt*. Et Matt. 8. *quis eſt iſtæ cui venti, & mare obediunt*. Quod latius deducit Hieronymus Epiſt. 68 ad Ruſticum monachum. Nulla (inquit) res abſq; magiſtro diſcitur, etiã muta animalia, & ferarum greges ductores ſuos ſequũtur ordine literato, Imperator vnus, iudex prouinciæ vnus, Roma vt condita eſt, duos fratres ſimul habere non potuit, & fratricidio dedicatur, in Rebeccæ vtero Eſau & Iacob bella geſserunt, ſinguli Eccleſiarũ Epiſcopi, ſinguli Archipresbiteri, ſinguli Archidiaconi, omnis ordo eccleſiaſticus ſuis rectoribus vtitur, in naui vnus Gubernator, in Domo vnus Dominus, in quouis grandi exercitu vnius ſignum expectatur, & ut plura replicando faſtidium legenti non faciam per hæc omnia ad illud tendit oratio, vt doceam te uon tuo arbitrio dimittendum ſed viuere debere in monaſterio ſub vnius diſciplina patris.

Quid ergo mirum vt cum Greg. dicamus in C. quid ergo 11 q. 3. ſi peccator homo obedientiæ in preſentis vitæ breuitate ſe ſubijcit, quando hanc mediator Dei, & hominum tenuit & tenendam prȩcepit ampliſsimis propoſitis prȩmijs, vnde eccleſiaſt. 4. Erit inquit, *velut altiſſimi filius obediens* & Matt. 5. *Qui fecerit, & docuerit hic magnus vocabitur in regno cœlorum.*

26 Hanc virtutum principem obedientiam præcipit Iacobus Apo-

ſtolus epiſt. 4. Subditi eſtote Deo , & Paulus ad Rom. 13. *Omnis anima ſublimioribus poteſtatibus ſubdita ſit , non eſt enim poteſtas niſi à Deo , & ideo qui reſiſtit poteſtati , Dei ordinationi reſiſtit*, cuius meminit ex Ambroſ. in cap. magnum quidem 11. quæſt. 1. Aug. in cap. qui reſiſtit 11. quæſt. 3. inibi Grat. & 5. P. in c. omnis anima de cenſibus. Eãdem filijs præcipit idem Apoſt. ad Epheſ. 6. vxoribus, eandem & ſeruis præcipit ad Coloſſen. 3. Si ergo patribus carnalibus, dominis & coniugi obedientia debetur, quã to magis patribus , Dominis, & coniugibus ſpiritualibus, vt ait Apoſt. ad Heb. 12. Patres(inquit)carnis noſtræ habuimus eruditores et reuerebamur eos , non multo magis obtemperabimus patri ſpirituum vt viuamus.

27 Quę obediẽtia ad hoc vt ſit ꝑfecta,& meritoria plura requirũtur.

28 Et pri. quidem † proprius affectus ceſſare debet in his, quę præcipiuntur , nam ſi de ſuo aliquid habuerit nulla eſt obedientia , vt ſi huius mundi ſucceſſus præcipitur , aut locus ſuperior imperatur; is enim qui ad hæc præcipienda obedit,obedientiæ ſibi virtutẽ euacuat,ſi ad hęc ex proprio anhelat, neq; enim ſe ſub obedientia dirigit qui ad præcipienda huius vitę proſpera , libidini proprię ambitionis ſeruit , ex ſent. Greg. lib. vltimo mora. cap. 13. adducti à Grat. in cap. ſciendum 8. quæſt. 1. & D. Thom. 2. 2. quęſt. 104.art. 2. ad 3. idq; docet ẽtiam D. Hieron. ad Ruſticum monachum epiſt. 68. Ad id tendit (inquit) oratio vt te doceam non tuo arbitrio dimittendum,nõ facias quod uis,comedas quod iuberis,habeas quod acceperis,quantum acceperis veſtiare, cui non vis ſubijciaris,præpoſitum monaſterij timeas , vt Dominum amas vt parentem , credas tibi ſalutare quicquid pręceperit, nec de maioris ſententia iudices .

29 Debet præterea cõcurrere iuſtitia in intẽtione, hilaritas in operatione , & humilitas in reputatione, ad hoc vt bonus ſit obedientiæ cibus, inſipida namq; Deo , & inſulſa quodam modo noſtra
30 obedientia,niſi omnium quæ agimus ipſa ſit cauſa, quia † quicquid agimus iubemur facere in gloriam Dei , oportet autem puſillanimitatem, & triſtitiam in omnibus , quæ agenda ſunt cauere , quia †
31 Hilarem datorem diligit Deus , Porrò elationem omnem fugere neceſſe eſt. Quiſquis enim altum ſapit,opus eius vanũ ſapit nec gratuior vllus ſapor , aut magis contrarius eſt veritati. Vides nè, quàm ſit vtile homini , ſcire ſe hominem , vt perinde ſit paratus ad mandatorum obedientiam , ac deinceps ſtudeat , vt qui laborem interim

rim non poteſt effugere , ſic ſaltem laboret vt hic ſibi in cibum trãſeant ſalutarem , ſiquidem melior eſt obedientia , quàm victoria , inobedientia eſt cauſa mortis , omnes experimur , omnes morimur propter eam.Hæc Bern. in ſerm. de obed. & patien.

Integra , & non ſimulata eſſe debet vt ait Greg.lib.vlt.mor. cap. 12. nam ſi de ſuo aliquid non habuerit minima eſt , vt cùm mundi deſpectus præcipitur,cùm probra adipiſci, & contumeliæ iubentur niſi ex ſemetipſo animus appetat obedientiæ ſibi meritum minuit, quia ad ea, quæ in hac vita deſpreta ſunt inuitus , nolenſq; deſcendit. Idem Bern. in ſerm. 2. de S. And. Apoſtolo : ſapiens (inquit) numularius eſt immo ipſa ſapientia , cui neceſſe habemus reddere hunc obedientiæ nummum,nec ſuſcipiet eum niſi , & integer inueniatur & ſine aliqua falſitate, nam ſi diſcutimus , ſi dijudicamus & in hoc quidèm præcepto non obedimus ,ſed in illo fractus eſt nummus,ſuſcipiet eum Chriſtus à quo nimirum tenemur nũmi integri debitores , omnes enim obedientiam ſimpliciter , & ſine ulla exceptione promiſimus, quod ſi quis obediat quidem, ſed ſimulatoris & ad oculum murmuret, aut in abſcondito,falſus eſt nummus eius, plumbum habet non argentum , & iniquitas ſedet ſuper talentum plumbi, doloſè agit, ſed non in conſpectu Dei,quoniam Deus non irridetur. Vis audire perfectè obedientiæ formam; Vidit Dominus (ait Euang.) Petrum , & Andream mittentes rete in mare , & ait illis venite poſt me : faciam vos fieri piſcatores hominum , immo prædicatores . At illi continuo nihil dijudicantes , aut hæſitantes non ſolliciti vnde viuerent,non cõſiderantes quonãmodo rudes homines , & ſine literis Prædicatores fieri poſſent , nihil deniq; interrogantes , ſine omni mora , relictis retibus , & naui , ſequuti ſunt enm.Agnoſcite fratres quoniam propter vos ſcripta ſunt hæc, propter vos ſingulis annis in Eccleſia recitantur, vt diſcentes veræ obedientiæ formam caſtigetis corda veſtra in obedientia charitatis . Hæc nimirum eſt, quæ ſola cõmendat obedientiæ nummum , hoc illius argentum eſt purgatum,atq; probatum , ſola eſt charitas,quæ obedientiam gratam facit , & acceptabilem Deo : Hilarem quippè datorem diligit Deus.

33 Sollicitudo ẽt requiritur , inquit , Ang . quem refert Arch. in C.
34 qui reſiſtit 11 . queſt. 3. † Is enim verus obediens eſt , qui mandata non procraſtinat , ſed paratꝰ aures auditui , pedes greſſui , manus operi, totum ſe intus recolligit,vt mandatum adimpleat imperantis .

Debet

35 Debet præterea obedientis voluntas cum præcipientis voluntate coniungi, vt ſummus obedientiæ gradus dici poſsit; nam vt ait „ Bern. tract. de pręcep. & diſp. Bonus obedientię gradus eſt, ſi iuxta „ magiſtri noſtri ſentẽtiam propter metũ gehennæ, ſeu propter pro„ feſsionem ſanctam, quàm profeſſus eſt quiſquàm obediet, melior „ tamen cùm ex Dei amore obeditur, illa quippè obedientia neceſ„ ſitatis eſt, iſta charitatis. Illum autem optimum dixerim obedien„ tiæ gradum cùm eo animo iniunctum opus recipitur, quo & prę„ cipitur; cùm enim ex uoluntate iubentis pendeat intentio exequen„ tis, fit vt nec maius minoribus, nec minus maioribus confusè vt „ adſolet adimplẽdum quod iniũgitur ſubiecti ſtudium impendatur: „ ſed moderante animo, quæq; pro ſua dignitate imperia, modum „ ſciat vtrobiq; ſeruare, tam in obſeruando vniuerſaliter iuſta, quã „ in cauendo prohibita (& paulò poſt) nouit verus, humiliſq; obe„ diens, & minima non contemnere, & maxima curare, quæ maxima „ ſunt, intimo quodam deuoti ſinceriq; animi ſapore diſcernens, „ quibus de mandatis eo qui præeſt ſuis quodammodo factis reſpon„ deat cum Propheta, tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis.

36 Simplex etiam debet eſſe obedientia vt ait Bern. in ſermone de iure obedientiæ, nam qui ambulat ſimpliceter, ambulat confidenter, in ſimplicitate cordis quærere Dominum ſcriptura præmonſtrat, nec vlla eſt exquirenda ratio cur ſuperior hoc præceperit, vnde murmuratio, & indignatio oriri ſolent. Incedendum igitur eſt ſimpliciter in mandatis obedientiæ, & addendo voluntas ſimpli citati, & intentioni illuminatio.

37 Requiritur quoq; perſeuerantia; vt ait Bern. d. loco non qui in„ ceperit (inquit) ſed qui perſeuerauerit ſaluus erit, incipere mul„ torum eſt, perſeuerare paucorum, perſeuerantia ſingularis eſt filia „ ſummi Regis, virtutum fructus, earumq; conſummatio, totius bo„ ni repoſitorium, virtus ſine qua nemo videbit Deum, nec à Deo vi„ debitur, finis eſt ad iuſtitiã omni credenti, in qua uirtutum conuen„ tus venerandum ſibi thalamum conſeruauit.

38 Eademq; eſt perfecta obedientia ſi Bern. credimus in tracta: de Prece. & diſp. quæ legem neſcit, terminis non arctatur, neq; contenta anguſtijs profeſsionis largiori voluntate fertur in latitudinẽ cheritatis, & ad omne quod iniungitur ſpontanea vigore liberalis alacriſq; animi mandata non conſiderans, in infinitam libertatem „ extenditur. Hæc eſt illa de qua ſignanter Apoſt. Petrus, caſtrifican„ tes (inquit) corda voſtra in obedientiam charitatis: pulchrè ipſam pro

pro hoc ſequeſtrans ab illa inepta, & ſeruili obedientia, quodammodo nec charitati prompta, ſed obnoxia neceſsitati, idq; ex D. Benedicti conſtitutione colligit.

Quæ obedientia etiam ad impoſsibilia extenditur vt D. Benedi39 ctus in Reg. monet, vt ſi monacho impoſsibilia iniungantur confidens de adiutorio Dei obediat ex charitate, quod ſenſiſſe videtur concilium Caroli imperatoris in C. in memoriam 19. diſt. dum ſtatuit ea, quæ à ſancta ſede imponuntur licet vix ferenda, tamen pia deuotione toleranda eſſe.

Et hæc hactenus de perfecta obedientia, ſed de regul. eſt etiam videndum ad quam ex debito quis teneatur.

40 Pro cuius intelligentia eſt ſciendum omnem obedientiæ obligationem ex promiſsione, & profeſsione deſcendere, ita vt eatenus locum habeat, quatenus in profeſsione promiſſa eſt, vt explicat Bern. in tract. de prece, & diſp. ſed et (inquit) non parum Prelati aſcribi41 tur voluntati, † qui is qui profitetur ſpondet quidem obedientiã nõ „ tñ omnimodã, ſed determinatã ſecundũ reg. nec aliam quã Sancti „ Benedicti, vt oporteat eum, qui prçeſt frena ſuæ relaxari voluntati „ ſuper ſubditos, ſeu præfixam ex reg. ſibi ſcire menſuram, & ſic de„ mum ſua imperia moderari, circa id ſolum quod rectum eſſe co„ ſtiterit, nec quodlibet rectũ, ſed hoc tantum quod prædictus Pa„ ter inſtituit aut certè quod ſit ſecundum quod inſtituit. Sic ſe quip„ pè habet profeſsio; Promitto non quidem regulã, ſed obedientiam „ ſecũdũ regulã S. Benedicti, nõ ergo ſecũdũ volũtatẽ præpoſiti, proin „ de ſi ꝓfeſſo ſecũdũ illã reg. Abbas meus mihi aliud fortè imponere „ tẽtauerit, quod nõ ſit ſecũdũ Regulã aut ẽt qđ nõ ſit ſecũdũ iſta in„ ſtituta, verbi cauſa, Auguſtini, Baſilij, Pacomij, quæ nam mihi quę„ ſo in hac re neceſsitas imminet obſequendi? Solum quippè id à me „ exigi arbitror quod promiſi (& paulo poteſt) Profectò citra, & vl„ tra, necnon etiam contra quid aliud, quàm obedientiæ limites „ quoſdam cenſuerim, & his ſuis terminis virtutem eandem circum„ cludi (& infra) ergo Prælati iuſsio, vel prohibitio non prætereat „ terminos profeſsionis, nec vltra extendi poteſt, nec contrahi citra. „ Nil me Prælatus prohibeat horum, quæ promiſi, nec plus exigat „ quãm promiſi, vota mea nec augeat ſine mea volũtate, nec minuat „ ſine certa neceſsitate. Hęc, & alia ad rem breuitatis cauſa omiſſa „ dicit Bern.

Ex iſta generali propoſitione plures in hac materia colligimus concluſiones, quarum prima eſt.

Reli-

42 Religiosus tenetur obedire Prælato in his, quæ pertinent ad eius potestatem c. Iulianus 11. quæst. 3. Idq; explicant Innoc. in c. quanto de offic. ord. Archidia. Card. à turre crem. & Præpos. in c. si Dominus 11. quęst. 3. Idem Archidia. & Ægidius Bellam. in c. qui resistit ead. cau. & quęst. & in c. Item eodem loco, Card. in clem. ne in agro. §. quia vero n. 8. de sta. mona. Ab. in c. cæterum n. 8. de Iud. & ex Theologis. Alex. Hales in 4. par. suæ summæ in 3. præcepto D. Thom 2. 2. quæst. 104. art. 5. ad primum argumentum, Angel. & Silu. vterq; ver. obedientia n. 1. ex qua descendit.

43 Secunda conclusio quòd in his omnibus, quæ pertinent ad reg. tenetur subditus superiori obedire, cùm hoc pendeat ex propria promissione ita D. Thom. 2. 2. quæst. 104. art. 5. ad 3. & quodli. 10. in corp. Ioan, de Friburg. in summa confess. tit. 33. de sent. prece: quæst. 7. lib. 3. Card. à Turre crem. in cap. si Dominus 11. q. 3. n. 2. ad 3. & in c. qui resistit ead. caus. & quæst. Albericus in dicto ver. obedientia pr. Ang. verbo Religiosus n. 3. Syluius ver. religiosus n. 6. & summa Arm. ver. obedientia n. 3.

44 Tertia conclusio, subditus tenetur obedire suo Prælato in illis quę sunt æqualia regulæ vel ad eam pertinent, qualia sunt pertinentia ad obsequia veræ siue fraternæ societatis ex sent D. Thom. quodli. 10. art. 10. in corp. & post alios Io. de Frib. Ang. & Silu. loc. addu. nam sine istis mutuis obsequijs religionis status rectè sustineri non possit ut inquit Magister Duran. lib. 2. senten. distin. 44. quæst. 3.

45 Quarta conclusio est in pertinentibus ad dispositionem actuum & rerum humanarũ debetur obedientia à subdito Prælato D. Tho. 2. 2. quæst. 104. art. 5. Ioan. de Frib. q. 5. tit. 23. lib. 3. Alber. ver. obedientia pr. card. à Turre crem. & Præpos. c. si Dominus n. 2. 11. q. 3. Ang. & Silu. verbo obedientia n. pr.

46 Quinta cõclusio ẽ in omnibus in quibus dubitat tenetur obedire Ang. in c. quid culpatur 23. q. 1. idq; notat Host. in summa de maior. & obed. §. & ad quid obediens Io. de Frib. q. 5. & 8. tit. 33. lib. 3. Alber. in ver. obedientia pr. Ant. But. in c. ad aures n. 4. de temp. ord. Ang. uer. obedientia n. 6. & Silu. ver. relig. 6. n. 6.

47 Hoc autem obseruatur in his in quibus ignorantia non excusaret Glos. in cap. si quis suadente 17. quæst. 4. D. Thom. 2. 2. q. 16. art. 2. Ioan. de Friburg. q. 5. dicto tit. & lib. Alber. d. ver. obedientia pr. Anh. ver. obedientia n. 6. & Silu. co. ver. 2. & ver. ignorantia num. 6.

Secun-

48 Secundò quando nullum periculum immineret bono publico aut tertię persone Dom. Sot. in trac. de Ratio. teg. secretum memb. 3. quæst. 2. cap. 2.

49 Tertiò id non non obseruatur cũ Prælatus rem nimis molestam & difficilem præciperet Dom. Sot. d. loc. ex mente D. Thom. in 4. senten. quæst. 36.

Quartò quando haberet opinionem tutam quòd nõ tenetur obedire, scrupulus tamen remaneret in contrarium: tunc enim debet amplecti opinionẽ tutam omisso scrupulo, vt post Gerson. in tract. de pœnit. & in tract. de pręparatione ad missam explicat Dom. Sot. d. loco, uel sibi videretur tuta c. per tuas de sim. Ant. But. in c. ad aures n. 3. de tẽp. ordi. Imol. in c. Pastoralis. §. quia vero n. 34. de offic. deleg.

50 Sexta conclusio in omnibus his casibus in quibus tenetur obedire non obediens mortaliter peccat, cũ inobedientia contraria sit charitati Dei, & proximi, & vt peccatum ariolandi Apost. ad Rom. 12. 14. & ad Timoth. 2. can. 3. c. qui resistit 11. quæst. 3. D. Thom. 2. 2.

51 quęst. 105. art. pr. † Hoc autem intelligendum est pr. quando est pręceptum ex se obligans ad mortale, vel ex voluntate superioris sui, aut ex contemptu non obediret, deliberatè & principaliter D. Bern. tract. de disp. & prece. D. Thom. & Caiet. 2. 2. quæst. 104. ar. 2. Felin. in cap. nã concupiscentiam n. 10. de const. Nauarrus c. 23. n. 42. ex quo

52 sequitur † non esse peccatum mortale si quis aut præceptum ex negligentia aut consuetudine, aut Prælatum, aut consilium eius contẽneret, vt explicãt D. Bern. D. Thom. Caiet. & Nauarrus loco cita. Ioa. Friburg. quæst. 24. tit. 33. lib. 3. Angel. & Silu. ver. obedientia, ille art. 1. iste. n. 2. & Nauar. di. c. 23. n. 37.

53 Septima conclusio superioribus contraria est quòd non tenetur obedire in his quę sunt contra Deum: magis enim obediendum est Deo quã hominibus, Actuum S. Paul. ad Heb. 12. in c. si quis Episcopus c. non semper c. si Dominus ç. Iulianus c. qui omnipotentem c. qui resistit c. Imperatores c. quid ergo c. qui consentit c. si is qui prę-

54 est 11. quæst. 3. semper enim hæc regula obseruanda est † ut maior potestas in obedientia præferatur D. Bern. Epis. 7. ad Addã monac. & tract. de prece. & disp. c. qui resistit 11. quæst. 3. c. quę cõtra mores 8. distin. D. Thom. 2. 2. quęst. 104. art. 5. Ioa. Fribur. quæst. 5. & 15 d. tit. 33. lib. 3. Card. à Turre crem. & Prępos. in c. si Dominus 11. quęst. 3.

55 Octaua idẽ in his, quæ sunt cõtra constitutiones Ecclesiæ c. si quis Episcopus 11. quæst. 3.

56 Nona concluſio, eſt idem procedere in his, quæ ſunt contra regulam, D. Thom. quodli. 10. art. 10. D. Ber. Epiſc. 7. & de prece. & diſp. quod tamen locum habet in his, in quibus Prælato non committitur diſpenſatio D. Thom. quodli. 10. Ioan. Frib. quęſt. 8. d. loco, Anto. But. in c. dilectus num. 5. de temp. ordi. Ang. ver. religioſus n. 28. & ſum. Arm. ver. obedientia n. 4. in his vero in quibus poteſt diſpenſare tenetur obedire, niſi ſibi conſtaret euidenter Prælatum id non facere ex cauſa rationabili: vt explicant Ang. d. ver. religioſus n. 3. & Caiet. 2. 2. quæſt. 104. art. 5. ad tertium.

57 Decima concluſio eſt, non tenetur obedire in malis generaliter c. literas de reſt. ſpoli. Ant. But. declarat in c. ad aures de temp. ordi. Dec. in c. ad hęc n. 38. de poſtula. pręla. & Mar. Socci. in c. ex parte de accuſat. n. 4. Idem in his, quæ habent ſpeciem mali Gloſ. in c. non ſemper 11. quæſt. 3. ſumm. Armil. in ver. obedientia n. 4. Idem quoq; in his quæ ſunt contra bonos mores, Ægidius Bellam. in c. non eſt 11. quæſt. 3. Pariter etiam quando perturbaretur Eccleſiæ ſtatus Ab. in c. ſiquando, & c. cum adeo de reſcriptis, Ang. ver. obedientia n. 2. & Silu. n. 5. Procedit etiam cùm ſcandalum oriretur, tunc enim tranſit in purum malum præceptum Prælati quod aliàs poterat eſſe bonum, & malum: ideoq; Prælati iuſsio licitum facere non poteſt D. Bern. in Epiſc. 7. ad Adam monachum, Abb. in c. ſi quando de reſcript. Ang. & Silu. dicto loco, & deniq; ſi timeretur infamia, vel mors Oldra. conſ. 39. quod quando verum ſit uel ceſſet explicat Caie. tomo 3. tract. 9. quæſt. vnica.

58 Vndecima concluſio eſt quòd non tenetur quando Prælatus eſſet ſciſmaticus, vel hæreticus arg. c. tanta de exceſsi: Præla. c. quia diligentia de electio. uel ſibi vſurpaſſet poteſtatem, vt poſt Riccar. in 2. diſtin. vlt. concludit Silu. ver. obedientia n. 1. Aut. conſtaret ſuperiorem per errorem iuſsiſſe cap. ſi quando & cap. Paſtoralis de reſcrip. Nauarrus declarat cap. 23. n. 38.

59 Duodecima concluſio eſt, Non tenetur obedire in his, quæ ſunt pręter regulam ſiue ſint altiora, ſiue inferiora quàm regula D. Thom. quodli. 10. art. 10. & 2. 2. queſt. 104. art. 5. Ioa. Fribur. quęſt. 8. dicto tit. 33. Alberi. d. ver. obediẽtia pr. Card. à Turre crem. in cap. ſi Dominus 11. quæſt. 3. Ang. ver. religioſus n. 30. Silu. ver. religio 6. n. 6. ſumm. Armil. ver. obedientia n. 4. Nauar. cap. 23. n. 39. Hoc tamen non procedit quando in pœna peccati commiſsi imponeretur aliquid præter regulam c. Dilectus el 2. cap. quoniam de ſimo. Ang. Silu. Armil. & Nauarrus locis citatis.

Et in

60 Et in tantum eſt verũ quòd religioſus tenetur obedire ſuo ſuperiori vt diximus, † quod nec votũ poſsit emittere abſq; eius licentia, immo illud emittendo mortaliter peccat, & votum ſit nullum; & hęc fuit opin. Riccar. de S. Victore in 4. ſent. diſt. 38. quæſt. 1. art. 4. pro quo adducit ipſe c. monacho 20. quæſt. 4. in quo dicitur non licere monacho vouere & frangendum eſſe votum ab eo factum, tñ contrarium voluere Silu. ver. votũ 3. n. 3. Caiet. 2. 2. quæſt. 88. art. 4. dub. 1. & Dom. Sot. lib. 7. de Iuſt. & Iur. quæſt. 3. art. 1. aſſerentes validum eſſe votum, & reſpondent ad c. monacho illud procedere in voto emiſſo contra prohibitionem Prælati. Verum ego teneo in hoc votum eſſe validum, ſed eius exequutionem impediri ſine licentia ſuperioris: maximè ſi votum eſt de itinere faciendo, vel alia actione, quę regulam impediat monaſticam vt ſuperius in filio fam. diximus in ver. Ingreſsi.

Hinc infertur ad eam quæſtionem an poſsit religioſus ad grauiorem obſeruantiam inuitus compelli, ita vt eam omnino obſeruare teneatur, quę vt facilius intelligatur plures caſus ſunt diſtinguendi.

61 Primus caſus eſt cùm quis ingreditur religionem relaxatam, qua deinde reformata, & ad primum ſtatum regularem reducta tenetur ſubditus ad duriorem illam obſeruãtiam, cùm ſpiritu Dei ductus præſumatur ad religionem cap. licet de reg. can. duæ ſunt 19. quæſt. 2. nec ſe obligauerit iuxta præſentem ſtatum, ſed iuxta veram regulam, quod frequentiſsimè tradiderunt ſcribentes & pr. omnium canoniſtarum princeps Sum. Pontif. Innoc. in cap. ſuper eo de regula, quem receperunt eo in loco Hoſt. n. 1. & 2. Io. And. Io. Anan. nu. 4. Hoſtien. in ſumma de voto. §. vtrum Specula tit. de ſtat. monac. quæſt. 61. Ioan. Monachus Archid. Io. And. Gemin. & Phili. Fran. in cap. 1. §. qui vero de regul. lib. 6. Io. Friburg. in ſumm. confeſſ. lib. 1. tit. 8. de voto quæſt. 17. Alber. in d. ver. Religio 2. §. vlt. Felin. n. 3. & Dec. num. 29. in cap. ad noſtram de appellat, & Silueſt. ver. religio 3. n. 12.

62 Hæc autẽ reformatio poteſt fieri à maiori parte conuentus, nec poterit quis opponere ſe læſum cùm nihil immutetur, ſed vera inſtituta ſeruari præcipiantur; ita tradunt Inno. Hoſt. Io. And. & alij in d. c. ſuper eo de regul. Ant. But. in c. cùm monaſterium de electio. Felin. & Dec. in d. cap. ad noſtram de appellat, & Silu. ver. Religio 6. n. 6.

63 Quæ concluſio non procedit pr. cùm religioſus impotens eſſet

ad reformationem tolerandam qui ex dispensatione ad laxiorem transire potest cap. 1. de stat. regular. lib. 6. Innoc. Host. n. 2. Io. And. num. 4. Anton. But. n. 9. Io. Anan. num. 4. & Abb. n. 5. in cap. super eo de regul. Gem. in cap. 1. §. qui vero de regula lib. 6. Felin. n. 3. & Dec. num. 20 in cap. ad nostram de regul.

64 Non habet secundò locum cùm immemorabili tempore aliqua accidentia nõ essent seruata, eo .n. casu non sunt cogendi religiosi ad duriores primas obseruantias, nec peccant non seruantes Abb. in cap. super eo num. 6. de regul. & in cap. Deus, qui de vit. & honest. cler. Felin. & Dec. locis adductis, & Siluester verb. religio 3. num. 12. Card. in cap. cum ad monasterium de statu monac. D. Anton. in 3. part. titu. 16. cap. 1. §. 11. & 12. Felin. in cap. nam concupiscientiam num. 12. de const. & Nauarr. cap. 12. num. 50. aduersus Ioann. Maior. in 4. senten. distinctione
65 39. † quod verum est vt Nauarr. explicat in accidentalibus obseruationibus sublatis Apostolicis priuilegijs veris, vel tempore immemoriali præscriptis, vel ex licentia tacita, vel expressa proprij Prelati facultatẽ habẽtis vel ex cõsuetudine licet nõ immemoriali antiqua, tñ quæ ad mitigandas huiusmodi obseruationes sufficeret.

66 Tertiò cessat in personis in quibus cadit iuris ignorantia Innoc. Host. Ioa. And. Anton. Ioan. Anan. & Abb. in cap. super eo de regul. Host in sum. de voto. §. vtrum num. 17. Ioan. Fribur. in sum. confess. lib. pr. tit. 8. quæst. 13. Silu. verbo religio 3. num. 12. in fine. Idq; in tacita professione admittunt D. Thom. in 4. sent. dist. 38. & etiam Alber. in dictio. ver. religio 4. §. vlt. quod tamen non admittitur cùm fuerit eis explicata regula, quã aut promiserunt seruaturos, aut nihil dixerunt ex sent. Host. in sum. de uoto. §. vtrum n. 17. Ioan. Andr. n. 4. Henr. Boich. & Abb. n. 5. in cap. super eo de regul. Alber. ver. religio 2. §. vlt. speculat. tit. de stat monac. q. 61. Ioan Friburg. Felin. & Silu. locis proximè adductis.

67 Quartò non admittitur cùm quis protestatus est nolle obligari ad obseruantiam maiorem, & quæ tunc seruabatur Host. Henr. Boich. Anto. But. Abb. Speculat. Alberi. Ioan. Friburg, Felin. & Silu. locis citatis.

68 Fallit quintò cùm quis adhuc non est professus, vel obligatus solùm religioni in genere, qui potest ab ea religione recedere Host. & alij in d. c. super eo cap. 2. & 3. de regul. lib. 6.

69 Non vendicat sibi locum cùm quis ingressus est religionem in qua non seruatur regula, nec se obligauit ad illius obseruationem,

nem, qui nec tacitè professus censetur, vt docent Host. & Ioa. And. in c. 3. de regul. Host. Ioa. And. Ant. But. & Imol. in c. 2. de testam. Archid. & Gemin. in cap. 1. de regul. lib. 6. Io. Fribur. in sum. confess. quæst. 12. tit. 8. lib. 1. Henri. Boich. in c. ad nostram n. 6. & Ioa. Ana. in c. statuimus de regul.

70 Secundus casus est cùm religiosus inuitus compellitur ad noua statuta, & strictiora interueniẽte consensu maioris partis capituli; & eo casu cogitur quis inuitus maiori parte consentiente, quæ minori parti in hoc præiudicat ex sent. Innoc. Anton. n. 9. & Abb. n. 6. in cap. super eo de regul. Archi. in c. gesta 74. distin. & Fel. in c. ad nostrã n. 3. Mouentur hi, quia cùm religiosus renuntiet propriæ voluntati nõ põst in aliquo superiori cõtradicere: sed contrariũ tenẽt Glos. & Card. à Turre crem. in c. gesta 74. distin. Glos. in c. integritas 32. quæst. 1. in c. relatum ne cleri. vel mona. Host. n. 2. Ioan. And. n. 4. intelligentes Inno. in d. c. super eo in pr. casu superius adducto, hoc est quando religio est relaxata & reducitur ad primam obseruantiam Abb. in c. cum dilectus n. 5. Angel. Clau. in summ. ver. religiosus n. 30. Silu. ver. religio. 6. n. 6. qui omnes concludunt non sufficere consensum maioris partis, sed omniũ interuenire debere. quod verius omninò est cùm id tangat singulos vt singulos, non autem vt vniuersos ex dispositione legis per fundũ. ff. de serui. rustic. prædio. ad quod facit quod scripsit Greg. S. P. in c. gesta 74. dist. quod nemo cogitur crescere inuitus, & in specie authoritas D. Bern. in tracta. de precep. & dispens. *Vota* (inquit) *mea non augeas sine mea volũtate, minuas sine certa necessitate*. Idq; tandem confirmatur ex Com. conclusione 5. concluſ. 12. non teneri obedire superiori in his, quę sunt præter regulam, siue altiora, siue inferiora quàm sit regula.

71 Ex quo infertur idem concludendum esse in sum. Pontif. cùm nõ possit absq; causa strictiorem regulam inducere. quod respondit ex facto Oldra. cons. 96. dicens dandum esse alterum annum probationis huiusmodi religiosis ad experiendum istam nouam regulam, cui ab initio se non obligarunt: quo elapso si velint remanebunt, aut in aliam æqualem transire poterunt. Eandem sententiam receperunt Feli. sub dubio, & Dec. expressè in d. c. ad nostram Ang. ver. obedientia n. secundo & Silu. n. 5. & summ. Armil. n. 6. Idem Silu. ver. religio 6. n. 6. quamuis contrarium scripserint Glos. in reg. quod omnes de reg. Iur. in 6. Archi. in cap. gesta 74. distin. Abb. in cap. super eo num. 6. & Ioan. And. in d. cap. Ioannes de regul. quam dicit comunem Feli. in cap. ad nostram, quos non

adiuuat

adiuuat cap. 1.de regul. lib.6.cùm id ex cauſa rationabili ſtatutum fuerit ad euitanda ſcandala vt in d.c. redditur ratio,quamuis etiam dici poſsit clauſuram non facere vitam ſtrictiorem, ſed modum habitandi ex ſent. gl. & Gem. in d.c.1. de ſtat. regul. lib. 6.

72 Verùm huiuſmodi occaſione non prætermittam † maximum bo
num, immo & omnia bona à religioſis obſeruantibus naſci. Qua
73 de re iuſtiſsimè plures † Summi Pontif. ſtatuerunt, vt in qualibet prouincia liceat illis, qui ſpiritu Dei ducti priſtinum ſtatum reſtituere uolunt vnum ex conuentibus accipere qui placuerit, ex quo
74 cætera monaſteria reformentur † & hunc reformandi modum multo cęteriſq; meliorem arbitror, ceſſant n. ex hoc iurgia, & lites cũ relaxatis permittatur iuxta quam inuenerũt regalam viuere, iſtis prout Spiritus Sanctus dat eis operari, & ingredi volentes veris, ac religionis proprijs inſtitutis imbuãtur.Sic iſti paulatim creſcẽt, illorum verò non obſeruantium numerus morte decreſcet, & eorum aliqui iſtorum exemplo commoti ad eorum perfectam cõuerſationem ſe conferent vt paſsim quotidiè videmus, & optimè in reformatione prouincię Aprutinæ ordinis Prædicatorum, quam Magiſter Paulinus Lucenſis vir optimus integram breuiſsimo tẽpore reformauit. Sed longè ab re eſſe arbitror reformationes permittere,& conuentualibus licentiam nouitios recipiendi concedere, cùm ſit valdè periculoſum, vt animaduertit Caie.2. 2. quæſt, 189. art. 5. hinc enim odia inter ipſos oriuntur, quæ cùm ex pluribus religioſis accepi ipſe teſtor.Qua de re uigilantiſsimum Paſtorem D. N. Clementem VIII. humiliter exoro, vt huic rei,Chriſtianæ religioni tam neceſſariæ, ſalutare prudentiæ ſuę immenſæ remedium vt cæpit præbere dignetur.

SVMMARIVM EX CAP. II.

1 *CASTITAS propriam carnem dedicat Deo.*
2 *Impudicitiæ mala.*
3 *Caſtitatis commoda,*
4 *Caſtitate nil decorius, & cius fructus.*
5 *Caſtitas figura eſt cœleſtis patriæ.*
6 *Caſtitatis tres gradus.*
7 *Caſtitas religioſis præcipitur, ſeculares ad illam hortantur.*
8 *Clerici orientales vxorem ducere pòſſunt.*
9 *Pontifices templi ab vxoribus abſtinebant eo tempore quo illis incumbebat*
ſacra

ſacra facere.
10 *Caſtitas ſacerdotium honorat.*
11 *Caſtitatem ſeruare ſacerdotes pluribus de cauſis debent.*
12 *Caſtitatis votum præcipuum æſtimarunt religionum fundatores.*

CAPVT II.

1 ALIVD eſt caſtitatis egregium, ac ſolemne votum † per quod (vt diximus) propria caro Deo conſecratur; cuius virtutis laudes,vtileſq; fructus tractare ſi uellem pluribus eſſet opus libris, eorum tamen ſummam afferam, Cipriani ſapientiſsimi viri authoritate contentus,qui in libello de ſingularitate clericorum elegãtiſsimè in hæc verba prorumpit. † *Reſpicite* (inquit) *quanta mala conuerſatio parilitatis huius acquirat, quæ non niſi corruptionem ſeminat, pullulat vitia, cupiditatem concipit, ignominiam parit, rabiem concitat, porrigit furiam, laſciuiam paſcit, petulantiam nutrit, caſus exaltat, ruinas ædificat, rapinas exigit, præcipitium inſtruit, periculis nauigat, naufragijs velificat, perdidione gaudet, interitum fouet, confuſionem mercatur, theſauriſat opprobrium, criminationes exaggerat, accuſationes inflammat, & caternatim ſemel in faſcem glomerans numeroſas indagines captionum,per infinita dedecorum ſimplicem mortem inuehit in principem perditorum. Tot itaq;, & tãtas ſtrages calamitatis, & ſtrages peſſimæ conuerſationis nemo proſternit,*
3 *nemo calcat, nemo funeſtat niſi ſingularis † caſtitas,ſola, quæ munimen inuictum eſt ſanctimoniæ,& expugnatio fortis infamiæ,fortitudinis firmitas, et laſciuiæ petulantis infirmitas, probitatis præſidium, & improbitatis excidium, animæ victoria, & corporis præda, vbertas gloriarum, & captiuitas criminum, pronubus ſanctitatis, & repudium turpitudinis, ſinceritatis indicium, & abolitio ſcandalorum, exercitium continentiæ, & euacuatio tota luxuriæ, pax ſecura virtutum, & debellatio inquieta bellorum,puritatis culmen & libidinis carcer,honeſtatis portus, & ignominiæ naufragalis locus, virginitatis mater, & hoſtis immunditiæ, lorica pudoris, & ſpolium probroſitatis, corruptionis exitium, murus rigoris, & deſtructio vulgaritatis, ſeueritatis gladius triumphator, & diſſolutionis occiſor, armatura uirium, & exarmatura fluxarum, integritatis dignitas, & fornicationis abdicatio, claritatis flagitium & dedecoris præcipitium, voluntas bonorum operum, & afflictio vitiorum,refrigerium pudicitiæ, pœna petulantiæ,acquiſitio*

ſitio triumphorum & facinorum detrimentum, requies ſalutis, & perditionis exilium, vitæ ſpiritus, & carnis interitus, ſtatus qualitatis angelicæ ſummus humanæ ſubſtantiæ. Huius retinaculis omnis obſcuritas frenatur, & compedibus eius calces furentis libidinis ſtatuuntur, in hac velut in ſcopulo franguntur impetus qualeſcunq; ſanguinis inundantis, & in illa ſedatur ſpumans tumoris inſania, corporalis quædam ſibi ſubtrahit adminicula concupiſcentiæ, mortua membra ſua cognoſcitur baiulare.

Non omittam tamen D. Bern. ſuauiſsimi dictum de caſtitate egregium qui in Epiſtola 42. ad Henricum Senonenſem Archiepiſcopum, ita de hac virtute loquitur. *Quid* (inquit) † *caſtitate decorius, quæ mundum de immundo conceptum ſemine, de hoſte domeſticũ, Angelum deniq; de homine facit. Differunt quidem inter ſe homo pudicus, & Angelus, ſed felicitate non uirtute; ſed etſi illius caſtitas felicior ſit, huius tamen fortior eſſe cognoſcitur. Sola eſt caſtitas, quæ in hoc mortalitatis, & loco, & tempore † ſtatum quendam immortalis gloriæ repræſentat, ſola inter nuptiarum ſolemnia morem beatę illius vendicat regionis, in qua neq; nubũt neq; nubuntur, præbens quodammodo terris, cęleſtis iam illius conuerſationis experientiam, uas interim fragile quod portamus, in quo & crebro periclitamur tenet caſtitas, ut monet Apoſtolus in ſanctificationẽ, & inſtar odoriferi Balſami, quo cõdita cadauera incorrupta ſeruãtur, ſenſus ipſa, et artus continet & cõſtringit ne diſſoluantur otijs, ne corrumpantur deſiderijs, ne carnis uoluptatibus computreſcant, quemadmodum legitur de quibuſdam, quia computruerunt ut iumenta in ſtercore ſuo.* Et hęc de caſtitatis excellentia dixiſſe ſufficiat.

6 Hæc inquam beata caſtitas tres habet gradus vt Nicolaus Lirẽſis teſtatur in Gloſa ſuper Matth. xiij. tomo 5. *Primus enim* (inquit) *gradus eſt caſtitas coniugalis, per quem gradum vetatur illicitus concubitus licito tamen concubitu retento in matrimoniali actu. Secundus gradus eſt caſtitas uidualis per quem euitatur de cætero omnis concubitus ut animus poſſit licitè matrimonium contrahere. Tertius eſt caſtitas uirginalis, quæ eſt ſuperior iſtis, per quem omnis concubitus ſimpliciter euitatur, ut mens ipſa tanquã ſponſo ſuo ſoli Deo per amorem copuletur, ſecundum quod dicitur, uirgo cogitat, quæ Domini ſunt, ut ſit ſancta corpore, & ſpiritu: quę autẽ nupta eſt cogitat quæ ſunt mundi quomodo placeat viro.*

7 Sed huiuſmodi caſtitas, quæ vltimum ac principale inter prænominatos gradus ſibi locum obtinet, ita miniſtris religioſis obſeruanda præcipitur: ſicut & nos omnes Chriſtiani ad illam diuino monitu hortamur, nobis autem dicitur, *Qui poteſt capere capiat*, illis autem Gregorio teſte, à Gratiano relato in canon. Nullum

lum in 2. 8. diſtin. dicitur. *Nullũ facere ſubdiaconum præſumant Epiſcopi, niſi qui caſtè ſe victurum promiſerit: quia nullus ad miniſterium altaris accedere debet, niſi cuius caſtitas ante ſuſceptum miniſterium fuerit approbata.* Idq; ex concilio Toletano, & alijs authoritatibus Gratianus cõprobat per totam diſtin. 28. & 31. & in canon. quamquã 23.
8 diſtin. † Eſt tamen cum orientalibus clericis diſpenſatum, vt cõiugali tantũ voto adſtricti maneãt vt in can. fin. 31. diſt. Oportebat enim, vt qui caſtiſsimo ac ſanctiſſ. ſacrificio aſsiſtere debebant, caſti
9 quoq;, & ſancti eſſent. *Si enim* (vt inquit Glos. ordin. Luc. 1.) † *Põtifices templi uicis ſuo tempore tantum officijs mancipati, non ſolum à complexu uxorum, ſed etiam à domorum ingreſſu abſtinebant: noſtris autem ſacerdotibus, quibus non carnalis ſucceſsio, ſed ſpiritualis perfectio quæritur, qui quotidie preſtò debent eſſe altari, perpetua caſtitas indicitur.* Idemq;
10 Bern. loco ſup. cita. poſt iam dicta relata inquit † *Hoc itaq; tantæ pulchritudinis ornamentum dignè dixerim ſacerdotium honorare, quòd dilectum Deo, & hominibus faciat ſacerdotem: cuius quippè memoria non in carnis ſucceſsione, ſed in ſpirituali benedictione ſit, reddatq; ſimilem in gloria ſanctorum, in hac licet adhuc regione diſsimilitudinis conſtitutum.*

11 Plures etiã cauſæ ſunt ob quas Dei miniſterio dicati caſtitatem ſeruare debent; quas refert ex ſumm. de virtutibus ver. de temperantia circa medium ſub rub. de caſtitate miniſtrorum eccleſiæ Hen. Boich. in cap. quod à te de cleri coniuga. Prima quia Deum placare debent: quòd non poſſunt niſi placeant, nec placent ſi carnaliter viuãt. Secũda quia cũ Deus ſit ſpiritus, eius miniſtri ſpirituaIiter nõ carnaliter viuere debẽt. Tertia quia ſodales ſunt Angelorũ ſeruiẽdo cui illi ſeruiũt, ergo debẽt habere puritatẽ angelicã. Quarta quia intẽdunt ſpirituali generationi quę eſt mũda: ceſſent ergo à carnali immũda. Quinta quia cõtractãt ſancta & ſic ſancti eſſe debent, ſaltẽ quò ad carnis munditiam. Sexta quia cũ alios mundant debẽt eſſe mundi. Septima quia nobiliſsimã ſponſam habent .ſ. ſapientiã. Octaua quia debẽt eſſe proprij Dei cui ſeruiũt nõ alterius,
12 vel diuiſi. Quas, & alias rationes cùm animaduertiſſent † religionũ fundatores, & Principes, hoc votum inter alia præcipuum habuerunt; quod tanti eſt, vt nec etiam ſumm. Pontificem in hoc voto diſpenſare poſſe nonnulli affirmauerint, vt ſuo loco dicemus

SVMMARIVM EX CAP. III.

1 PAVPERTAS multùm est commendanda.
2 Paupertas homines perfectos reddit test. Domini nostri.
3 Paupertatis professores Regnum Dei uiolenter rapiunt.
4 Paupertas maximum est bonum.
5 Paupertas est sapientiæ reparatrix.
6 Philosophi propter scientias adipiscendas paupertatem professi sunt.
7 Paupertas probat hominem.
8 Paupertatis uirtus placet Deo.
9 Paupertas ad cœlum eius obseruatores ducit.
10 Christus Dominus paupertatem maximam seruauit.
11 Christus qua de causa pauper nasci voluit.
12 Clerici eleemosinarij Dei ad illam debent animum habere.
13 Apostoli paupertatem diligentissimè seruarunt.
14 Paulus Heremitarum princeps paupertatem maximam seruauit.
15 S. Franciscus paupertatis sui norma.
16 Socrates paupertatem seruauit.
17 Argentum, & aurum magis comedijs agendis, quàm victui humano necessarium dicebat Socrates.
18 Paupertatis professores Dijs similes dicebat Socrates.
19 Antistenes Philosophus Socratis exemplo omnia vendidit.
20 Diogenes Philosophus paupertatem in primo coluit, & potentior fuit Rege Alexandro,
21 Philotenes poeta bona omnia vendidit tanquam sibi impedimento essent.
22 Mutius Valerius Consul pauper ita fuit, vt eius sepultura à populo curaretur.
23 Paupertas non omnis laudatur, sed quæ voluntaria est.
24 Pauperum distinctio facienda est, nam alij sunt quærendi, alijs petentibus largiendum est.
25 Paupertatis plures sunt gradus.
26 Primus paupertatis gradus est eorum, qui omnem illicitum vsum ad turpe commodum à se abdicant.
27 Secundus eorum, qui usui temporali renuntiantes diuino cultui se omnino dedicant.
28 Tertius eorum qui proprietati, uerùm in particulari non in comuni renuntiant.

Quar-

29 Quartus eorum, qui omne proprium à se abdicant, nil in cõmuni habentes.
30 Quintus & supremus paupertatis gradus Christi fuit.
31 Religionum paupertas summa est.
32 Proprium quis dicatur habere.
33 Monachus dicitur habere proprium, qui aliquid Prælato ignorante possidet.
34 Proprietarius non dicitur qui superiore consentiente aliqua possidet, dummodo sit ad vsum reuocabilem ad nutum Abbatis.
35 Abbas non potest dispensare vt monachus habeat proprium.
36 Monachus potest habere peculium.
37 Abbas potest concedere monacho administrationem certarum possessionum.
38 Abbas potest concedere monacho certam summam pro uestimentis.
39 Vestis potest dici propria monachi.
40 Valet statutum quod in monasterio detur pro uestibus aliqua pecuniæ summa.
41 Moniales possunt in suos vsus conuertere quod ex opere suo quærunt, & non est contra uotum.
42 Monachus qui est in studio de licentia Abbatis potest aliquid retinere.
43 Monachus potest habere annuam pensionem non ut perpetuam, sed ut dispensatam.
44 Monachus nullam potest administrationem tenere inuito Abbate.
45 Monachorum status, quibus aliqua portio panis, & uini, ac rerum particularium assignatur pro suis necessitatibus: siue sit annua, siue sit quotidiana non est damnabilis secundum Nauar.
46 Monachorum nullus est, qui aliquid proprium habere dici non possit.
47 Ratione ægritudinis, studij, uel muneris prædicandi, potest aliquid præcipuum habere Monachus.
48 Abbates & Prælati monasteriorum multa suis usibus deputata habent, & tamen uoto non contraueniunt.
49 Fratres minores possunt etiam aliquid ad usum habere.
50 Monachus possidens aliquid absq; necessitate cum dispensatione, licet non sit proprietarius peccat, & Abbas etiam concedens.
51 Dispensationis causa debet esse necessitas, aut utilitas, aut publica aut priuata.
52 Dispensationis causa debet esse grauis propter scandala.
53 Abbatis dispensatio, necessitate cessante, nil prodest ad excusandum à peccato.
54 Monachus non potest retinere immobilia etiam dispensante Prælato.
55 Nec etiam usumfructum alicuius rei.
56 Religiosus qui nec lectioni, nec studio uacat, nullam causam dispensationis

habere potest.

57 *Dispensationes obseruantiam regularem dissipant.*
58 *Dispensationes circa proprium omnium malorum sunt causa.*
59 *Monachus aliquid possidens cum dispensatione Abbatis, vt careat uitio proprietatis sex debent concurrere.*
60 *Monachum esse proprietarium maximum uitium est.*
61 *Monachus proprietarius grauissimè delinquit, & pluribus delictorum titulis nuncupatur.*
62 *Achan grauissimè fuit punitus.*
63 *Ananias, & Zaphira uxor à Diuo Petro morte puniuntur.*
64 *Proprietariorum pœna à Diuo Gregorio iniuncta.*
65 *Monachus dicens rem aliquam suam mortaliter peccat, quandò ut suam reputauit desiderans esse suam.*
66 *Non tamen peccat mortaliter, sed uenialiter si inaduertèntur dixerit.*
67 *Si uero dixerit suam, intelligendo quoad usum, meritorium uerbum profert.*
68 *Proprietarius qualiter punitur in uita.*
69 *Abbas non peccat permittendo monachum tenere proprium, sed cõtrarium uerius arbitramur.*
70 *Religiones in cõmuni bona possidere possunt, neq; hoc de perfectione minuit.*
71 *Bona dicuntur esse in communi Religiosis non ut singulis, sed ut uniuersis.*
72 *Monachus non potest de bonis ecclesiæ aliquid impendere, nec ad pias causas.*
73 *Monachus de peculio quod habet nil potest impendere, nisi ad id quod recta administratio exposcit.*
74 *Legatum factum monacho de usufructu alicuius rei, sub pœna quòd à legato caderet si Abbas eum molestaret, monasterio debetur reiecta conditione.*

CAPVT III.

1 TERTIVM votũ est paupertatis, † quę quidẽ
2 paupertas virtus est multùm commendanda ac amplectenda, † hæc enĩ perfectos homines reddit, vt docet dominus noster Iesus Christus Luc. 19. *Si uis* (inquit) *perfectus esse uade & uende omnia quæ habes, & da pauperibus.* Beatos facit vt idem Dominus Matt. 5. *Beati* (inquit) *pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* Et de hac paupertate intelligit D. Bern. in lib. sent. cap. 4. *Quatuor* (inquit) *sunt genera hominum Regnum cœlorum possidentium: alij uiolenter rapiũt,*
3 *alij mercantur, alij furantur, & alij ad illud compelluntur.* †*Rapiunt qui de relique-*

reliquerunt omnia, & sequuntur Christum: de quibus dicitur Beati pauperes quoniam ipsorum est regnum cœlorum.

4 Hanc maximum bonum esse docet Chrisost. super epist. Pauli ad Heb. morali: 19. tom. 4. *Nullus* (inquit) *causetur inopiam, ut decem millium malorum causam, ne contradicat Christo, qui perfectionem hanc esse uirtutis ait; si uis perfectus esse uade, & uende omnia que habes. Hoc. n. & per sermones ipse dixit, & per opera ostendit, & per discipulos edocuit. Prosequamur ergo inopiam, maximum enim bonum est uigilantibus.*

Et ad eam amplectandã nos hortatur Bern. super illud Euãg. nos reliquimus oĩa. *Et ubi audiuimus* (inquit) *quia dictũ sit antiquis: nisi quis renuntiauerit omnibus quæ possidet, nõ põst meus esse discipulus. Et itẽ si uis esse perfectus uade et uẽde omnia quæ habes et da pauperibus, et habebis thesaurũ in cœlo, et ueni sequere me. Neq; id dicimus tãquã saluari quis uel hoc tempore nequeat si secus egerit, sed ut gradum agnoscat proprium, & locũ perfectionis, aut discipulatus officiũ nõ usurpet, habent euãgelia et perfectionis consilium, ut remedium infirmitatis. Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra, hæc perfectio est, si quidem filius hominis ubi caput reclinaret non habebat, Petro, & Ioanni, nec aurum, nec argentum erat: Paulus uictu simplici, uestituq; contentus, hæc ipsa labore manuum acquirebat. Sed non omnes capiunt verbum hoc, sicut nec consilium castitatis.*

5 Est & hæc paupertas sapientiæ reparatrix vt ex secundo Philos. testatur Nicol. Liren. in Glos. super eccles. cap. 36, et ipse super eodẽ
6 lib. cap. 4. dicit † quòd propter istud sapientiæ bonũ acquirendum multi Philosophi diuitias contempserunt, vt infra dicemus. Per hanc igitur paupertatem probantur homines, vt in hæc verba testatur Hieron. in Esai. cap. 57. tom. 4. *Non solùm autem* (inquit) *di-*
7 *uitiæ, † sed paupertas probat hominem, unde supra scriptum est: probaui te in camino paupertatis, in quo, & Lazarus probatus est pauper, qui egestatẽ simul debilitatemq; sustinuit.*

8 Hæc inquam virtus placet Domino, vt beata Brigida reuelat. lib. 6. cap. 99. ex ore Domini testatur, quæ viderat Athiopem quẽdam monachali amictu indutum inter monachas habitare, & à Domino petierat, vt ei reuelaret quid illud significaret; Dominus vero ei respondit. *Scriptũ est* (inquit Dominus) *in euangelio meo, quòd cauẽdum est ab illis, qui ambulant sub uestimento ouium, intus autem sunt lupi rapaces. Sic nũc dico tibi quòd æthiops ille, qui apparebat inter moniales cum habitu monialium, ipse est Dæmon cupiditatis qui suadet eis aggregare possessiones, & castra, & plures diuitias: ut ex illis lautius uiuant, & distribuant largas eleemosinas: ut sub tali religiosa specie recedentes à paupertate*

tale mihi grata dissoluantur paulatim, donec dissoluentes regulam, & priorem obseruantiam perdant animas. Ideo sciant quod nisi vigilanter caueant ab isto lupo cupiditatis scilicet se contentando de his quæ habent, & nihil plus uolendo accrescere in possessionibus, & terrenis diuitijs: inficientur ab eo etiam sanæ oues istius gregis damnabiliter, & postea à lupis dilaniabuntur immisericorditer, magis enim mihi placet quòd in paupertate quieta, et facta quã profitebantur uiuant, & contententur: quàm quòd terrena cura regimi nis temporalium implicantes se de distributione eleemosinarum bonorum aliorum inaniter glorientur. Idem D. Brigida ostendit reuela. lib. 2. cap. ex ore Domini post longum sermonem de quodam fr. minore bono & quodam malo. *Et ideo* (inquit Dominus) *certissimè sciant dicti fr. quòd tam ipsi quàm cæteri religiosi, quibus regula prohibet habere proprium, & tamen habent aliquod proprium contra regulam suam, uolentes per hoc me placare quòd inde aliquam partem mihi conferunt, eorum mu nera abhominabilia sunt mihi & exosa, nec aliqua remuneratione bona sũt digni. Magis enim mihi gratum, & placitum est quòd paupertatem beatam quam professi sunt secundum regulas suas diligenter obseruent, quàm quòd totum aurum, & argentum ac etiam omnia metalla, quæ in mundo sunt mihi præsentarent.*

9 Et talis est hæc virtus, vt ad cœlum eius obseruatores ducat vt test. Bern. in serm. 4. de aduen. Dom. *Magna* (inquit,) *penna est paupertatis, qua tam cito uolatur in regnum cœlorum. Nam in alijs uirtutibus, quæ sequuntur, promissio futuro tempore indicatur: paupertati non tam promittitur quã datur. Vnde et presenti tempore enunciatum est quoniam ipsorum est regnum cœlorum, cùm in cæteris dicatur hereditabunt, consolabuntur, & similia.*

Sed hanc paupertatem obseruare perdifficile esse nonnulli fortasse eius bonum non gustantes affirmabunt. Audiant ergo quæso diuinum illum sacrarum scripturarum interpetrem D. Hieronymum scribentem ad Eustachium virginem epi. 22. tom. pr. incipit *audi filia* (inquit enim) *cogitatio uictus spinæ sunt fidei, radix auaritiæ, iura gentilium. At dic, puella sum delicata, & quæ meis manibus laborare non possum, si ad senectam uenero, si ægrotari cepero quis mei miserebitur? Audi ad Apostolos loquentem Iesum, ne cogitetis in corde uestro quid manducetis, aut corpori uestro quid induamini, respicite uolatilia cæli quoniam neq; serunt, neq; nent, neq; metunt, neq; congregant in horrea, & pater cœlestis pascit illa. Si uestis defuerit proponantur lilia, si esurieris beatos audies pauperes, si afflixerit dolor, legito, propter hoc complacebo mihi in infirmitatibus meis. Illa tibi semper in ore uox resonet, nudus exiui de utero matris*

matris meæ, nudus & redeam, nihil intulimus in hunc mundum, neq; auferre quid possumus.

Nec prætermittam multorum virorum illustrium exempla quibus ad paupertatem sequendam moueri debemus.

10 Et primum illud Saluatoris nostri Iesu Christi, qui natus vixit, & mortuus est pauper, vnde Ber. in serm. 3. de resurecti. Domini. *Prima* (inquit) *est lepra domus, qua diuites esse uolumus in hoc, sed ab ista mundamur si immergimur in Iordane idest in Christi descensu. Inuenimus enim quoniam ille cùm esset diues propter nos pauper factus est, descendit ab inenarrabilibus cœli diuitijs, & ueniens in mundum nec istas qualescumq; diuitias habere uoluit, sed in tanta paupertate uenit, ut natus continuò poneretur in præsepio quia ei nõ erat locus in diuersorio. Deniq; quis nesciat, quia filius hominis non habebat locum, ubi caput suum reclinaret; Qui bene mergitur hic, quando quæret diuitias huius mundi? & verè magna abusio, & magna nimis, ut diues esse velit vermiculus vilis propter quem Deus Maiestatis, & Deus Sabaoth uoluit pauper fieri.*

Item Bern. in serm. pr. omnium sanctorum. *Sic uos* (inquit) *insensati filij Adam diuitias quæritis, diuitias desideratis usq; adhuc cùm ea beatitudo pauperum diuinitus commendata, prædicata mundo, credita sit ab hominibus? Quærat eas paganus qui sine Deo uiuit, quærat Iudæus, qui terrenas promissiones accepit. Sed qua fronte magis aut qua mente magis christianus diuitias quærit, postquam Christus beatos esse pauperes prædicauit? Quousq; filij alieni quousq; loquetur os uestrum, cùm beatum dicatis populum cui hæc sunt, hæc uisibilia, hæc præsentia, cùm filius Dei os suum aperiens loquutus sit ueritatem, beatos esse pauperes, & uæ diuitibus?*

11 Idem D. Bern. in serm. 1. in vig. natiuitatis Domini. *Sanè* (inquit) *quò ad nos spectat, discimus etiam ex hoc quemadmodum suscipi uelit, qui in Bethleem uoluit nasci. Erat enim qui fortè ei sublimia quærenda arbitraretur esse palatia, ubi cum gloria Rex glorię susciperetur. Sed non propter hoc à regalibus illis sedibus uenit, in siniſtra eius diuitiæ & gloria, in dextera longiturnitas vitæ. Horum omnium in cœlis æterna affluentia suppetebat; sed paupertas non inueniebatur in eis. Porro in terris abundabat & superabundabat hæc species, & nesciebat homo pretium eius. Hanc itaq; Dei filius concupiscens descendit, ut eam eligat sibi, & nobis quoq; sua extimatione faciat preciosam. Adorna thalamum tuum Syon, sed humilitate, sed paupertate.*

Diuus etiam August. in Epist. ad Heb. 12. *Omnia* (inquit) *bona terrena contempsit homo Christus, ut contemnenda monstraret, & omnia mala terrena sustinuit, quæ sustinenda præcipiebat, ut nec in illis quære-*

re tur

retur felicitas, nec in istis timeretur infelicitas.

Sancta quoq; Brigida ex beatissima Virgine Dei genitrice in lib. 4. reuela. cap. 76. *Quid autem sunt* † *clerici* (inquit) *nisi pauperes eleemosinarij Dei? ut uiuentes de oblatione Dei tantò essent humiliores, & ad Deum feruentiores, quantò à curis mundi plus esse debent segregati. Ideo & à tribulatione, & paupertate primùm surrexit Ecclesia, ut Deus hæreditas esset eorum: & non in mundo, nec in carne, sed in Deo gloriarentur. Sed numquid filia non potuisset Deus elegisse Reges, & Duces in Apostolos, & tunc per eos hæreditate terrena ditata fuisset Ecclesia?*
4 *Potuisset quidem, sed diues Deus uenit in mundum pauper exemplo, ut terrena ostenderet transitoria esse: & ut homo Domini sui addisceret, nec erubesceret paupertatem, sed ad ueras diuitias, & cœlestes festinaret.*

Hanc omnes Apostoli tanti magistri eruditi doctrina diligenter obseruarunt; & de Petro, Paulo, & Ioanne testatur D. Bern.
5 suprà adducto loco, super illud Euangelij, ecce nos reliquimus omnia. Ex quo colligitur omnes alios eam inuiolabiliter obseruasse.

Nec me præterit multùm cõmendanda paupertas D. Pauli Heremitarum Principis, qui simplici palmarum folijs veste contexta, aqua, palmarumq; fructibus contentus erat. Hanc etiam Christi signifer glorioſus † Franciscus ab Assisio ita diligentissimè coluit, ut dignè paupertatis norma uocari meruerit; eamq; ita ad posteros suos transmisit, vt non solùm diuitias eos habere noluerit, sed nummorum tactum prohibuerit.

Sed omnium sanctorum omissis exemplis, qui Christum sequuti
6 vnica eius cruce contenti cætera omnia contempserunt: huius uirtutis nobilitatem innumeri solo naturali lumine illustrati nimium cõmendarunt, & amplexi sunt. Inter quos primum obtinet locum sapientissimus † ille Socrates, qui propria paupertate contentus, per forum obambulans cùm aspiceret merciũ copiam, quæ illic vendebantur dicere solebat, *Quàm multis rebus ego non ego?* *Ast alij cruciantur animo, ita cogitantes quàm multa mihi desunt.* Ideoq; dicere solebat huiusmodi diuitias † & argentea, & aurea vasa, magis necessaria agendis tragœdijs quàm victui humano. In quã sententiam vsurpabat Iambicos quosdam.

7 *Argentea isthæc uasa, ac purpura,*
Tragœdiarum accommoda hystrionibus
Sunt, ad beatam conferunt uitam nihil.

Idem dicere solebat eum esse Dijs simillimum, qui quàm paucissimis egeret, cùm Dij omnino nullius egeant rei.

Huius

19 Huius exemplo motus † Antistenes, cuius meminit D. Hieronymus lib. 2. contra Iouinianum cap. 7. cùm docuisset glorioſè rethoricam, audissetq; Socratem: dixisse fertur ad discipulos: abite, & magistrum quærite, ego enim reperi. statimq; uenditis quæ habebat, & publicè distributis, nihil sibi plus quàm palliolum reseruauit.

20 Huius † Diogenes ille famosissimus sectator fuit, potentior rege Alexandro, & naturæ humanæ victor. Nam cùm Antistenes neminem discipulorum reciperet & perseuerantem Diogenem remouere non posset, uouissimè claua minarus est nisi abiret: cui ille subijciens caput dixit: nullus tam durus baculus est, qui me à tuo possit obsequio separare. Hic pallio duplici vsus est propter frigus, peram pro cellario habuit, clauam ob corpusculi fragilitatem, & in præsentem horam poscens à quolibet, & accipiens cibum, habitabat in portarum vestibulis, & in porticibus ciuitatum. † Philosenes etiam poeta cùm in Sicilia fundum, &
21 domum opulentam nactus esset, & animaduertisset illius gentis luxum, ac delitias: *Per Deos* (inquit) *hæc bona non me perdent sed ego illa potius*, moxq; cessit alijs hæreditatem, & Sicilia abnauigauit.

22 Mutius quoq; Valerius, qui in suo defunctus est consulatu, eo vsq; fuit pauper, vt nummis à populo collatis eius sepultura à populo curaretur. *Quomodo autem* (inquit) Aug. lib. 5. de ciuit. Dei cap. 18. *se audebit extollere de voluntaria paupertate Christianus, vt in huius vitæ peregrinatione expeditior ambulet viam, quę perducit ad patriã vbi veræ diuitiæ Deus ipse est: cùm audiat, vel legat Lutium Valerium, qui in suo defunctus est consulatu vsq; adeò pauperem fuisse, ut nummis à populo collatis eius sepultura curaretur.* Quo arg. vtitur Hieron. lib. 3. contra Iouinia. cap. 7. *Vnus* (inquit) *Philosophorum Diogenes exemplum posuit, vt formosuli uestri, & trossuli quorum uerba in pugnis sunt, & sillogismi in calcibus: qui paupertatem Apostolorum, & eius duritiam aut nesciunt, aut contemnunt, mirentur saltem gentilium parcitatem.*

Hinc est quòd non omnis paupertas est laudanda; paupertas enim necessaria non laudatur, sed voluntaria. Hanc veram esse dicebat Hieron. psal. 41. tom. 3. idem concludens quod senserat in epistolam ad Edibiam. *Beatus* (inquit) *qui intelligit super egenum, & pauperem; intelligentia opus est, vt post intelligentiæ beatitudinem, sciatur quis sit egenus, & pauper. Non utiq; ille, qui mẽdicitate. &*

paupertate atq; ſqualore coopertus eſt, & tamen non recedit à vitijs: ſed de quibus Apoſt. loquitur, tantùm vt pauperum memores eſſemus: ob quorum refrigeria laborabant Paulus, & Barnabas in eccleſijs gentium, vt collecta fieret per primam ſabbathi, & hanc ipſam oblationem, non per alios, ſed per ſe differre feſtinant, his qui ſuas pro Chriſto amiſere ſubſtantias: qui perſequutiones paſsi ſunt: qui dixerunt Patri ſuo, & matri ſuæ, vxoribus, & liberis, non nouimus vos; hi impleuerunt voluntatem patris mei. Et hoc dicimus non quòd in pauperes, Iudæos, ſiue gentiles, & omnino cuiuslibet generis ſint pauperes prohibeamus faciendam eleemoſinam: ſed quòd Chriſtianos & credentes pauperes incredulis præferamus, & inter ipſos Chriſtianos ſit multa diuerſitas: vtrum peccator, an ſanctus ſit.

Idem D. Bern. approbat in ſerm. pr. omnium ſanctorum. *Sed diligenter* (inquit) *attende quòd non ſimpliciter pauperes nominat, propter plebeios pauperes, neceſſitate miſerabili, non laudabili voluntate. Spero equidem profuturam eis apud diuinæ bonitatis miſericordiam, hanc ipſam afflictionis ſuæ miſeriam. Scio tamen Dominum hoc in loco non de huiuſmodi fuiſſe loquutum, ſed de his, qui poſſunt dicere cum Propheta: voluntariè ſacrificabo tibi. Attamen nec voluntaria quidem paupertas omnis, laudem habet apud Deum: nam & Philoſophi omnia ſua reliquiſſe leguntur: vt expediti mundialibus curis ſtudio vanitatis poſſent vacare liberius; & nolebãt cenſu abũdare terreno, vt abundarent magis in ſenſu ſuo. Hoc diſcernit quòd dictũ eſt ſpiritu ideſt ſpirituali uoluntate, Beati uerò pauperes ſpiritu, ideſt ſpirituali ſolũ intẽtione, deſiderio ſpirituali, propter ſolum beneplacitum Dei, & animarum ſalutem, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Propter quod B. Ambroſius in euang. Luc. cap. 6 inquit ſuper illud, Beati pauperes. Non omnes beati pauperes, paupertas enim media eſt. Poſſunt & boni, & mali ſcilicet eſſe pauperes: niſi forte ille intelligendus pauper beatus, quẽ Propheta deſcribit dicens; quia melior pauper iuſtus, quã diues mendax.*

Vnde pauperum quoq; facienda eſt differentia: alios enim quærere debemus, alijs vero petentibus libenter elargiri (vt inquit Aug. pſal. 46. tom. 8. qui exoriri facit in montibus fœnum. *Eſtote* (inquit) *exactores ueſtri, ne aliquid illi qui uobis in euangelio ſeruiunt non dicam petere (nam forte nec coacti petant) ſed ne ſilentio uos arguant. Vnde ſcriptum eſt, Beatus qui intelligit ſuper egenum, & pauperem: non expectat ut petat. Intellige ſuper illum alius te quærit indigens, alium tu debes quærere indigentem: vtriq; dictum eſt fratres mei, & omni petenti te tribue: modo detectum eſt. Etalio loco ſcriptura dicit: ſudet eleemoſina tua donec inuenias iuſtum, cui des. Alius eſt, qui quærit te, alium tu quærere debes, ne eum qui te quærit relinquas inanem. Omni petenti da: ſed alius eſt quem debes tu quærere. ſudet eleemoſina donec inuenias iuſtum cui des.*

25 Verùm hæc paupertatis virtus non omnibus æqualis eſt: habet enim ſuos ueluti gradus, in quos ſublimius alij, aſcendunt, ut explicat elegantiſsimè 1 hom. Vualdenſis in Doctrinali fidei lib. 4. art. 3. cap. 42.

26 Quorum primus gradus eſt eorum, qui abdicant à ſe omnem illicitum vſum rei temporalis ad turpe commodum, & propriam voluptatem, & omnẽ affectum rei temporalis illicitę. In quo gradu omnes Chriſtiani conſtituti ſunt ex profeſsione baptiſmali, iuxta præceptum Domini, non concupiſces Exod. 20. & pſal. 61. *Diuitiæ ſi affluant nolite cor apponere*. Hos comendat Paul. 2. Corin. lib. 9. Immo. ſecũdũ Nic. Liren. in gloſ. ord. Matth. cap. 5. litera D, hoc modo vti diuitijs facit uirtus politica, qua homo diuitijs moderatè utitur.

27 Secundus paupertatis gradus eſt eorum, qui omnem vſum temporalem rei à ſe abdicant, & omnia diuino cultui, & operibus pietatis exponunt, eccleſiarum reparationibus, pauperũ alimonię, & alijs pijs vſibus. quales ſunt omnes clerici vt explicat Proſper Aquitanicus lib. 2. cap. 13. & 14. de vita contemplatiua.

28 Tertius eſt gradus paupertatis eorum, qui renuntiant proprietati rerum in particulari, non in communi: cuiuſmodi ſunt omnes monachi.

29 Eſt etiam quartus eorum gradus, qui omne proprium perſonale à ſe abdicant cum intentione perſeuerandi, etſi nihil habeant in cõmuni: qui ſponte eligunt mendicare pro Chriſto, quæ ſunt Religiones mendicantes.

30 Quintus deniq; paupertatis gradus ſummus fuit Chriſti, quæ fuit ſumma & menſura omnium paupertatum.

31 Paupertas itaq; religioſorum propria eſt & ſumma, excepta tamen Chriſti paupertate, ad quam ex voto obligantur, & ab omni proprietate, & dominio ſunt excluſi, vt præcepit Aug. in cap. non dicatis & cap. nolo 12. quæſt. 1. itaq; nec in minima re poſsunt dominium habere vt inquit Card. Zabarel. in clem. ne in agro §. fin. nu. 2. de ſtat. monac.

32 Sed in primis ſciendum erit † quis proprium habere dici poſsit.

33 Ideoq; eũ vere dicimus proprium habere, † qui aliquid poſsidet prę lato ignorante, non paratus notum illi facere, nec ad eius libitum dimittere: ſed pro ſua voluntate diſponere Ioa. And. à contrario ſenſu n. 23. & Ab. expreſſè n. 8. in cap. cum ad monaſterium de ſta.

mona. ſentiunt Card. à turre crem. & Præpoſ. in cap. non dicatis 12. quæſt. 1. & Felinus in cap. cum M. Ferrarienſis nu. 26. de conſtitu. & Silu. ver. religio 6. §. 7. & Greg. Lop. in lib. 14. tit. 7. par. pr. ver. proprio.

34 Ex quibus colligimus † non dici proprietarium eum, qui ſuperiori conſentiente aliquid poſsidet: quod verum eſt cùm conceditur ad vſum indeterminatum, & incertum ad voluntatem Abbatis reuocabilem, vt colligitur ex Reg. D. Benedicti, quę prohibet monachũ aliquid habere, præter id quod ſibi fuerit ab Abbate conceſſum, aut permiſſum: & idem colligitur ex cap. non dicatis. Quod ſi ad vſum certum, & determinatum, qui non poteſt à ſuperiore reuocari, aliquid concèditur: non caret huiuſmodi religioſus vitio proprietatis, vt docet magiſter Vmbertus in explicat. reg. D. Aug. quẽ receperũt Card. à turre crem. & Præpoſ. nu. 7. & 14. in d. cap. nõ dicatis 12. quæſt. 1. Henric. Boich. in cap. cum ad monaſt. n. 11. de ſta. mona. Anchar. in clem. ne in agro n. 41. de ſtat. monaſt. & Alberi. in dictionario ver. Abb. an poſsit concedere licentiam, & M. Vinc. Pandellus illuſtriſſ. Prædicatorum ord. Generalis in Gloſ. conſtitu. d. ordinis diſtin. 1. cap. 14. de Nouitijs.

35 Ex quo infertur primò nõ poſſe Abbatem diſpenſare cum monacho vt habeat proprium, vt voluit Henri. Boich. in cap. cum ad monaſterium nu. 12. de ſtat. mona. vbi ſcriben. omnes, & in d. cap. nõ dicatis.

36 Secundò infertur licitum eſſe monacho peculium habere, vt docent Abb. in cap. quod quibuſdam nu. 10. defideiuſſo. Prępoſ. in d. cap. non dicatis, & Bal. in C. dominos nu. 49. cap. quod cum eo: qui omnes intelligunt quoad vſum tantum. Ideoq; Abb. in d. c. quod quibuſdam, dicit peculium eſſe illud, quod Abbate ſciente monachus poſsidet.

37 Tertiò infertur quòd Abbas poteſt concedere monacho adminiſtrationem certarũ poſſeſsionum, pro quibus poteſt agere, & conueniri, ut in cap. inſinuante qui cle. vel mouen. & cap. dilectus de præben. & voluit Bal. in cap. edoceri n. 29. de reſcriptis.

38 Quartò infertur quòd Abbas poteſt monacho aliquid cõcedere, & taxare certam ſummam pro veſtimentis, & non per hoc dicetur habere proprium ut uoluit Ant. But. in d. cap. cum ad monaſt. n. 20. de ſtat. mona. ex quo uoluit Mar. Socci. in cap. ſuſce-
39 pimus n. 4. de homicid. † ueſtes poſſe dici proprias monachi, ad differentiam aliarum rerum monaſterij quibus non ſic utitur. atq; hinc

hinc dixit Ioa. And. in reg. non eſt obligatorium de reg. Iur. in 6. quem ſequutus eſt Greg. Lop. in lib. 14. tit. 7. part. prima uer. pro-
40 prio † ualere ſtatutum quòd in monaſterio dentur decem aurei nummi cuilibet monacho pro veſtimentis.

41 Quintò infertur non eſſe cõtra votum paupertatis, quòd moniales in vſus ſuos cõuertãt quod ex opera ſua quærũt, ut voluit Greg. Lop. in lib 14. tit. 7. part. pr. uer. proprio.

42 Sexto religioſum, qui eſt in ſtudio de licentia Abbatis, poſſe rem aliquam detinere abſq; vitio proprietatis, vt voluerunt Prępoſ. in d. cap. non dicatis n. 8. & Greg. Lop. in d. lib. 14.

43 Septimò non eſſe abſurdum, ut habeat annuam penſionem: non ut eam teneat ut propriam: & ſic poſsit ad libitum diſponere, & in teſtamento relinquere: ſed ut diſpenſator in adminiſtratione habet, quam ſibi poterit Abb. ad libitum auferre, ſicut ſeruus habet peculium l. quam luberonis .ff. de peculio lib. 4. ff. de manu, & ita dicit ſingulariter notandum Abb. in d. cap. niſi eſſent nu. 12. de præben. & firmat Card. Zabar. in clem. ne in agro .§. fin. de ſtat. mona.

44 Octauò infertur ſucceſsiuè nullam adminiſtrationem poſſe eum tenere inuito Abbate, ut inquit Panorm. in cap. monachi n. 9. de ſtatu. mona.

45 Nonò ex omnibus iam dictis infertur non eſſe uituperabilem, atq; damnabilem ſtatum illarum religionum, ſiue monachorum, fratrum, aut canonicorum regularium, in quibus certa portio panis, & vini, ac pro aliarum rerum neceſsitate aſsignatur certa quantitas pecuniæ per portiones, vel quotidianas, vel menſtruas, aut annuas. Itaq; ſi deeſt ipſi quęrant, quodq; ſupereſt, ſuis uſibus, pijs tamen & religioſis applicentur. nam vt ſupra diximus nullus religioſus dicitur habere proprium, qui Abbate conſentiente, & ad eius nutum reuocabile, iuſta tamen de cauſa aliquid poſsidet.

46 Item quòd nemo eſt monachorum etiam Cappuccinorum, qui ſuis vſibus aliquid propriũ non habeat, ueſtes ſcilicet, cingulũ, calculos precatorios, calceos etiam coriaceos, ligneos, uel canabeos, exceptis paucis. Et hoc nulla alia ratione, niſi quia poſsident de licentia Prælati tacita, uel expreſſa. Eadem igitur ratione debet
47 cõcedi quòd liceat eis aliquid amplius tenere † ratione ęgritudinis uel ſtudij, uel muneris prælegendi, uel concionandi, uel alia, quæ
48 prudẽti uiro uideãtur iuſta. Quibus accedat quod palam eſt † Abbates & Priores religionũ multa ſuis uſibus peculiaribus deputata habere

habere cap. Abbates 18. quæſt. 2. & tamen contra votum non peccant; illa enim non habent propria quoad dominium, ſed quoad adminiſtrationem. Quibus, & alijs motus rationibus Eg. Doctor Nauar. in d. tract. de reg. comen. 3. num. 23. & pluri. ſequen. quæ diximus approbat, Immo n. 29. & ſequenti: per multas rationes probat quàm iuſtus, conuenienſq; ſit regularium ſtatus, qui per portiones aſsignatas viuunt: necnon confirmat exemplis quòd multum prodeſt pro exoneratione conſcientiæ horum fratrum cõuentualium, cùm à uiro ita religioſo & probato, qui magno cum ſanctitatis odore deceſsit eorum deſcendat defenſio, qui omni modo eo in loco perlegendus erit.

49 Quæ omnia vt attigimus, locum etiam habent in fratribus ord. minorum, vt ait ſum. Ponti. in clem. exiui .§. ex præmiſsis de ver. ſignif. & tradunt Henri. Boich. in d. cap. cum ad monaſt. n. 9. Feli. in d. cap. cum M. Ferrarienſis nu. 76. & conſ. 12. nu. quarto de reg.

50 Licet autem religioſus poſsidens aliquid ad voluntatẽ Abbatis careat vitio proprietatis: non tñ excuſatur à peccato tã ipſe, quàm Prælatus concedens diſpenſationem abſq; rationabili cauſa, vt cõcludunt nouiſsimè ſupra citati Doctores.

51 Cauſa autem diſpenſationis duplex eſt, neceſsitas, & vtilitas, &
52 vtraq; aut publica aut priuata. † quæ quidem debet eſſe grauis, cũ ſæpe indicantur ſcandala ex huiuſmodi diſpenſationibus, vt affirmant vno ore Hoſt. Ioa. And. & Abb. d. cap. cum ad monaſterium Card. à turre crem. & Præpoſ. nu. 16. in d. cap. non dicatis. Atq; hinc eſt quod licitè poteſt Abbas monacho concedere aliquid ad vſum neceſſarium: cùm nihil religioſus celet Abbat de qualitate & quantitate, nec ſine ipſius licentia aliquid recipiat, vel expẽdat vt ſup. diximus, & concludunt Ioa. Andreas in cap. cum ad Monaſt nu. 22. & Abb. nu. 8. de ſtat. mona. Idem Ioan. And. in Reg. non eſt obligatorium de reg Iur. in 6. Bal. in lib. pr. nu. 43. in 7. quæſt. C. de his, quæ pene nomi. Card. Zabarella conſ. 17. n. 9. & Felin. in cap. cum M. Ferrarienſis n. 26. de conſtitu.

53 Neceſsitate autem ceſſante nihil prodeſt Prælati diſpenſatio ad excuſandum religioſum à peccato. Ideoq; non poteſt vltra neceſſaria Prælatus aliquid cum religioſo diſpenſare: vt præter ſuperius adductos concludunt Calderi. conſ. 7. de regulari. Henri, Boich. in cap. cum ad Monaſt. & Silu. ver. Religio 6. .§. 7.

54 Nec poteſt etiam Prælato diſpenſante immobilia tenere, quæ ei perue-

nerunt ex ſucceſsione, aut alia acquiſitione vt reſp. Calder. conſ. 4. de conſuetu. ſequitur Feli. in d. cap. cum M. Ferrarienſis.

55 Nec etiam vſumfructum alicuius rei vt probat Silu. loco adducto, quacunq; conſuetudine nonobſtante, quæ in his non excuſat ex ſent. Cald. & Feli. locis citatis.

Idq; expreſsius prohibitum eſt à ſac. Conc. Trid. ſeſſ. 25 tit. de regul. & moniali cap. 2. his verbis. Nemini igitur regularium tã virorum, quàm mulierum liceat bona immobilia, vel mobilia cuiuſcunq; qualitatis fuerint, etiam quouis modo acquiſita: tanquam propria, aut etiam nomine conuentus poſsidere, vel tenere: ſed ſtatim ea ſuperiori tradantur, conuentuiq; incorporentur: nec deinceps liceat ſuperioribus bona ſtabilia alicui regulari concedere, etiam ad vſumfructum, vel vſus adminiſtrationem, aut commendam. Adminiſtratio, aũt bonorum monaſteriorum, ſeu conuentuum ad ſolos officiales eorum, ad nutum ſuperiorum amouibiles pertineat. Mobilium verò vſum ita ſuperiores permittant, vt eorum ſupellex ſtatui paupertatis quam profeſsi ſunt conueniat, nihilq; ſuperflui in ea ſit, nihil etiam quòd ſit neceſſariũ eis denegetur. Ex hoc patet quàm periculosè decipiantur religioſi, credentes ſibi ſufficere ad habenda multa, quæ ſibi non ſunt neceſſaria, diſpenſationem, ſeu licentiam ſuorum Prælatorum. Cùm enim dicatur diſpenſatio prouida iuris relaxatio vtilitate, ſiue neceſsitate penſata cap. exigunt 1. quæſt. 7. & latè diximus in Ru. l. fin. in cap. de diſpẽſatione. ff. de conſt. Prin. manifeſtè patet quòd in diſpenſatione ratio mouens debet eſſe neceſsitas, vel vtilitas; quęcunque harum cauſarum defecerit, deficit diſpenſatio. Quam ergo neceſsi-
56 tatem poteſt allegare † religioſus, qui nec lectioni, nec ſtudio eſt idoneus, nec officium Doctoris habet, & ſic neceſſe libros poſside-
57 re. † Item quę vtilitas in hoc caſu recedere à profeſsione, & diſsipare obſeruantiam regularem, faciendo id quod eſt contrarium religioni, dando quoad Abbatem, & recipiendo quoad monachum tales licentias fatuas: contra ſtatum profeſsionis, rigorem iuris cõmunis, & regulę ſpiritualis. Hęc diligenter attendant, rogo Dominos meos religionum Prælatos: nec tantùm de ſua poteſtate cõ-
58 fidant: cùm huiuſmodi † diſpenſationes plurima inter religioſos mala poſsint generare. nam inuidia locum ſortitur, auaritia ſerpit, inanis gloria iuuenis alitur, regula relaxatur, diſcordia nutritur, perfectio tollitur, & omnia demum collabuntur. Ideoq; neceſſaria ſubditis nunquam deficere patiantur, ne diſpenſandi de-

tur

tur occasio, ut optimè considerabat Illustriss. Card. Alexan. in d. cap. non dicatis 12.quęst. 1.n. 5.

Quapropter Nauarr. in dist. com. 3. n. 27. uers. concludo postquam affirmauit carere uitio proprietatis eos religiosos, qui pro uictu, & uestitu, cęterisq; rebus necessarijs aliquam habent à mo-
59 nasterio pecuniam: † dicit eos debere sex obseruare, quæ ipse enumerat.

Primum quod ea quæ sibi dantur, nullatenus sibi dentur, nec accipiantur ab eis pro suis quoad dominium, quia nō sunt illius capaces: sed quoad solum usum suum facti decentem, uel alium pium vt tradit latè in comm. c. cui portio num. 31.

Secundum quòd non vtantur eis dispendendo illa in usus malos, vanos, vel prophanos: quia per talem usum etiam Abbas peccaret peccatum proprietarij vt dixit in d. c. cui portio.

Tertium quod si per leges diuisionis, uel cartas quas uocant rationes, uel constitutiones & distinctiones portionum, quas uocāt priuilegiatas, uel alias iustas ordinationes, uel statuta Ecclesiæ, fuerit cautum, ne quis eorum faciat eleemosinam, uel aliud pium opus, uel non nisi usq; ad certam quantitatem de superfluo, sine licentia particulari Prælati, ad unguem seruent illam.

Quartum quòd Prælati saltem tacitè ei modo uiuendi cōsentiant uel consentire debeant.

Quintum ut iusta de causa fiat, præuia licentia expressa, uel tacita per dicta in d. comm. cap. non dicatis n. 22.

Sextum quòd non contradicant reformationi legitimæ authoritate legitima faciendæ.

60 Secundò principaliter colligimus maximum uitium esse proprietarios esse religiosos, cùm detrahat fundamentum religionis, eiusdem matrem iugulet ac suffocet, & uiam perfectionis tollat, & pacem religiosorum auferat: quæ omnia bona in vna paupertate posita sunt, ut tradit Card. à Turre crem. in cap. non dica-
61 tis 12. quæst. 1. ad 3. † ac grauissimè delinquit proprietarius; dicitur enim fur, sacrilegus, proditor in Deum, & proximum, uoti transgressor, Apostata, Idolatra, Hyppocrita, mendax Spiritui Sancto, excōmunicatus de iure naturali, ac peccans in Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum ut ipse Card. superius adducto loco probat: ideoq; aduersus eos grauissimę pœnæ constitutæ sunt.

62 Et primò quidem legitur grauissimū supplicium Iosue 7. quod † Hacan passus est, qui lapidatus est, eiusq; bona igne consumpta sunt

sunt, ex quo de Anathemate Ierico furatus est pallium coccineum & 200. siclos argenti, regulamq, auream. Graue quoq; suppliciū
63 exercuit D. Petrus Apostolus contra † Ananiam, & Saphiram uxorem eius, qui post uotum paupertatis, modicum ex pretio rerum uenditarum retinentes, ad uerbum Petri morte subita perempti sūt, & factus est timor magnus in vniuersa ecclesia ut habetur actu vltimo, ac refert Clemens epist. 4. quem affert Gratia: in cap. dilectissimis 12. quæst. 1. Deniq; grauissimum supplicium sumpsit D. Greg. ut scriptum est in eius lib. Dialogorum 4. & relatum est in
64 cap. cùm ad monasterium de stat. mona. qui præcepit † ut si proprietas apud quemq; inuenta fuerit in morte, ipsa cum eo in signū perditionis extra monast. in sterquilinio subterretur.

65 Itē & tertiò colligitur monachū dicentē rem aliquam esse suam, peccare mortaliter. Pro quo Nauarr. in sæpius alleg. tract. de reg. commen. 2. in cap. non dicatis 12. quæst. 1. n. 1. distinguit tres casus post Præpos. & Card. à turre crem. in dicto cap. non dicatis num. 1.

Primus est in eo qui dicit rem suam esse, volens & desiderans esse suam complacendo sibi, & reputans esse suam; itaq; illius uerè dominium habeat, & tunc non solùm peccat, quia mētitur: verū etiam quia contrauenit voto iux. d. cap. non dicatis, & cap. cùm ad monasterium de stat. reg.

66 Secundus casus quādo dicit inaduertēter absq; illa cōsideratione, & voluntate: & tunc quia mentitur, venialiter peccat iuxta doctri. S. Thom. 2. 2. quæst. 110. art. 3.

67 Tertius casus est cùm per illud verbum meā intelligit rem suam quoad usus administrationem, & detentionem. quo casu dicit non modo non peccare, verum & meritorium verbum dicere, dummodo, vt diximus, omnis dominij intentio sit aliena.

Punitur etiam in vita quia ex sac. conc. Trid. decreto sess. 25. cap. 3. de regul. pœna statuitur, vt qui aliquid proprium habere fuerit deprehensus, is actiua, & passiua voce priuatus sit, atq; etiam iuxta regulæ suæ, & ord. institutiones puniatur. qua propter etiam fur dicitur vt inquit Præpos. in d. cap. non dicatis 12. quæst.
69 1. n. 4.

Tamen si Abbas monachum permittat habere proprium non peccat secūdū Imol. in l. Iutius titius n. 3. ff. ad Trebell. quod quā lōgè à veritate sit inspicitur, & ex superioribus conuincitur.

In cōmuni tamen religiones possunt bona possidere cap. ue-

ens ubi Anto. not. n. 5. de transactioni. Nec minuit de perfectione aliquid in communi retinere, ut uoluit Prępos. post alios in cap. accedentes n. 2. 11. quæst. pr.

71 Dicuntur tamen bona esse in communi, non ut singulis, ut quilibet de conuentu sit Dominus aliquarum quotarum quantitatum: qualis est fundus cõmunis pluribus hæredibus æqualiter institutis, uel emptoribus, ex æquo pretium inferentibus; de quali: communi agit l. per fundũ. ff. de serui. rusti. prædio. l. fabinus. ff. com. diuid. sed habent ut uniuersi, ita ut Capitulum simul habeat, & tale quale in bonis ecclesiasticis Dei haberi potest ut inquit Nauarr. in d. com. 2. de reg. nu. 8.

72 Atq; hinc infertur non posse monachum de bonis monasterij aliquid impendere, neque in pias causas, etiam si exerceat officium organistæ, uel sacristæ, nisi aliquod salarium esset ei pro ista causa assignatum, ut diligentius agat, ut d. loco Nauarrus ait d. n. 8. qui
73 n. 9. nec uoluit ipsum † impendere aliquid posse de peculio, nisi ad id quod recta administratio exposcit, & quod in monacho, qui conduxit res monasterij, & in religioso beneficiario: & alias multas quæstiones ponit, & ad eum me remitto.

74 Ex dictis in hac quæstione quæri potest, an legatum factum monacho de usufructu alicuius rei, & quòd si Abbas eum molestaret ca deret à legato, teneat legatũ & sit cõditio implenda; & hoc dici potest ex doctrina iurecons. in l. pr. de his quæ pen. nom. ubi uoluit reijci conditionem pœnæ, & deberi legatum, & ibi Bal. n. 44. nam pœna est adiecta contra Iust. l. Cerdonem. ff. de op. libert. quòd patet, quia monachalis regula infringeretur si monachus proprium haberet. Huiusmodi autem usumfructum habere, non esset cum dispensatione, nec eo modo quo dispensatur monacho aliquid habere proprium, ita ut posset restitui prælatus: admitteretur enim si ad prælati requisitionem desineret possidere. Dicit tamen ibi Bal. quod si testator uoluerit non molestari monachum dicat, lego usumfructum donec, & quousq; Abbas faciat ei quęstionem, & ex tunc non relinquo. Sed idem in eodem mihi uidetur, qua propter concludo reijciendam fore conditionem, & usumfructum monasterio applicandum.

VER-

VERBI SVA

SVMMARIVM Ex Cap. I.

1 MONACHVS æquiparatur seruo, & filio, prout monasterio est vtilius.
2 Monachus in materia alimentorum magis æquiparatur filio, quàm seruo.
3 Monachus vendi non potest.
4 Monachus sub potestate Abbatis liber est.
5 Monachus testis esse potest.
6 Monachalis obedientia magis æquiparatur filiali, quàm seruili.
7 Monachus in acquirendo magis æquiparatur seruo, quàm filio.
8 Delata hæreditate monacho, ipso nolente adire, Abbas potest adire remissiuè.
9 Monachus habetur loco filij, vxoris, & mariti.
10 Monachus habetur pro mortuo.
11 Monachus quoad successionem non est mortuus, sed quoad matrimonium.
12 Monachus quoad familiæ conseruationem habetur pro mortuo.
13 Appellatione monachorum venit Abbas, & quando.
14 Appellatione Ecclesiæ parrochialis, non venit collegiata.
15 Appellatione monachorum veniunt moniales in materia fauorabili.
16 Item veniunt conuersi.

CAPVT I.

CVM superioribus conclusionibus actum sit de persona ingressi, reliquum est vt de eius bonis aliqua differamus, quæ namq; res in monasterium transferantur: cùm hic generaliter dicatur sua omnia transire. Qua de re ad materiam descendendo hoc vtar ordine: primò enim iuxta quẽ sequuti sumus ordinem in verbo ingressi, videbimus de personis ingredientium, quæ scilicet ipsorum bona dedicare possint.

Secundò de qualitate bonorum, an & quando transeant; & deniq; tertio de actione quæ competit monasterio; & aduersus illud datur pro bonis monachi. Verùm quia sæpenumero in his quæstionibus alleganda veniunt quędam broccardica: ne longa, & continua allegatione molestus videar, operæpretium duxi in huius partis principio, de illis prędudiorum loco pertractare.

1 Ideoq; primò sciendum est, monachum quandoq; ęquiparari seruo, quandoq; vero filio, pro vt monasterio est vtilius, quod adnotarunt scribentes omnes tam hic, quàm in c. in præsentia de probatio. in l. Deo nobis infra de epis. & cleri. in authen. nisi rogati infra ad Trebellia; & in l. pr. ff. de vulg. & pupilla. † nam si tracta
2 tur de præstatione alimentorum, magis æquiparatur filio, quàm seruo; sicut enim pater filium alere tenetur l. si quis. §. si vel parens .ff. de lib. agnoscen. ita monasterium tenetur alere monachum c. ex parte de accusatio. dominus autem necessariò non tenetur seruum alere, quia potest eum habere pro derelicto, immo & seruus
3 vendi potest vt. §. 1. & 2. instit. de his qui sunt sui, vel alie. iur. † monachus vero minimè vendi potest, cùm sit liber homo, licet voto subditus, facit l. & liberi .ff. de contra. emptio: Bart. in l. 1. ff. de
4 vulg. & pupilla, nu. 21. sicut enim in potestate patris filius liber est, †
5 ita & monachus sub potestate Abbatis. Atq; hinc est quòd † admittitur ad testimonium vt liber, quod secus in seruo, qui non potest esse in iudicio l. seruus C. de iud. & l. serui .ff. de testi. qua de re
6 optimè Bart. in l. 1. de vulg. & pupill. † voluit monachalem subiectionem æquiparari magis filiali, quàm seruili; quod supra demon
7 strauimus in verbo se, cùm de obedientia egimus. † In acquirendo verò magis videtur æquiparandus seruo, quàm filio. Quicquid enim acquirit seruus, acquirit domino, sicut & monachus monasterio: non autem sicut filius, qui sibi potest acquirere l. fin. quis ord. in bon. poss. seru. & ita dixit in specie Inno. in cap. cum olim el 2. de priuileg. & voluit Bart. in l. 1. ff. de stipula. seruo, n. 3. & in l. cum hæredes. §. item quæro .ff. de acquir. poss. Bart. Bal. & Fulg. in l. fin. in princ. C. de bon. quæ lib. & alij innumeri quos breuitatis causa omitto.

8 Ex quo infertur ad quæstionem † an delata hereditate monacho, eo nolente adire, Abbas monasterij nomine possit, & substitutum excludat, sicut pater potest nolente filio, vt in l. fin. in principio iuncto. §. similiq; modo infra de bon. quæ lib. in quo duæ sunt opi. communes vt referunt Bartolom. Soci nu. 20. Rip. nu. 150. & seq.

seq. in d. l. 1. de vulg. & pupill. altera enim est legistarum asserentium non posse monachum adire Abbate nolente: altera vero canonistarum contrarium affirmantium, de quo latius egimus in verbo ipso ingressu in fine. Illud tamen vt diximus verum est, quòd æquiparatio fit, prout magis vtile erit monasterio, vt scriptum reliquerunt Bal. in l. 1. cap. qui admi. nu. 40. Rom. in l. quicquid .ff. de acquir. possessio. nu. 2. & in l. 15. qui hæres .§. neq; filius nu. 11. & in l. 15. potest & in l. 51. seruus eius qui .ff. de acquir. hære. & Bero. in d. cap. in presentia nu. 554. de probatio.

9 Item & secũdò scire debemus monachũ haberi loco filij, vxoris & mariti, vt not. Sali. in authen. nisi rogati nu. 1. infra ad trebellianum.

10 Tertiò præmitto ingressum monasterium haberi pro mortuo vt in c. placuit el. 2. 16. quæst. 1. quod uoluerunt Anani. in cap. sicut el. 2. nu. 4. & 5. de homici. Dec. in cap. decernimus nu. 84. de Iudi. & in cap. in præsentia nu. 224. ubi Bero. nu. 58. & quomodo hoc sit nu. 538. Mari. Socci. in cap. Maritis nu. 16. de adult. Suarez alleg. 20. nu. 15.

11 Verùm hi omnes scribentes asserunt † quoad successionem non esse mortuum, sed quoad mundum, & quoad matrimonium, ut per Bart. in authen. de nuptijs .§. distrahuntur nu. 1. Napod. in
12 consuet. si quis uel si qua nu. 25. Afft. in constitu. comitibus n. 15. † Item quoad familiæ conseruationem ut per Moli. 1. par. lib. 1. c. 13. nu. 92.

13 Quartò quòd appellatione monachorum uenit Abbas secũdum Host. Ioan. And. & alios in cap. fin. de sim. quod Anan. ibi nu. 5. distinguit, an sumus in materia odiosa, & non continuatur, an uero in materia fauorabili & comprehendatur per tex. in cap. statutum
14 & cap. licet de electio. in 6. † ubi appellatione Ecclesiæ parrocchialis nõ uenit Ecclesia collegiata in materia odiosa, quia habet qualitatem collegij supra parrocchiam.

15 Item in materia fauorabili veniunt moniales appellatione monachorum Mar. Socci. in c. peruenit num 73. de sent. excom.

16 Item veniunt conuersi Maria. Socci. in cap. non dubium de sent. excom. n. 3. & in c. ex tenore n. 8. eod. tit. distinguit vt suprà in materia odiosa, vel fauorabili & sic de singulis.

SVM-

SVMMARIVM EX CAP. II.

1 NOVITIVS *decedens infra annum, bona in monaſterium non transfert, licet alij contra num.* 12.
2 *Donatio à monacho facta monaſterio ante profeſſionem, illo recedente reuocatur & n.* 11.
3 *Nouitius non dicitur monachus ante profeſſionem.*
4 *Nouitius ſtatu libero comparatur.*
5 *Nouitius æquiparatur filio, qui non venit ad lucem.*
6 *Hæreditas iuſſu Abbatis à nouitio adita, monaſterio non acquiritur ipſo recedente.*
7 *Nouitius retinet omnes dignitates.*
8 *Beneficium eccleſiaſticum non vacat ante profeſsionem.*
9 *Nouitius poteſt teſtamentum condere.*
10 *Donatio inter uirum, & vxorem morte confirmatur.*
11 *Nouitio non poteſt beneficium concedi.*
12 *Nouitius gaudet canone ſi quis ſuadente.*
13 *Profeſſus infra annum in ordine mendicantium, ſi matrimonium contrahat illud tenet.*
14 *Nouitius infra annum decedens ab inteſtato, legitimam in monaſterium trãſfert ſecundum nouam opinionem hic traditam.*
15 *Nouitius maioratum inſtituere poteſt.*

CAPVT II.

1 QVIBVS ſic breuiter tactis ad quæſtiones deſcendendo, primò differendũ nobis occurrit de nouitio, qui ante profeſsionem in monaſterio decedit: an eius bona ad monaſterium pertineant, uel ad ſuccedentes ab inteſtato.

In quo noſtra ſit cõcluſio monachum infra probationis annum decedentem, ſua bona in monaſterium nullo pacto transferre. Quod apertiſsimum redditur plurimorum doctorum authoritate & rationibus, quę paſsim in hac authentica, & alijs locis per ipſos adducuntur. Hanc ſiquidem opinionem primus omnium in hac authen. affirmare videtur Bart. num. 56. & 57. licet in authen. ſi qua

qua mulier ſe remittat canoniſtis, quem ſequitur Iaſon in d. authent. ſi qua mulier num. 58. Luc. à Pen. in l. ſtigmata num. 9. circa finem C. de fabricienſibus l. 11. licet ſuum dictum limitet ad deſcendentes, & aſcendentes; quod rationem non habet inſpecto iure, quo monaſterium ſuccedit, de quo infra dicemus. Hanc etiã ſequitur Tiraquel. de vtroq; retra. Glos. 8. §. pr. nu. 36. Grego. Lop. in l. 17. parte 6. tit. pr. uerbo entrando. Camillus Salernus in addi. ad Napod. in conſuet. ſi moriatur de ſucceſsio. ab inteſta. litera B. fol. mihi 76. & hanc magis rationi conſonam, communẽq; ex Vbal. de ſucceſsioni: affirmat Io. Baptiſta Viglialobos lib. com. opi. litera M. nu. 174. Panormitanus in cap. in præſentia nu. 68. de probatio. qui excipit in caſu, quo purè ſua monaſterio dicaſſet, quem ibi ſequitur Auguſti. Berous nu. 553. contradicens Abbati in eo, quem excipit caſu, dedicationem illam monachatus intuitu factam eſſe affirmãs; quod Abbas quoq; expreſsè dixit in cap. quod
2 à te de cleri. coiuga. nu. 6. † aſſerens omnem donationem etiam expreſsè factam monaſterio, ante profeſsionem non tenere, cùm uideatur donatio cauſa mortis. Ipſum tamen Abb. ſequuntur Anchara. ſibi contrarius in cap. beneficium ubi in diſputatione Patauij habita eam opinionem tenuiſſe affirmat Bellam. in cap. quanto n. 12. de off. ordin. poſt numerũ 3. in 2. col. ubi Phili. Fran. nu. 3. de regul. lib. 6. Imol. in cap. quia ingredientibus nu. 19. de teſta. addentes ad Feli. in cap. cum adeo nu. 3. in litera A. de reſcrip. Angel. in ſum, uerbo nouitius nu. 11. Silueſ. uerb. Religio 5. ultima quæſt. & Armil. d. uerb. nouitius nu. 17.

Mouentur ad hoc præfati ſcribentes pluribus rationibus, quarũ
3 prima eſt quòd hic† nouitius non dicitur monachus ante profeſsionem vt in cap. Religioſo in 2. reſpo. de ſent. excom. in 6. & cap. nõ ſolum & cap. conſtitutionem de regula. lib. 6. & latè proſequuti ſumus in principio huius authen. in uerbo ingreſsi cap. 1. nu. 31.
4 Secundò quia hic nouitius ſtatu libero comparatur, vt docet Anchar. nu. 2. in d. cap. religioſo, eiuſq; ſtatu impendẽti eſſe dixit Tiraquel d. loco nu. 38. Cùm ergo ſtatu liber conditione pendente vt ſeruus habeatur l. 2. & 3. & l. ſtatu liberum .ff. de ſtatu lib. ſequi
5 tur vt iſte ſecularis, nõ autẽ religioſus ſit habendus. † Tertiò quia videtur hic ſicut filius qui non peruenit ad lucem, vt in l. penul. infra de poſthu. here. inſtit. ex quo textu id deducit hic Bart. n. 56.

Quartò mouetur Anchara. in d. cap. beneficium ex tex. in l. apud labeonem in principio iuncto .§. 1. de præſcript. verb. ibi enim

enim cùm ea conditione res eſſet vendita,quod ſi infra certum tem pus diſpliceret, redderetur;ſin autem,contractus teneret: ſtatutum eſt quod ſi diſpliceret, res ipſa, & quicquid eius occaſione ad emptorem peruenisſet redderetur; ſi uero perijſſet infra certum tempus experimenti, nullus eſſet contractus,& ſic idem operatur interitus ante contractum contingens, quàm diſplicentia emptoris, ex quo idem operari debet mors nouitij ,ac ipſius reuocatio quò ad bona.

Quintò mouetur ipſe ex natura mandati † quod reuocatione, ac interitu mandantis extinguetur l. eius qui in Prouincia .§. nam & ſi tibi .ff. ſi cert. peta. l. ſi uero .§. ſi mandauero .ff. mand.

6 Sextò ultra prædicta per doctores adducta, hoc uidetur ſtatuendum † quia hæreditas à nouitio Abbatis iuſſu adita,ipſo à monaſterio recedente,non acquiritur monaſterio, prout Arg. l.liber homo .ff. de hęred. inſtitu. ibi tradit Bal.

7 Septimò quia ingreſſus ante profeſsionem omnes retinet dignitates,ut latè probat Alberi. hic nu. 31. & diximus nos ſupra in uerbo ingreſsi loco citato.

8 Hinc eſt quòd † beneficium eccleſiaſticum profeſsione non facta nullo modo uacat, ſed apud ipſum eſt, donec fuerit progreſſus cap. beneficium de regul. lib. 6. ubi glos. Archidia. Ioan. And. & alij licet ante profeſsionem uacare poſſe dicãt aliqui , moti ex eo,quòd Epiſcopus poteſt duorum menſium terminum ſtatuere, iuxta textum in cap. ex publico de conuerſio. coniugato hoc tamen intelligit Hoſt. in d. cap. beneficium, tunc uerum eſſe, quando eccleſia, uel beneficium periclitaretur, ut ibi refert Archidia. in prin. quod probabile mihi non redditur, cùm ſubſtitutus ſit adhibẽdus in eius locum,durante anno probationis, ut not. Gloſ. & Anchara. 3. nota. in d. cap. beneficium. hic tamen ſi eſt canonicus non poteſt exire ad electionem Epiſcopi faciendam, ut poſt longam diſputationem tenet Gloſ. in d. cap. beneficiũ & poſt alios quos allegat Tiraquel. d. tracta. de utroq; retract. Gloſ. 8.§. 1. nu. 24. quod fallit quando electio ſibi , ut patrono competeret ut firmat ibi Gloſ. in fine.

Octauò quòd non ſolùm non admittit ius in re, uerùm nec ius ad rẽ, ut poſt Gloſ. in d. cap. beneficiũ , & alios affirmat Tiraquel. d. loco nu. 28.

9 Nonò quòd hic nouitius poteſt teſtamentum condere, ut docet Archidia. in d. cap. beneficium nu. 1. & ſcriben. omnes in cap.quia ingredientibus de teſta.

Deci-

Decimò quòd omnium bonorum donatio à nouitio monaſterio facta non tenet, cùm pręſumatur cauſa mortis facta, qua non ſequuta per profeſsionem tacitam, vel expreſſam, nec donatio tenet, quod ſecus eſſet ſi quid modicum donaſſet, vt Siluеſ.d. verbo Religio 5. quæſt. 12. Ana. in c.quòd à te de cleri: coniuga. n. 6.

Vndecimò quia iam deciſum eſt bona in monaſterium non trãsferri niſi facta profeſsione, vt patet ex hac authen. ex qua omnes ſcribentes not. & Bal. per illam legem in l. ſi quando c. de bon. vacan.l. 10. n. 9.

Contrariam verò ſententiam,quòd ſcilicet huius nouitij ingreſſus purè ſit habendus:ſub illa tamen conditione vt ſi poſt annũ placuerit religio, in illa permanebit, tenet Iacob Rauen. Pet. Bella. col.4. verſ. ſed quæro el primo,Cinus n. 5.qui duram ſibi videri affirmat, Roſellus Areti.n. 16. & Dec. n. 3. in hac authen. Anto.But. num. 44. Henr. Boich. num. 13.Bellamera n. 37.& Dec. 283. in c.in præſentia de prob. qui Abba. rationes impugnat , idem Ant. Butri: in c. 2.de foro compet. n. 6. in fine,Anchar. n. 3. Anan. in c. quia ingredientibus de teſta. & hanc communem ex Dec. affirmat Vigliaſo d. loco:ex quorum dictis plures colliguntur rationes.

Primò eſt quòd hic ingrediens videtur purè ſe dedicare , ſub illa tamen conditione , vt ſi infra annum ei non placuerit religio , poſsit ingreſſum reuocare ex. l. 2.ff. de indiem a die. cùm ergo ingreſſum non reuocauerit , ſequitur vt morte ſequuta confirmatus fuerit.

Secundò quòd iſte videtur decedere monachus,cùm in monaſterio in habitu decedat.

10 Tertiò quia donatio inter virũ & vxorẽ morte confirmatur.l.do nationes infra de donatio.int. vir. & vxo. at iſta dedicatio inualida quia reuocabilis erat , morte videtur confirmari , ergo &c.

Quartò nam ſumma eſt ratio quæ pro religione facit .l. ſunt perſonæ in fine de religio. & ſumpti. fune. cap. 2. de dolo & contumac.

11 Quintò ego ad hoc addo quòd † huic monacho beneficium non poteſt concedi, cùm fingatur religioſus , vt inquit Gloſ. in d. cap. beneficium in verbo conferendum:nam dubius de ſtatu non promouetur ad militiam .l. qui ſtatus .ff. de re militari .l. qui de libertate .ff. de lib. cau.

12 Sextò gaudet priuilegio canonis ſi quis ſuadente vt in d. religio. de ſent. ex com. & Bal. not. in proœm.digeſtorum, & Tiraquell. d.

loco num, 30. qui etiam post multos n. 21. coram ecclesiastico Iudice conueniendum affirmat.

13 Prior tamen sententia ex prædictis verior videtur, quæ in tantum verà est † vt si infra annum professus hic fuerit in ordine mendicantium, si deinde exeat, & nubat, tenet matrimonium, prout voluit Calderin. in cons. 26. de regulari. & propterea huiusmodi rationes pro hac sententia adductæ non obstant, & prima de pura dedicatione sub conditione resoluenda nullo mihi probatur argumento, cùm ex iuris dispositione ex c. cum ad monasterium de regularibus, conditionalem esse ingressum suprà diximus, quòd placet Augustino Beroo in d. cap. in præsentia. Nec secunda ex prima ratione pro superiori opinione adducta aliquo pacto contradicit. Circa tertium minor reprobatur, cùm nullum hic donationis signum extet. Quartum habet locum in dubio, & quando de alterius præiudicio non ageretur. Ecclesia .n. videtur id velle, quòd iustum est, cùm ipsa cultrix iustitiæ sit c. 1. §. 1. de alien. feu.

Nec obstat quinta: illud enim prohibetur, ne beneficij occasione religionem deserat pro vt animaduertunt docto. ibi; nec sexta cùm illud in honorem status regularis sit inductum, cuius esse quodammodo hic dicitur, cùm superius in verbo ingressi num. 35. probauerimus ex Caiet. mente religiosum accipi prout in vita, & sic nouitius, prout in statu, & sic professus.

14 At mihi vlterius cogitanti alia occurrit æquior opinio ex his duabus sumenda. Pro cuius intelligentia id habere pro constanti debemus, quòd vna voce omnes receperunt post maximum illum Innocentium in d. cap. in præsentia de probatio. testamentum .s. ab ingrediente factum nulla monasterij mentione præhabita per illud rumpi, saltim quoad legitimam. Ex quo id deduco quòd cùm ante ingressum iste sit omnium bonorum suorum dominus, de quibus liberè testari possit, iuxta .§. illud & 2. in authen. de mona. & ipso ingresso quoad legitimam, eius testamentum rumpatur, aliquod ius ex hoc ingressu cæperit monasterio competere, saltim in spe. nam hoc est absolutum, quòd licet quis præsumatur animo probandi ingredi, nunquam præsumendus est animo exeundi, vt supra in declaratione verbi ingressi probauimus. Cùm ergo in hoc & decessus in habitu monachali, & istud desiderium Deo seruiendi, & illa spes monasterij, & fauor religionis concurrant: concludendum est, vt saltim legitima monasterio, reliqua verò bona successoribus ab intestato debeantur, eo magis si pro maiori parte anni monachus fuisset; nam licet superius conclusum sit integrum requiri annum, nec duo semestria interpellata sufficere ad probandũ: si tamen hic fuit pro maiori parte anni in nouitiatu, si reingrediatur postea, non annus, sed parum temporis ei datur, vt post Ioan. And. in c. eum qui certus est de regul iuris in 6. & alios tenet Alberi: in dictionario in verbo nouitius an impubes; ita etiam hoc casu dicendum est, & hæc intelligo, quando ab intestato decedit, secus verò in facto testamento, quia testamentum expressam voluntatem eius demonstrat.

15 Huius quæstionis occasione quæri potest, nũquid nouitius maioratum instituere possit, illiusq; institutio firma remaneat. Quam quæstionem decidit accuratissimus Moli. lib. 2. de primog. hispa. c. 9. num. 52. dicens maioratus institutionem eo tempore factam firmam esse, ac validam: cum eo tempore, laicus non monachus sit censendus, idq; comprobat authoritate Iulij Clari. in .§. testamentum quæst. 28. vers. dixi.

SVMMARIVM EX CAP. III.

1 *PATER si fiat monachus qualiter & quando bona inter filios distribuere potest.*

2 *Legitima debetur filio iure naturæ, & succedit loco alimentorum.*

3 *Legitima per statutum tolli non potest, sed quantitas minui.*

4 *Maioratus institui non potest vbi nõ remanẽt alimẽta filijs.*

5 *Filius dicitur creditor legitimæ in vita patris.*

6 *Filius detrahit legitimam tanquam æs alienum.*

7 *Pater non potest grauare filium in legitima, nec per fideicommissum.*

8 *Potest tamen succedentes ab intestato.*

9 *Legitima non diminuitur propter relicta ad pias causas.*

10 *Filius patre viuente monasterium ingressus legitimam petere non potest, licet canonistæ contrarium teneant num. 16.*

11 *Pater non tenetur legitimã filijs assignare, etiam in casibus in quibus tenetur emancipare.*

12 *Statutum quo pater cogitur soluere legitimam pro delicto filij, iniquum est.*

13 *Legata non debent exequi nisi post mortem:*

14 *Dispositio .l. Gallus .§. & quid si tantum, in casu quo monachus esset effectus filius non intelligitur.*

15 *Hæreditas monachi non acquiritur ante eius mortem naturalem.*

16 *Patre monaſterium ingreſſo legitimam filius petere poteſt.*
17 *Patria poteſtas per ingreſſum monaſterij tollitur.*
18 *Intellectus ad cap. cum ſimus de regularibus.*
19 *Legitimam filijs non deberi ante mortem naturalem patris, affirmamus.*
20 *Monaſterio magis fauetur, quàm filijs extra legitimam.*
21 *Octauius Follerius commendatur.*
22 *Pater non poteſt cogi filio condemnato, legitimam aſsignare.*
23 *Legitima non debetur filijs naturalibus & ſpurijs.*
24 *Mater legitimam tenetur filijs naturalibus relinquere, ſi non ſint ex damnato coitu, & ipſa non ſit Illuſtriſs.*
25 *Pater tenetur filijs naturalibus aliqua bona pro alimentis relinquere ex æquitate canonica.*
26 *Patre ingrediente religionem incapacem, filius ſuccedit.*
27 *Filius Iudæi legitimam poteſt petere viuente patre.*
28 *Filius legitimam petit patre monaſterium ingreſſo, ſi in illo delinquat, vel apoſtatetur.*
29 *Item quando propter delictum detruditur in monaſterium.*

CAPVT III.

SECVNDO principaliter quęro quid ſit in eo dicendum, qui filios habens religionem ingreditur, cùm de non habente clarum ſit omnia bona tranſire ex reg. huius authen.

1 Hic igitur ſi filios habeat, etiam quòd ſit monachus, de bonis ſuis ad libitum inter illos diſponere poterit, dūmodo legitimā pro monaſterio retineat portionem, quæ erit, vt in diſtributione, ſuam cum filijs perſonā connumeret. Quòd ſi filijs tantum legitimam reliquerit, ad monaſterium cætera bona ſpectabunt; ſi verò antequam diſponat moriatur, legitima tantum filijs debetur, quod ſuper eſt monaſterio applicabitur. Hęc eſt diſpoſitio Impetatoris in authen. ſi qua mulier hoc titu. cui diſpoſitioni concordat .l. 17. tit. 1. part. 6. ſed apud Hiſpanos per .l. 11. fori titulo 6. lib. 3. datur libertas infra annum teſtandi, quo elapſo non poterit amplius id facere, verùm filijs deficientibus ad proximiores tranſmittitur hæreditas, nulla monaſterij facta mentione.

Doctores tamen noſtri, occaſione ſumpta à d. authentica ſi qua mulier

mulier quærunt, numquid filius patre religionem ingreſſo, legitimam poſsit petere, & ſic ipſo viuente, ab illius bonis iam dedicatis dematur.

2 Nec mirum ſi pater hanc legitimam non poteſt monaſterio dicare, † cùm filijs debita ſit iure naturæ; ſuccedit enim loco alimentorum, vt inquit Bal. in .l. 1. .§. ius naturale nu. 80. de iuſt. & iure & poſt eum Alciat. conſ. 84. nu. 8. lib. 9. & Moli. de primog. hiſp. par. 1. lib. 2. cap. 1. nu. 14. & propterea inquit Bal. in d. l. 1. §. ius
3 naturale nu. 80. † tolli non poſſe per ſtatutum, quod latè & docte confirmat Moli. de primog. hiſp. par. 1. lib. 2. cap. nu. 14. qui noluit quantitatem poſſe minui, ex quo inducta eſt de iure poſitiuo poſt Roderi: Suarez. in Rep. l. quoniam in prioribus inſ. de inoff. teſtam. verſ. 2. limita. nu. 1. vſq; ad finem & addo Soc. conſ. 5. n. 2.
4 lib. 1. poſt multos quos allegat. ex quo latiſſ. & rectè probat † ipſe maioratum inſtitui non poſſe, nec per regem confirmari, in quo nō remaneret onus alendi liberos inſtituentis, quæ alimenta voluit præſtanda eſſe non in vſufructu, nec in annua præſtatione, ſed in proprietate, ſicut legitima. & ita poſt Suarez. in d. l. quoniam 2. limita. & alios multos ipſe idem Moli. voluit in d. lib. nu. 15. qua
5 de re † filius creditor legitimè dicitur in vita patris, pro vt Socci.
6 Iun. late differit in .l. in quartam nu. 101. ad leg. falcid. & ideo † dicimus filium detrahere legitimam, tanquam æs alienum ſibi debitum .§. pr. itaq, & .§. ſi quis autem in authen. de hæredi: & falci: & probat Aug. Bero. in cap. in præſentia nu. 44. atq; hinc eſt quòd
7 † pater grauare non poteſt filium in legitima, prout ex tex. in .l. ex tribus C. de inoff. teſta. colligit Anchara. in cap. Rainutius nu. 19. de teſta. & Socci. conſ. 82. nu. 36. lib. 4. nec etiam fideicommiſſum vt .l. Papinianus .§. ſi quis impuberi. vbi glo. ff. de inoff. teſta-
8 mento; † grauare tamen poterit ab inteſtato filio ſuo ſuccedente vt per tex. in .l. ſi Titio. §. finali de lega. 1. voluit Anan. in cap, Rainutius nu. 25. de teſta. hinc eſt quòd † propter relicta ad pias cauſas
9 non minuitur legitima vt not. Bart. per illum tex. in .l. ſi quis ad declinandum in fine infrà de epiſ. & cleri, nu. 6. & vide Rom. conſ. 364. & Comenſ. conſ. 56. ad id ſcilicet quam menſuram debeat ſeruare pater in faciendo eleemoſinam.

In propoſita igitur quæſtione variæ ſunt opiniones: nam ciuiliter
10 quidem conſtanter affirmant nullo iure cautum reperiri, † filio patre viuente actionem competere legitimam petendi. Huius opinionis author fuit, licet ſe non firmet, magnus ille legalium difficultatum

tatum explanator Accurſius, in d. authen. ſi qua mulier, quem ſequuti ſunt Pet. Bellaper. penul. col. verſ. dicit hic, veriorem hanc eſſe dicens ſententiam, lac. Butrius col. 5. Cin. n. 6. Alberi n. 7. ſed dubius Bar. num. 22. qui cauſam cæpit acriter defendere, Sali n. 12. Paul. Caſt. num. 2. verſ. tertius caſus, & in n. 7. Iaſon n. 51. in fine Imol. & Alex. num. 12. in .l. ſi cum dotem ſolu. matri. Feli. num. 56. & Berous 536. in cap. in præſentia de probatio. idem Auguſti Berous in c. Rainutius nu. 221. de teſta. Grego. Lop. in .l. 11. tit. 1. parte 6. verſ. Hyios & Viglialo lib. com. opi. litera F. num. 160. communem dicit poſt Iaſonem, & Grego. Lopez. Quorũ primum fundamentum eſt quòd pater in vita nullo iure cogitur legitimam filijs aſsignare, immo contrarium cautum videtur per .l. 1. §. ſi impuberi .ff. de colla. bono. nec etiam in ſpe habet filius aliquod ius in legitima patre viuente, ſi credimus Cin. & Bart. in .l. fina. de lib. agnoſcen. & idem Bart. in .l. poſt emancipationem in .§. illud in prin. ff. de lib. lega. & Bal. in l. lex. Cornelia .ff. de vulg. & pupil. reprobata Gloſ. in .§. ſi quis autem non implens, in authen. de hæ-
11 redi. & falcid. & quòd plus eſt † in caſibus quibus pater filium cogitur emancipare, qui enumerantur per Gloſ. in .§. fin. inſtitu. quibus mod. ius pat. poteſt ſoluitur, non tenetur legitimam illi aſsignare ſecundum Bal. in .l. non poteſt .ff. de adoptio. Atq; hinc
12 dicimus iniqua eſſe, & à iuris æquitate recedere † ſtatuta, quæ patrem cogunt pro filij delicto legitimam ſoluere, vt poſt Cin. & Bal. in .l. ſi qua pęna .ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. & in .l. ſi filius per illum tex. C. de bon. proſcri. & in dicta .l. Lex. Cornelia .ff. de vulg. & pupill. docuit Iaſon. in d. authen. ſi qua mulier num. 54.

Secundò mouentur ex diſpoſitione illius authen. quæ patri viuenti liberam conceſsit teſtãdi & diſponendi facultatem, eo mortuo legitimam tantùm filijs ſtatuit. Cùm ergo non ſit certum, quid pater diſpoſiturus ſit, non expetit filijs petere, quod in caſu petitionis non excederet portionem à iure determinatam, argumento .l. cum pater .§. à filia .ff. de leg. 2.

Tertiò quia cùm legitima plus, & minus ſit re & tempore, ſic nõ poſſunt filij plus re, ideſt vltra legitimam, nec tempore ideſt ante mortem petere vt Alberi. ibi voluit num. 8.

Quartò quia poſsibile eſſet quòd filius moreretur antequam pater, argumento .l. Statius florus .§. Cornelio Felici .ff. de iure fiſci.

13 Item facit pro hac opinione quòd legata, & alia in teſtamẽto relicta

licta non debent ſtatim exequi, ſed mors naturalis expectari debet, ut poſt Bart. in authen. ſi qua mulier, & Abba. in c. in præſentia de probatio. voluit Decius in d. cap. in præſentia n. 259.

Qua ratione motus Soci. in l. Gallus .§. & quid ſi tantum de lib.
14 & poſthum. in prin. voluit † diſpoſitionem d. §. quæ ſtat pro nepote ſubſtituto, ſi filius moriatur, & intelligitur etiam in caſu fictæ mortis, non habere locum quando monachus eſſet effectus; quia retinet iura ſuitatis, vt eſt caſus per quem ita affirmat Iacob. Butrig. in .l. Deo nobis infra de Epis: & cleri.

Ad idem confirmandum adduco quòd voluerunt Anto. & Abb. num. 58. & Dec. 97. in cap. in præſentia, Imol. & alij quos ad-
15 ducit Couarr. in d. cap. 2. de teſta. num. 6. † hæreditatem monachi hæredibus minime acquiri ante ipſius mortem naturalem, ſed monaſterij commodis applicari eo viuente, quam Alex. conſ. 13. vol. 3. communem dicit, & poſt eum Roderi. Suarez. alleg. 2. n. 17.

16 At contrariam tuentur opinionem Gloſ. in c. cum ſimus per illum tex de regulari, quam inibi ſequuntur canoniſtæ, Gloſ. in cap. tranſmiſſe quã ſing. ibi dicit Abb. qui fil. ſint legitimi, & poſt eum Areti. in .l. 1. num. 6. de teſta. Gloſ. in d. Authen. ſi qua mulier, licet apertè non videatur hoc dicere: tamen quia in hac vltima reſidet ſententia, põt pro iſta opinione allegari per regulam quam ex Gloſ. in .l. qui filium .ff. ad trebellianum ſumit Rom. ſingu. 92. nu. 3. Bal. in d. authen. ſi qua mulier n. 38. & ante eum Pet. Bellaper. qui contrariam veriorem putat, iſtam æquiorem dicit Ab. in c. in præſentia n. 59. de probatio: & idem uidetur affirmare in c. Rainutius nu. 29. de teſt. licet prima fronte videatur contrarius Anan. in c. 1. penul. col. de deli. puero. Phili. Fran. in Rub. de teſtam. lib. 6. æquiorem dicit addictionator ad Dec. in cap. in præſentia num. 262. litera A. Barba. in d. c. Rainutius Bal. Nouel. de doç. par. 1. c. 1. col. 3. ex quo dicit communem Couarruuias in d. cap. 2. num. 7: de teſta. Angelus in ſumm. verb. religioſus num. 50. & Nauarr. poſt Couarr. in tracta. de regulari. coment. 2. num. 48. Huius opinionis propugnaculum eſt litera dicti cap. cùm ſimus, vbi filio, qui à patre inductus erat ad religionem, habitum monachalem induere volenti, ſi diſcretionis annos habeat permittitur bona, quę ſibi ex ſucceſsione perueniunt poſtulare; & propter hunc tex exultat Bal. loco citato dicens ex æquitate canonica id eſſe permiſſum.

Secun-

17 Secundum eorum fundamentum eſt,† quia ſicut naturali morte patria poteſtas ſoluitur:ita ẽt per ingreſſum monaſterij C. placuit & 2. 16. quæſt. 1.

Tertiũ inducit Couarr.tex. in authen. ſi qua mulier pro hac opinione,dum ibi dicitur patri religionem ingreſſo permitti portiones legitimas filijs aſsignare, quod minime permitteret ſi bona illa patre viuente à monaſterio non poſſent auferri. Et iſtis rationibus ſic ſtantibus contrarium primum fundamentum reijcitur, ex quo illud iure ciuili procedere dicitur, hoc iure canonico,quod in hoc caſu debet extendi prout inquit Bal.cita. loco. Similiter reijcitur ſecundum ex eo, quòd illud nõ ponit aliquid in eſſe, ſed tantùm quod ipſis expediret: item quia poteſt intelligi, vt imperator in illa auth. loquatur enuntiatiuè, dum dicit poſt mortem patris legitimam tantùm competere, quaſi mortuo patre non facta inter filios diuiſione, vt ait Couarr. d. cap. 2. nu. 7. in fin. Tertium quoq; non obſtat: ſi enim loquimur de tempore,iam prima reſponſione tolli clarum eſt, nam vt diximus ius canonicum attenditur, ſi de re quam augeri poſſe Alberi. affirmat, & de legitima cuius ſupplementum peti non poteſt, ſi illam receperit in vita patris, dico nec iſtud aliquod impedimentum afferre; nam etſi communis doctorum ſententia iſta ſit, vt Rom. voluit in .l. ſtipulatio hoc modo concepta .ff. de verb. obligatio:& Butrig. in .l. pactum cap. de collatio. contrarium tamen communiter affirmari ex Couarr. in cap. quamuis pactum de pact. lib. 6. in 3. par. .§. 1. nu. 2. Iaſone in Authen. nouiſsima, & Gram. decis. 57.n. 30. docet Viglialo. lib.com. opi. in ver. filius nu. 166. qui ex mente addentis ad Alex. conſ. 180. vol. 5. poſt Rip. in lib. 1. de legi. cap. 6. nu.4. dicit conciliari poſſe, dummodo filius tempore quo legitimam recepit,ſupplemento renuntiauerit.

Nec refragatur quartum, nam etſi poſsibile eſſet filium mori antequam pater, tamen eſt diuerſa ratio in iſto caſu, quàm eſt in illo: ſumus enim ibi in fiſco qui ſuccedit illi quæ propter delictum erat bonis priuata cuius filius reſtitutionem fideicõmiſsi petebat, & ſic agebatur de commodo filij delinquentis, quod naturali inſpecta ratione in vtilitatem quoq; matris reuertebatur; at hic tam reſpectu perſonarum, quàm etiam reſpectu rationis ſumus in diuerſo caſu:& illa ratio quæ per doctores contrarios conſideratur, quia mori poſſet ante patris obitum; quid ergo quæſo monaſterio obeſt? quod ſi capax erit, prout præſupponimus, nulli fit dubium, quia

quia monacho ſuitatis iure retinente, pater filio ſuccedit vt per tex. & ibi not. per docto. in.l. Deo nobis .§, 1. de epiſ. et cleri: ſi verò incapax erit,conſideratio nulla de bonis eſt habenda; cæteræ autem rationes cùm de extraneis loquantur, nobis in filio nullum obſtaculum afferre videntur, vnde dicendum eſſet legitimam petere poſſe filium patre viuente.

18 Sed neque in hac ſententia reſideo,& propterea non obſtat d. † cap. cum ſimus, ex quo non deducitur patrem viuere, immo potius mortuum, cùm verbo ſucceſsionis vtatur ibi ſum. Pontif. & ita cõmuniter Docto. reſpondent ad illum tex. pro vt Iaſon. in d. authen. ſi qua nu. 51. Quod animaduertens Couarruuias conſimilem tex. de ſucceſsione viui loquentem adducit in cap. fin. 20. quæſt. 3. tamen ſi bene conſideratur, ibi exprimitur viuum eſſe eum de cuius ſucceſsione agitur,hic non. Cùm ergo ſimus in dubijs & regulam pro nobis habeamus, quæ eſt ex d.l. 1. §. ſi impuberi de collatio. bonorum, ſufficit illam habere pro ſe iuxta dicta
19 Bart. in .l. 2. col. 1. in fin.ff. ſi quis in ius voc. non ierit,immo † pro regula eſt pronuntiandum, niſi probetur contrarium ſecundum Bal. in .l. 1. in 3. col. de alien. Iud. mut. cau. fa. quod dicit ita
20 eleganter notari per Gloſ. in.l. qui reſtituere .ff. de rei vendi.. & † regulæ iuris tenaciter ſunt obſeruandę niſi in contrarium appareat diſpoſitio ſpecialis, vt inquit Bald. in .l. ſi tutor in fin. C. de ſer. pigno. dat. manumiſ.

Secundum minimè refragatur, cum patria poteſtas non ſoluatur quoad iura ſuitatis, vt diximus,& eſt quòd refert ad caſum noſtrũ. Tertium etiam reijcitur cùm non rectè inferatur,conceditur licentia diſponendi de illis bonis dum viuit,ergo poteſt peti legitima: quia ſi hoc eſſet verum, idem in patre non monacho procederet, quòd nullus eſt qui audeat affirmare.Sed neq; ſequitur illa bona eſſe à monaſterio inſeparabilia, cùm de illis diſponere poſsit inter filios, ſalua tamen parte monaſterij.

Et ſic refutatis huiuſmodi opinionibus in caſu tam dubio, pro vt Couarr. loco citato teſtatur & D. Vincentius de Franchis deciſ. 133. ita quod neq; ſacrum Concilium voluerit caſum iſtum pro il-
21 la vice decidere,quid erit dicendum. † Placet equidem mihi prior legiſtarum ſententia,vt legitima patre viuente peti non poſsit,ſed alimenta præſtare monaſterium teneatur de bonis patris, prout omnes affirmant pro illa opinione citati doctores, & Bart. & Bal. in .l. ſi quis .§. item ſcriptum .ff. de lib. agnoſcen. pro qua adduco

tex. fortiſsimum in authen. quod hodie cum Gloſ. infra de repud vbi matrimonium ſolui permittitur ex cauſa religionis, & bona filijs ſeruantur, & ſubdit poſtea, quòd ſi deliquerit, filijs applicãtur, ergo non ſtatim liberis aſsignantur. Confirmatur etiam ex eo quòd voluit Dec. in conſ. 426. num. 6. ex auth. ſi qua mulier, quòd
22 † magis fauetur monaſterio quàm filijs extra legitimam, ſed hic non tractatur de tollenda legitima, ſed de differenda: vnde ſequitur reg. quòd differtur non aufertur vulg. l. cedere diem .ff. de verbo. obliga. Hanc Decij concluſionem ſequitur Couarr. in cap. relatũ de teſta. in pr. num. 10. licet contrarium affirmet Burgos de pace in .l. 3. Tori. 1. part. concluſ. 2. num. 249. Vltra quorum raliones conſiderabam, pace tamen ſemper ſalua Petri Bellaperticenſis & Couarr. qui ęquiorem eſſe contrariam affirmant, hanc noſtram & filij, & monaſterij reſpectu æquiorem eſſe ſentẽtiam. Si enim monaſterij vtilitatem conſideramus, apertiſsimè videmus magnam ad illum commoditatem pertinere, dum portiones filijs aſsignare de hęreditate illa nõ cogitur, & ſic illam eneruare eo magis, quia filij legitimam poſsent perdere, & monaſterium fraudare; quòd quidem illis ſuccederet ſi patri præmorerentur, prout in euangelica patet hiſtoria de filio qui luxorioſè viuendo omnia bona ſua diſsipauit Lucæ 15. cap. immo quòd illis diſſipatis grauaretur quoq; monaſterium filium alere, vt eodem exemplo doceri poteſt, quia pater tenetur filijs alimenta præſtare. l. ſi quis à liberis .ff. de lib. agnoſcen. l. 1. & tot. tit. cap. de alen. lib. .l. fina. §. per ipſum autem. C. de bon. quæ lib. & in ſpecie docuit Bal. in .l. 1. §. ius naturale num. 18. de iuſt. & iure. ex mente Iacobi de Aren. in .l. libertus qui operatur deo per. liberto. quod limitat idẽ Bal. quando doloſè & culpoſè diſsipaſſet legitimam in authen. cõtra rogatus C. ad trebellia. Secũdò facit ad hoc quia alimẽta non debentur filijs habentibus vnde ſe alant. l. ſi quis à liberis. §. idem reſcripſit cum Gloſ. ff. de lib. agnoſ. & tamen legitima debetur filijs diuitibus prout argumento .l. fina. C. de dot. promiſsio. dicit Auguſti. Berous in cap. Rainutius num. 221. de teſtam.

Si verò filiũ reſpicimus, maxima illi cõmoditas eueniet. Primò quia ſi filio legitima aſsignaretur, & eius fructus non aſcenderẽt ad eam ſummam, cùm qua poſſet viuere: teneretur vendere proprietatem, quòd iura abhorrent .l. qui bonis .ff de ceſsio. bon. cũ Concor. per Decium addu. in authen. præterea col. fin. verſ. quarto quæritur C. vnde vir & vxor & alios per D. Vinc. de Franchis rela-

relatos in deciſ. 133. qui hanc rationem conſiderabat. Item ſecũdum vnam cõmunem opinionem quàm ſupra retulimus in reſponſ. ad tert. rationem pro hac opinione noſtra perderet augmentũ legitimæ, & deniq; tertiò perderet quòd plus pater illi dare poſſet ex licẽtia authen. ſi qua mulier iuxta conſ. Alberi d. loco; & huic
23 ſentẽtię ſe ſubſcripſit† doctiſsimus, & accuratiſsimus vir Octauius Follerius qui fiſci partes diligentiſsimè tuebatur dum in Prouincia Principatus vltra Auditoris munere (quòd præſidis eſt) fungerer, quo tempore huic operi maxima ex parte finem impoſui: licebat enim per tempus, quòd mihi deficit Salerni.

24 Ex hac concluſione infertur, quòd † pater non poteſt cogi filio condemnato legitimam aſsignare, vt voluit Angel. in .l. ſi qua .ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur.

Quæ verò diximus quòd filius legitimam viuente patre poſsit
25 petere, † non habent locum in naturalibus & ſpurijs, pro vt ſpecula. in tit. de ſta. monacho nu. 58. verſ. licet autem & poſt eum Bal. in d. authen. ſi qua nu. 34. & Nicolaus ab Vbal. in tracta. de ſucceſsio. ab inteſt. regularium 2. par. nu. 12. qui tamen id non
26 admittit ita ſimpliciter, ſed omnino negat † in matre, quæ ſi filij non ſunt ex damnato coitu, & ipſa non illuſtris, debet legitimam aſsignare per notata in .l. 1. §. ſed ſi vulgo. ff. ad tertull. inſtitu. ad
27 orficia. §. nouiſsime † & in patre dicit, quòd ſi filij non haberent vnde ſe alerent ex æquitate, C. cum haberet, de eo qui dux. in matri: quam pol. per adult. debet eis reſeruare aliqua bona vnde poſſunt ſe alimentare habita conſideratione .l. ſi quis à liberis verſ. competentes iudices .ff. de lib. agnoſcen.

Superior verò firmata noſtra concluſio, quòd filius non poſsit legitimam viuente patre petere, ipſo Religionem ingreſſo.

28 Fallit primo ſi intraret religionem bonorum incapacem, quia tunc mors illa ciuilis haberet effectum naturalis: pro vt voluere
29 Iaſon in d. authen. ſi qua nu. 57. & Dec. in cap. præſentia nu. 161. † Secũdò non habet locũ in filio Iudæi, qui ſi effectus eſſet chriſtianus, ſtatim legitimam petere poſſet, Anan. in cap. Iudęi el. 2. num. 6. de
30 Iud. † Tertiò nõ procedit quando pater delinqueret luxuriãdo vel à monaſterio exeundo, vt not. Gloſ. pet illum tex. in authen. quod
31 hodie c. de repud. † Quartò quãdo propter aliquod delictum detruderetur in monaſterium, vt in authen. idem eſt. C. de bon. quæ lib.

SVMMARIVM EX CAP. IIII.

1 PECVLIVM castrense uel quasi, in monasterium transfertur.
2 Peculium profectitium nullo modo in monasterium transit.
3 Libri à patre filio donati, monasterio cedunt, quod declaratur.
4 Peculium aduentitium in monasterium transit, quoad proprietatem uiuente patre, secus quoad vsumfructum.
5 Filius familias de peculio aduentitio alienare non potest, sine patris consensu.
6 Donatio facta à filio familias de peculio aduentitio nulla est, nec etiam iuramento firmatur.
7 Bona aduentitia laicorum, in clericis sunt castrensia.
8 Filius à patria potestate per ingressum monasterij eximitur.
9 Intellectus ad authenticam præsbiteros C. de epis. & cleri.
10 Filius fam. ingrediens monasterium, legitimam dedicare non potest patre uiuente, sed contra tenemus.
11 Alimenta quæ debentur filio nolenti cum patre commorari, ex consuetudine ciuitatis Neap. debentur quoq; ipso monasterium ingresso.
12 Legitima debetur patri de bonis filij monasterium ingressi.

CAPVT IIII.

TERTIO principaliter succesiuè quærò, quæ namq; bona filius familias in monasterium transferat: in quo vt clarius materia liqueat plures distinguendi sunt casus.

1 Primus casus igitur est in peculio castrẽsi, vel quasi, quod in monasterium transire nulli fit dubium, cùm in eo reputetur vt pater familias .l. 1. & 2. ff. ad macedo .l.fin. infra ad macedo.l.penul. infra qui test. fac. poss. & Petr. Bellaper. hic in 2. col. vers. sequitur, quæstio. Cin. nu. 9. Bart. 46. Sali nu, 4. quos in cap. in præsentia de probatio. sequntur Ant. But. nu. 56. Ab. 54. & Bero. 524. id communi consensu receptum statuentes. Idq; pariter admiserunt Angelus Clauas. verbo religiosus nu. 57. & Siluest. verbo religio. 6. nu. 1. vers. quintum, sum. Arm. verbo religio nu. 24.

Secun-

2 Secundus casus est in peculio profectitio quod in monasteriũ ne quaquam transire vnanimiter omnes suprà relati scribentes tentur.

3 Hoc tamen fallit † in libris à patre filio donatis, qui & si à patre proficiscantur, cùm castrensis peculij esse possint, sui particulari ter videntur, ac propterea in familiæ herciscundæ Iud. non veniunt .l. si filius familias infra fam. hercis. & omnes suprà relati scriben. affirmant, & vltra eos Bellam. in C. quanto nu. 13. de off. ordin. id tamen intelligentes locum habere in doctore, secus verò in scolari, pro quo adducit Pet. Bellapert. tex. in .l. fin. in vers. sed prior infra de inoffi. testa. rationem assignans huius rei; nam quandiu filius est in studio, non dicitur aliquam professionem habere, & quia eam non potest exercere, non dicitur habere castrense, vel quasi peculium. Bart. tamen nu. 47. animaduertit quòd si pater nomine filij emit, nec de donatione aliquid dixit, non transeunt, quia sunt proprij ipsius vt in .l. 1. infra de cast. pecul. si verò tradidit tunc procedat opinio Petri, quàm sequitur etiam Nauarrus in sum. in 17. cap. num. 159. qui eos in iudicio fam. herc. cis. venire affirmat. Mihi autem hæc limitatio non satisfacit, nam cùm superius probatum sit in familiæ herciscundæ iud. nõ compræhendi, licet peculium castrense alij præter magistros non habeant vt in d.l. fin. tamen apertè liquet hos in peculium castrense transire, cùm arma quoq; militibus à patribus data, peculium esse castrstrense affirmet Pet. Bellaper. d. loco. Dico ergo, & hos quoq; libros in monasterium transire, etiam si à scolari dedicentur, cùm legem hoc specialiter diuidentem non inueniam: etsi doctorum communem sententiam in contrarium videam, qui vt videri potest id nullo pacto considerarunt, sed vnus post alium in hanc abiere sententiã. Confirmatur hæc nostra opinio ex dictis Petri Bellaper. in hac authen. col. 9. vers. Sed pone, habet quis duos filios, qui voluit, quòd si pater filio libros dedit sub conditione, quòd ad alterũ fratrem ipso monasterium ingrediente redeant conditio resoluatur, & libri monasterio dedicentur, cùm fauendum sit religioni, & tamen hic est scolaris de quo loquimur, ergo &c.

4 Tertius casus est in peculio aduentitio, in quo pater vsumfructum, filius vero proprietatem habet, quod in monasterium trãsire communi omnium scribentium calculo receptum, & hic, & in c. in præsentia testatur Dec. in d. c. num. 246. & ex eo Io. Baptista Viglialo lib. com. opi. litera M. nu. 183. id tamen intelligentes quoad

pro-

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

proprietatem tantum non quoad vſumfructum,quod in ſpecie Sali. hic firmat num. 4. tribus medijs,primò ſcilicet quòd iure cautum non reperitur ſecũdò quod factũ filij contra voluntatẽ patris ei nocere non debet,& demũ tertio quòd mors naturalis in perſona filij ſuperueniens,non facit vt patris vſusfructus finiatur,

Quicquid in contrarium dici poſsit ex reg. tex. in .C. licet de ſepul. lib. 6. & .l. fin.§.filius de bon. quæ lib. quibus iuribus cauetur † ne filio aliquid de aduentitio peculio liceat alienare ſine patris conſenſu, nec etiam pro anima. † item quod nec donatio facta cum iuramento à filio fam. teneat, & propterea nec effectus maior,poſsit per Epiſcopum cogi ad iuramenti obſeruationem, pro vt latè diſcutit, ita deciſum eſſe affirmans D. Vinc. de Franchis, deciſ. 71. nu. pr. 2. 3. & ſequen. ad tex. in cap. licet, reſpondet Auguſt. Bero. in d. cap. in præſentia nu. 525. illius diſpoſitionem in merè laicis, & ſeculo remanentibus locum habere, qui nec quo ad pias cauſas diſponere poſſunt.Ex mente verò Petri & aliorum reſponderi poteſt,illorum iurium diſpoſitionem loçum habere in eo caſu,quo cúm per filij mortem reuniretur proprietas cum vſufructu patri iam quæſito, cuius cauſa alienatio prohibetur. nam cùm in authen. de hęredi. ab inteſt. §. pr. ſancitum ſit filium ad ſuos deſcendentes omne quod habet tranſmittere, excluſis etiam aſcendentibus,& monaſterium loco filij habeatur d. authen. de ſanctis Epiſ. §. ſed & hoc præſenti: ſequitur vt in monaſterium proprietas tranſeat: patris autem morte ſequuta vſusfructus quòq; transferatur.Item dicere poſſumus quòd licet alienatio ad pias cauſas ſit prohibita, non tamen videtur in monaſterium alienatio prohibita, per ea quæ infrà dicemus de minore & prodigo, licet Panorm. nu. 56. quem ſequitur Bero. num. 525. nouam conſtituãt opinionem in d. cap. in præſentia, aſſerentes etiam in vita patris vſumfructum quòq; in monaſterium tranſire, vnica principali ratione eam fulcientes, quòd ſcilicet in bonis aduentitijs religioſæ perſonæ à ſecularium regula ſunt exceptæ, cùm † ea quæ ſecularium bona aduentitia dicuntur, clericorum caſtrenſia habeantur per tex. in authen. præſbiteros infra de Epiſ. & cleri. & quæ dicit Couarr. in cap. quia nos in prin. de teſtamen. aliam etiam ſuper addentes, quòd † filius ſcilicet à patria poteſtate per monachationem eximatur, per ea, quæ not. Gloſ. in cap. pr. 20. quæſt. 2. & Abb. in d. cap. in præſentia num. 54. vbi longa additio.

Hanc tamen impugnat Dec. & rectè in d. cap. in præſentia nu. 147.

147. communem ſequens ſententiam; nam hic vſusfructus (inquit ipſe) eſt quæſitus patri,in cuius præiudicium iſta dedicatio fieri nequit, tum etiam quòd hęc patria poteſtas abſq; patris culpa ſoluitur, intelligens & bene tex. † in d. authen. præſbiteros locum habere in bonis poſt clericatum quæſitis: & miror equidem cur illum tex. hoc dicentem Abbas & Bero. non intellexerint.Ea enim bona quæ poſt clericatum quæſita ſunt, non aduentitia,ſed caſtrenſia verè dicuntur, ac propria de ipſis ad libitum licet diſponere, vt colligit Bero. d. loco per tex. in d. authen. præsbiteros ex dictis per Abb. ibi quem iniuria repræhendit, cum Abb. haud ſenſerit de religioſo, cui teſtandi facultatem prohibitam, etiam ſcolaribus eſt notum; ſed Abb. loquutus eſt de clerico pro vt eius dicta ſonant.

Quartus caſus eſt in legitima,quam videndum eſt an filius dedicare poſsit adhuc patre viuente. Huius quæſt. deciſio ab ea pendere videtur, quam ſupra diſputauimus in perſona patris ingredientis monaſterium:deciſam tamen reperio per Anchar. ex mẽte Franciſci de Tigris in cap. 2. de deli. puero.nu. 6. & in cap. Rainutius nu. 21. de teſta. Anan. in d. cap. 2. col. penul. & Iaſon in authen. ſi qua mulier nu. 56. qui omnes affirmant nullo pacto deberi: illis forſan moti rationibus quas ſupra pro negatiua opinione adduximus, & alia quam Feli. conſide rat in cap. in præſentia nu. 56. de probatio. perpendens tex. in cap. 1. 18. quæſt. 1. vbi monachus effectus epiſcopus authoritatem habet hereditatem patris vendicandi, quæ ſibi & Eccleſiæ ſuæ competet, dummodo bona tempore monachatus quæſita in monaſterium transferantur. Si ergo legitima fuiſſet debita patre viuente, tranſmiſiſſet illam in monaſterium à quo fuit translatus; nam qui omnia dat, ſpem quòq; futuræ ſucceſsionis tribuit.l. ſpem futuræ cap. de donatio. ergo dicendum eſt, & ipſam non deberi.

Sed pro contraria opinione ſuſtinenda, licet doctorem huc vſq; non inuenerim illam affirmare, non dubito, illis fulcitus rationibus,& illorum innixus authoritati, qui cõtrariam opinionem in caſu ſuperiori quæſt. relato tenuerunt, eo maxime quia ſi rectè animaduertimus, ceſſant omnes conſiderationes, quæ in monaſterij vtilitatem perpendebamus. Item & omnes illæ quæ filij vtilitatem concernebant ceſſare videntur, illa tamen parum aut nihil obſtante quia perderet id quod pater dare poſſet, nam eſt potius conſilium, quàm vigens ratio. Item quia filius in legitima dicitur quo-

quodammodo creditor in vita patris ſecundum Soc. iunior.in.l. in quartam n. 101. ad legem falcidiam.

Tertiò adduco doctri. Napod. in conſuet. ſi quis habens filios in
11 .§. verum de alim. prętan. nu. 4. † qui dicit alimenta quæ filio debentur,qui cum patre commorari non vult, virtute illius conſuetudinis, monaſterio, quod ille eſt ingreſſus applicari, ex quo alimẽtorum prętatio eſt perpetua .l. Mela.ff. de alimen. leg.Quicquid tamen ſit,in iudicando non recederem ab hac doctrina Napodani, vt alimenta tantum debeantur non legitima, vt ſuprà affirmauimus, niſi pater vergeret ad inopiam diſſipando bona ſua, ſic iuxta doctri. Paul. Caſt. in d. Authen. num. 2. dici tamen poſſet cogendum patrem ad aſsignandum aliqua bona pro alimentis, quæ ipſo mortuo in partẽ legitimæ computabuntur ſecundum doctri. Paul. Caſt.in d. Authen. ſi qua nu. 2.

12 Quintus caſus eſt an debeatur patri legitima de bonis filij, in quo cùm eadem ſit correlatiuorum diſciplina, refero me ad dicta in ſuperiori capite, vbi diſputauimus an filius poſsit legitimam de bonis patris ipſo viuente percipere, vt voluerunt Gloſ. in authen. ſi qua mulier Ant. But. nu. 29. Ab. 53. in d. cap. in præſentia de probatio. & communem ex ciuiliſtis, & canoniſtis affirmat Greg. Lop. in .l. 17. tit. pr. part. 6. verbo deſcendiſſem, quam æquiorem ipſe putat.

SVMMARIVM EX CAP. V.

1 *MINOR viginti quinq; annis bona in monaſterium transfert: licet alij contra nu. 5. in fin.*
2 *In alienatione à lege permiſſa,authoritas tutoris non requiritur.*
3 *Rerum alienatio perſonam ſequitur.*
4 *Lex prohibens alienationem fieri, non habet locum in alienatione ad pias cauſas.*
5 *Minor 25. annis de bonis ſuis in morte poteſt diſponere.*
6 *Minor abſq; Iudicis decreto alienare non poteſt.*
7 *Quæ ſpiritu Dei aguntur legi non ſubſunt.*
8 *Minor poteſt de bonis ſuis ad pias cauſas ante ingreſſum diſponere.*
9 *Donatio à minore facta monaſterio,tenet.*
10 *Minor ante religionis ingreſſum ſine curatoris authoritate teſtari poteſt.*
11 *Minor ſine curatoris authoritate donare poteſt.*

Prod-

12 *Prodigus in monaſterium ingrediens bona transfert.*
13 *Prodigus, & minor æquiparantur.*
14 *Mutus ingrediens monaſterium bona ſua non dedicat, ſed contrarium tenemus.*
15 *Mutus in feudo non ſuccedit, & quare.*

CAPVT V.

1 VARTO principaliter quæro quid in minore 25.annis dicendum ſit qui religionem ingreditur;& re uera nulli dubium eſt minorem xxv. annis eo quo profitetur tempore ſua in monaſterium bona transferre, ea inquam bona quæ tranſmiſsibilia ſunt, de quibus inferius dicetur, vt colligitur ac notatur ex dictis ſum.pontif.in cap. in prę-ſentia de probatio. vbi Inno. num. 5. Hoſt. nu. 8. verſ. oblationis ſuæ tempore,Ioannes And. nu.15. Anto. But. nu. 55. Bal. nu. 30. Panor. nu. 10. Imol. nu. 8. Dec. nu. 97. & Bero. nu. 199. Bellam. in cap. quanto nu. 13. de offi. ordin. idemq; ſtatuere noſtri iuris ciuilis profeſſores hic. vt Pet. Bellaper. in 2. col. verſ. ſed quæritur el. 2. Odoffre. nu. 4.Cin. nu. 8. Bart. nu. 48. & Iaſon. nu. 2. ſpecula. in titu. de ſta. monac. nu. 50. vbi Ioan. And. in addi. litera enim,Mari. Socci. tracta. oblatio. libello 9. quæſt. 5. Tiraquellus de legi. connub. Gloſ. 8. nu. 167.Lap. alleg. 25. nu. 30. vbi Adden.litera Q. & idem Lap. alleg. 106. nu. 2. Adden. ad Napoda. in conſuet. huius ciuitatis Neap. incip. ſi moriatur ſub tit. de ſucceſs. ab inteſ. litera B. fol. mihi 76. quod pariter admiſerũt ſummiſtæ,Angelus nempe in ſum. nu.2. Silueſt. & Armilla in verbo minor, quę opinio pluribus fulcitur rationibus.

Et primò ex tex. in authen. de mona. §. illud el. 2. quo loco liberam ante ingreſſum teſtandi facultatem ingredientem habere ſtatuitur, quæ verba cùm generalia ſint, hunc minorem non excludunt.

2 Secundò quia vniuerſalis alienatio quæ à lege fit in conſequentiam perſonæ permittitur, nec in ea curatoris authoritas requiritur, vt inſti. de acquiſ. per arroga. in principio iuncta .l. ſi arrogator .ff. de adoptio. ſed iſta alienatio fit in conſequentiam per-

ſonæ ex eius in monaſterium ingreſſu,vt patet in hac authen. ergo &c. ita argumentatur hic Iaſon. nu. 41.

3 Tertiò quia perſonæ dedicatione à lege conceſſa, rerum quoq; videtur permiſſa translatio .C. per veſtras de dona. inter virum & vxo. at ſuperius in verbo ingreſsi huius xxv. annis minoris dedicationem validam oſtendimus, & cùm hoc in matrimonio carnali, multo quoq; fortius in ſpirituali eſt admittendum, pro vt Alberi. hic probat nu. 19.

Quartò quia hoc caſu videtur facere quod diligens pater familias faceret, vt dicunt Cin. Bart. & Anto. Butri. loco cita.

4 Quintò quia lex ciuilis prohibẽs alienationem fieri per mulierem,vel minorem,non habet locum in alienatione quæ fit ad pias cauſas, ita poſt multos quos ſequitur, concludit Iaſon. hic num.6. ergo hoc tantùm locum habet quando ſimpliciter alienatio eſſet prohibita, ſecus verò ſi reſpectu certæ perſonæ ne ab ea diſcedat, vel ne ad eam perueniat prohibita eſſet, vt docuit Alberi. hic num. 13.

5 Vltimò pleriq; ex ſuprà relatis ſcribẽtes vt Pet.Bar.Alberi.Inno. Hoſt.& Abb.ea mouentur ratione † quia per mortem poteſt minor alienare ac de omnibus ſuis bonis diſponere .l. qua ætate .ff. de teſta.§. fina. quibus ex cau. manu. non licet, per mortem enim omnia alienantur authen. de nuptijs .§. deinceps; cùm verò ingreſſus pro mortuo habeatur .l. Deo nobis infra de Epiſ. & cleri: ſequitur vt dedicatio facta teneat.

Hæc tamen ratio non admittitur hic per Cin. qui ex mente Pet. hoc dicit, etſi Pet. hoc non dicat. Item nec per Bart. Dec.& Bero. d. loco,quia illud quòd de morte dicitur naturali, de neceſsitate procedit, hoc verò de voluntate. Decius tamen tribus contra hoc mouetur medijs, & primo quia hæc alienatio potius ex contractu videtur fieri, quàm ex vltima voluntate, ſi profeſsionis forma attendatur arg.l. verba contraxerit .ff. de verbo ſignif.Secundò quia licet poſt ingreſſum habeatur pro mortuo, qualitas tamen diſpoſitionis præcedens attenditur; illa enim diſpoſitio præceſsit & ſecundũ qualitatem eius iudicatur. Tertiò quia minor habilis habetur ad teſtandum, eo quòd teſtamentum reuocare poteſt: ſed hæc ratio ceſſat in hoc caſu, ergo Bart. ratio ex iuris diſpoſitione id procedere affirmantis melior videtur. Sed Abbatis aliorunq; impregnata ratio defendi adhuc poteſt; nam quòd primo dicitur non obſtat, cùm etſi per mortem naturalem neceſsitas indicatur & vo-

& voluntas per hanc ciuilem, hoc procederet, initio inſpecto antequam profeſsionem emittit, qua ſequuta neceſsarium fit quòd prius voluntarium fuerat; ſicuti etiam quando teſtamentum facit voluntariè diſponit: morte vero ſequuta fit neceſſarium,& per hoc etiam vltima impugnatio Decij tollitur. Nam etſi teſtamentum dum viuit reuocare poſsit, morte tamen ſequuta confirmatur. Quod idem videtur in dedicatione ſuæ perſonæ; nam ex primo ingreſſu, ſe ſuaq; ingrediens dedicat Deo, cum animo remanendi ſi religio placuerit: & hoc caſu voluntarius eſt actus,profeſsione verò poſt annum ſubſequente eius diſpoſitio confirmatur. Qua æquiparatione data,nihil obſtare videtur oppugnatio Decij.Quicquid tamen ſit,in hoc vlterius me non extendam, cùm huiuſmodi controuerſia non in concluſionis veritate, ſed in rationis vnius impugnatione conſiſtat.

Contrariam huius præcedentis ſententiæ opinionem tenuerunt Bulg. à Petro relatus & Hug. cuius meminit Odoffre. ſupra cita.

6 loc. ea moti ratione † quia minor ſua abſq; iudicis decreto alienare non poteſt, vt in .l. penult.§. 1.ff.de reb. eorum .l. lex quæ tutores infra. de admi.tutor .l. ob æs infra. de prædi. mini.Verùm hæc opinio & ratio ex adductis rationibus & authoritatibus nõ obſtat

7 quibus addatur & alia; nam † quæ ſpiritu Dei aguntur, non ſunt ſub lege cap. licet & c. ex parte de regulari. Item etiam quia nullo mihi probatur iure,bona quæ monaſterio dedicantur alienari, cùm durante ipſius vita apud ipſum manere videantur; nam victũ, veſtitum, & alia neceſſaria ab illo recipit, & ſi quoad liberam diſtributionem penes ipſum non ſint, cætera verò per monaſterium tanquam per procuratorem expleantur:poſt verò eius mortẽ apud ipſum monaſterium, vt hęredem, & filium remaneant vt in .§. ſed & hoc de præſenti in authen. de ſanctis Epiſ. & authen. niſi rogati ad Trebellia.

8 Hinc infertur primò,quòd nõ ſolum monaſterium ingrediendo, ſua illi dedicat,† verùm etiam ante ingreſſum poteſt de bonis ſuis ad pias cauſas diſponere ſine iudice, ſine tutore, vt concludit Mari Soc. in d. tractatu oblatio. libel. 9. q. 5. verſ. ad quod in fine: ſed contrarium tenet arg. legis 2.§. voto .ff. de pollicita. Innoc. nu. 5. Hoſt. d. num. 8. Ioan. And. Anto. But. n.55. Abb. num. 15. & cæteri in d. cap. in præſentia,Tiraquel. de legi. conub. Gloſ. 8. nu.167. Dicit tamen ibi Mari, Soc. in fine rectius fieri ſi decreto Iudicis tutoriſq; authoritate hoc faciat.

9 Secundò infertur donationem à minore factam monasterio valida esse, prout concludunt Abb. Dec. & Berous in d. c. in præsentia post nostram conclusionem.

10 Tertiò infertur minorem antequam religionem ingrediatur, sine curatoris authoritate testari posse vt voluit Anto. But. in d. c in præsentia nu. 55.

11 Infertur † etiam & quartò posse minorẽ absq; authoritate curatoris donare, vt latè prosequitur copiosissimus Tiraquel. post multos quos allegat. de legi. conub. Glos. 5. num. 72.

12 Eademque ratione qua quinta cõclusum est minorem sua omnia in monasterium posse transferre, deciditur † prodigum cui bonis interdictum est monasterio bona sua posse dedicare, prout docent Anton. But. in cap. in præsentia num. 55. & Abb. num. 54. de probatio. Lapus allega. 25. n. 3. & Mandos. in addit. litera E, & Iason hic, ille num. 29. iste n. 3. Additio. ad Bellaper. in hac authen. 2. col. & Silvest. vers. religio 6. num. 1. vers. 4. Huius quidem decisionis fundamentum est secundum Abba. quòd ingrediens religionem potest de rebus suis liberè disponere, iuxta tex. in .§. illud & 2. authen. de mona. † prodigus nãq; & minor æquiparãtur. l.

13 si curatorem habens, infra de integrum rest. min. ex qua idem deducit Curt. Iun. cons. 53. num. 5. vol. 1. Hæc etenim sancta dicitur prodigalitas, vt idem additiona. ad Bellaper. loco cita. voluit & in donando Ecclesijs omnis immẽsitas est mensura vt dixit And. Isern. in cap. 1. num. 10. vers. item si minores possunt, qui feudum dare poss.

14 Si verò mutus aliquis religionem ingrediatur, non possumus dicere illum Deo se, & bona dicare; nam cùm religiosus dicatur ex simplicis voti expressione, vt latè diuersis in locis huius Authen. probauimus & per Socci. Sen. cons. 62. col. 4. nu. 7. vers. circa quartam vol. pr. & hic votum exprimere non possit, sequitur dicendum nec sui, nec bonorum valere dedicationem, quod expressim docuit Socci. in d. cons. 62. & post eum Ioan. And. de nigris in cap. Regni priuilegia, in fine, qui tamen adijciunt curatoris accendente authoritate dedicationem valere & exemplificant in minore. A quorum opinione ijsdem rationibus quas adduxi in quæstione de minore apertissimè recedendum arbitror, eo magis quia vt suprà cõclusum est in verbo ingressi: professio tacitè & expressè fieri potest: & in tacita non esse necessariam expressionem verborum ex multis firmauimus, & vnum ex modis esse si per annum in monasterio

sterio permanserit. Et sic affirmo huiusmodi factam professionem sui ipsius, ac bonorum dedicationem. Importare posset tamen dici
15 pro opinione Socci. quod sicut in feudo dicimus † mutum non succedere, immo talem morbum superuenientem eum feudo priuare vt in cap. pr. an mut. vel fur. & voluit And. in cap. pr. episco. vel Abbatem .§. mutus nu. 5. & hoc ratione inhabilitatis, sic & idem dicendum hoc casu esset. Hæc tamen ratio non obstat; cùm enim hæc priuatio ratione inhabilitatis ad seruitia sequatur, id intelligendum est fieri pro interesse domini qui feudum dedit, vt tale seruitium reciperet. Verùm hoc casu huiusmodi ratio locũ habere minime potest, si quidem in monacho salus tantum animæ suæ consideratur, in monasterio vero seruitium: cui si iam placuerit eum recipere, sequitur vt quod semel placuit &c. l. sicut C. de actio. & oblig. cum concord.

SVMMARIVM EX CAP. VI.

1 *Professio fit in genere generalissimo, in genere subalterno, & in specie.*

2 *Bona professi in genere generalissimo acquiruntur religioni quam profitendi habuit animum, licet nos contra.*

3 *Bona professi in genere subalterno toti religioni acquiruntur.*

4 *Bona professi in specie, particulari monasterio acquiruntur.*

5 *Monachus translatus à suo monasterio si in alio reperiatur, arbitrio generalis bona eius dispensantur; de iure tamen communi particulari monasterio applicantur; quod sequimur.*

6 *Bona monachi translati à suo monasterio ad prioratum illi subditum, cui sint applicanda distinguitur.*

7 *Monachus præsumitur ex paterna hæreditate acquisisse, quando dubitatur vnde acquisierit, licet Mandosius contra.*

8 *Monachus translatus ad monasterium eiusdem ordinis primo non subiectum, secundo acquirit.*

9 *Monachus translatus ad monasterium alterius religionis, bona quæsita pr. in secundum transfert, alij contra, & tertij distinguunt quod sequimur.*

10 *Monialis translata ad aliud monasterium, bona primo dedicata in secundum transfert & quare.*

11 *Monachus ad secundum monasterium translatus, illi acquirit bona quæ postea obueniunt.*

Mona-

12 *Monachus institutus tempore quo erat in primo monasterio, si ad aliud transiens in illo adeat secundo acquirit, late disputatur.*

13 *Succedendi spes ante mortem quæsita verè non dicitur.*

14 *In hæreditate acquirenda primo vel secundo monasterio, inspiciendum est an primi vel secundi monasterij contemplatione sit institutus monachus.*

15 *Monacho relictum in dubio videtur contemplatione eius monasterij sub cuius denominatione relinquitur.*

16 *Monachus sub conditione institutus, si reperitur in secundo monasterio tempore quo verificatur conditio, secundo, non primo acquiret.*

17 *In acquisitione hæreditatis tempus delatæ, & conditionis impletæ inspicitur.*

18 *Legatum sub conditione monacho relictum, quæ adimpletur illo in secundo monasterio existente, secundo acquiritur.*

19 *Legatum purè monacho relictum acquiritur primo monasterio, etiam si ad secundum sit ille translatus.*

20 *Monachus existens in secundo monasterio sine licentia primi Abbatis, non acquirit secundo, si Abbas secundi, sciat monachum primi.*

21 *Monachus putatiuus qui reperitur in secundo monasterio, primo acquirit: sed alij contra sub distinctione.*

22 *Monachus putatiuus existens in secundo monasterio si instituatur contemplatione ipsius, illi, non primo acquirit.*

23 *Monachus existens in secundo monasterio, in dubio præsumitur acquisisse ex re istius secundi.*

24 *Monachus præsumitur acquisisse ex re primi monasterij, quando paulo post recessum emit, vel secundum monasterium erat indigens.*

25 *Monachus translatus de monasterio capaci ad aliud incapax, primo acquirit.*

26 *Hereditas delata monacho translato de religione incapaci ad capacem, tempore quo erat in prima, & nunc in secunda vult adire, consanguineis acquiretur, non secundo monasterio: sed alij contra nu. 28. quod sequimur dummodo non sit alteri quæsita.*

27 *In acquisitione hæreditatis tria requiruntur tempora.*

29 *In acquisitione hæreditatis additionis tempus inspicitur.*

30 *Frater minor effectus monachus, recuperat omnia iura, & ad successionem habilitatur.*

31 *Substitutus pupillo si ingrediatur ordinem minorum, & tempore mortis pupilli reperiatur monachus, admittitur ad successionem.*

32 *Frater minor effectus monachus recuperat bona donata ante ingressum sub conditione, vt ea liceret accipere in casu in quo in monasterio stare non posset.*

Stan-

33 *Stante statuto quod femina extantibus masculis excludatur, & frater minor masculus non impediat eam succedere, si factus est monachus excludit feminam re integra.*

34 *Frater minor ab Episcopo habilitatus ad proprium, recuperat sua.*

35 *Frater minor propter delictum ad monachatum translatus, non recuperat ius succedendi.*

36 *Relictum fratri minori pœnitentiario cuiusdam fraternitæ, si efficiatur monachus, vel Episcopus, acquiritur fraternitę, secus si fuit persona ipsius contemplata.*

37 *Monachus translatus ad aliud monasterium propter delictum, non transfert in illud proprietatem, sed vsumfructum, vel alimenta secundum aliquos.*

38 *Monachus propter delictum ad aliud monasterium translatus, ab vtroq; debet alimentari, si vtrunq; bona illius habeat.*

39 *Monachus ad aliud monasterium ob delictum translatus, à primo debet alimentari, quando neutrum ipsius bona habet: si verò nullum habet vnde alimentari possit, Capitulum generale prouidebit, & in subsidium ad Episcopum recurretur.*

40 *Monachus transiens ad secundum monasterium, postquam vagauit per curias principum primo monasterio acquirit.*

41 *Monachus fugitiuus si postea ad aliud monasterium transit, primo acquirit.*

42 *Monachus fugitiuus si ad laxiorem transierit religionem, cum omnibus bonis reuocatur.*

43 *Monachus eiectus non est recipiendus, quando vt incorrigibilis fuit eiectus.*

44 *Monachus quo casu debeat à religione expelli.*

45 *Monachus eiectus de monasterio si ad secundum transierit, primo non acquirit, si ab illo non fuerit postea receptus.*

46 *Seruus habitus pro derelicto non acquirit domino.*

47 *Monasterium non recipiens monachum reingredi volentem, ingratitudinem committit.*

48 *Monachus eiectus quando dicatur.*

49 *Monachus propter delicta carceratur.*

50 *In eiectione monachi à monasterio requiritur consensus capituli.*

51 *Monachus eiectus debet cum pœnitentia recipi.*

52 *Monachus iniustè eiectus, Episcopi authoritate restituitur, vel ad aliud monasterium transfertur.*

53 *Monachus iniustè expulsus primo monasterio acquirit.*

54 *Monachus iniustè reiectus recipiendus est in monasterio, à quo fuit iniustè expulsus.*

Officia-

55 *Officialis non potest à principe officio priuari absq; causa.*
56 *Monachus ægrotans si non fuerit à monasterio receptus, & aliud ingrediatur, secundo acquirit.*
57 *Oblatus qui ad arctiorem regulam transiuit, non potest in secundum monasterium bona transferre, quod reprehenditur.*
58 *Monachus ad Episcopatum legitimè promouetur sine dispensatione.*
59 *Monachus Episcopus effectus non desinit esse monachus.*
60 *Monachus tenetur monachalem habitum deferre, etiam effectus Episcopus.*
61 *Monachus Episcopus effectus excommunicatione punitur, si monachalem habitum deferat & Episcopalem assumat.*
62 *Monachus etiam Cardinalis effectus habitum monachalem non dimittit.*
63 *Monachus effectus Summus Pontifex habitum monachalem non dimittit.*
64 *Sixtus V. & Pius V. Pontifices maximi laudantur, qui habitum monachalem non dimiserunt.*
65 *Franciscus Aluarez à Riuera Dominus meus commendatur.*
66 *Monachus effectus Episcopus non absoluitur à tribus regulæ substantialibus*
67 *Nec ab alijs religionis disciplinis quæ non impediunt officium Episcopale.*
68 *Monachus effectus Episcopus liberatur ab obebientia Abbatis.*
69 *Monachus effectus Episcopus potest habere proprium etiam si sit frater minor.*
70 *Monachus effectus Episcopus tenetur ad uitam monachalem.*
71 *Item liberatur ab accidentalibus regulæ.*
72 *Accidentalia regulæ quæ sint.*
73 *Monachus effectus Episcopus liberatur ab omnibus monachalibus obseruantijs, quæ sunt impedimento ad Episcopatum administrandum.*
74 *Monachus effectus Episcopus non debet cum luxu, sed religiosè viuere.*
75 *Monachus effectus Episcopus si deliquerit punitur iuxta poenas monachales.*
76 *Monachus effectus Episcopus, non liberatur ab abstinentia carnium.*
77 *Monachus effectus Episcopus, non tenetur ad officium monachale dicendum.*
78 *Monachus Episcopus effectus bona iam dedicata non recuperat.*
79 *Hæreditatem delatam monacho, si efficiatur Episcopus potest adire & acquirit Ecclesiæ suæ, non monasterio.*
80 *Legatum sub conditione relictum monacho, quæ verificatur ipso iam effecto Episcopo, illi, non monasterio quæritur.*

Mona-

81 *Monachus effectus Episcopus bona postea quæsita suæ Ecclesiæ acquirit.*
82 *Donatio ab Episcopo facta consanguineis de pensione quam sibi reseruauerat, decreto sacri Regij consilij renocata fuit, & Ecclesiæ applicata.*
83 *Bona quæsita à monacho effecto Episcopo simpliciter confirmato Ecclesiæ acquiruntur.*
84 *Item si post electionem dum ad Episcopatum transfertur.*
85 *Episcopus clericus acquirit sibi quæ ex paterna hereditate, vel alia successione obuenerunt, & ad suos hæredes transmittit, & de illis testatur, quod secus in Episcopo monacho.*
86 *Monachus effectus Episcopus quare monasterio suo non acquirit.*
87 *Frater minor effectus Episcopus, Ecclesiæ suæ acquirit quæ sibi ex successione peruenerunt.*
88 *Cautela quòd in dubio præsumatur Episcopus acquisisse de bonis Ecclesiæ.*
89 *Monachus effectus Episcopus si habilitatur ad proprium à sum. Pontif. potest sibi acquirere.*
90 *Monachus effectus Episcopus potest donare, quod intelligitur de modicis.*
91 *Episcopus in infirmitate donare non potest.*
92 *Monachus translatus ad ecclesiam secularem parrochialem cui acquirat.*
93 *Monachus effectus Episcopus agit nomine proprio vel Episcopatus pro recuperatione librorum suorum, quos alius detinet.*

CAPVT VI.

SEQVITVR successiuè quintò loco inspiciẽdũ quid in monacho sit dicendum, qui in vno monasterio profitetur, & in alio reperitur: quæ nanq; bona transferat, quæ ve illi monasterio cedant, quòd est ingressus; in quo more solito per casus procedemus, vt clarius quod proponimus appareat.

1 Et primus casus est quando transit ad aliud monasterium eiusdem ordinis, quo scilicet casu est præmittendum † professionem fieri in genere generalissimo, & hanc esse eorum qui vel in manibus Episcopi, vel alterius, substantialia vota religionis seruaturos promiserunt; de quibus potest loqui tex. in cap. quòd interrogasti 27. distin. cap. quem primogenitores 20. quæst. 1. cap. vidua 27. quęst. 1. & capite consulti de regulari. vel cui libertas est legata, vt monachus efficiatur, & ipse legatum acceptauit, de quo in cap. fin. de condi. appos. vel qui infra annum

profeſſus eſt regulam prædicatorum, vel minorum, cap. non ſolum de regular. in 6.

In genere ſubalterno, vt qui generaliter certam regulam, vel ordinem profitentur veluti prædicatorum, vel minorum; in ſpeciè verò profitentur illi qui certæ religionis, certo & particulari ſe de-
2 dicant monaſterio. † Qua diſtinctione præmiſſa dicendum eſt, bona iſtius profeſsi in genere generaliſsimo acquiri illi religioni in genere, quam habuit animum profitendi; debent tamen per Epiſcopum diſpenſari, talis enim profeſſus Epiſcopo eſt ſubiectus cap. qui verè 16. quæſt. 1. & proprio Epiſcoporum arbitrio eſt commiſſa diſpenſatio. l. nulli, infra de Epiſ. & cleri: ſed Nauar. in tracta. de regul. in ſecundò coment. in repet. cap. non dicatis 12. quæſt. 1. num. 5. contrarium affirmat, volens non religioni, ſed ſibi ipſi acquirere, ex quo iſte non eſt verè religioſus, cùm matrimonium ab illo contractũ firmum maneat, quamuis peccet; vnde cùm non minus ligetur voto caſtitatis, quàm paupertatis, & illud poteſt diſſolui, licet peccet: ergo dicendum eſt ſibi acquirere; ſed dum Calderi. ſequitur, credo, ni fallor, deceptum eſſe, quia nec in 23. nec in 27. conſ. tit. de regulari. hoc dicit.

3 In ſecundò etiam caſu bona toti ordini, non monaſterio particulari acquiruntur, ea potiſsimum, & communi ratione: nam eius debet eſſe commodum cuius eſt incommodum cap. qui ſentit de reg. iur. in 6. cum concordant: mihi autem prior ſententia ſatis placet, nam ex votorum expreſsione animum dedicandi in obſequuum diuinæ Maieſtatis bona habuiſſe apertiſsimè colligitur, ex quo ad arbitrium Epiſcopi faciendã eſſe diſpenſationem non ambigitur. Illa verò ratio qua mouetur Nauarr. non ſatisfacit, nam etſi matrimonium contrahere poſſum, illud abſq; peccato facere non poſſe non dubitatur. Cùm ergo quæ ſine peccato fieri non poſſunt illa nos facere non poſſe certiſsimũ ſit. l. cum filius. l. de Cond. inſtitutio. ſequitur, vt huiuſmodi bonorum applicatio Eccleſiæ cõmodis, non proprijs vouentis fieri debeat, cùm monaſterium ſuo monacho obligetur ad alimenta, vt not. in cap. 1. de infan. & languid. expoſit. vbi Gloſ. & hoc caſu prout ex forma profeſsionis apparet non ille, ſed totus ordo obligetur, ergo & toti ordini bona ſunt applicãda. Nam quòd totus ordo obligetur, ex eo patet quòd ille qui recepit profeſsionem, non intendebat ex forma profeſsionis iam dictæ monaſterium obligare, vnde dicendum eſſet, aut profeſsionem nullam quantum ad ordinem, aut illum eſſe obligatum; & nul-

& nulli dubium eſt, illum qui ad ordinem recepit eum potuiſſe obligare, aut ex ordine præcedenti ſuperioris, aut ex illius ratihabitione, aut verò, & rectius, ex conſuetudine, & ſtatutis ordinis.

4 In tertio verò caſu bona illi tantum monaſterio dicantur, quod eſt ingreſſus, & ita loquitur tex. hic noſter. Hæc omnia eleganter poſuit Calderi. conſ. 23. de regulari. quem ſequitur Anto. But. n. 64. Ab. nu. 66. & Berous in cap. in præſentia de probatio. n. 545. egregius & inſignis Doctor. Nauarr. in tracta. de regulari. in ſecundo comen. ſuper cap. non dicatis 12. quæſt. 1. nu. 5.

5 Ex quibus patet reſponſum ad propoſitam quæſtionem, quando tranſit ad monaſterium eiuſdem ordinis: ſi enim pro vt communiter nunc practicatur, qui in vno monaſterio vel prouincia eſt profeſſus, ad aliud tranſmittitur, nihil illi dedicat, cùm ad arbitrium Generalis ordinis bona diſtribuenda veniant, quod pariter eſſet dicendum de bonis poſtea quæſitis; & ita decidit ex Inno. in cap. cum deputati. de iudi. in cap. olim el pr. de reſtit. ſpoliat. in cap. cum olim de teſt. & cap. cum venerabilis & religioſ. dom. Calderi. loco cita. quem ſequitur Ludoui. Rom. in. l. ſi ſeruus eius qui n. 11. de acquir. hæred. & Berous in d. cap. in præſentia nu. 546. ſed de iure communi, particulari monaſterio, vbi eſt profeſſus applicantur. Hæc tamen generalis vnio monachorum procedit, per ſtatuta particularia à ſum. Pontif. approbata, pro vt voluit Ab. in d. cap. in preſentia nu. 65. ſecundum quæ eſt iudicandum arg. eius quod dicit gloſ. in cap. generi. de reg. Iur. in ſextò & Dec. in reg. in toto. ff. de reg. iuris, & Nauarr. loco cita. Verùm hodie cùm ſint introductæ filiationes quas vocant, ideſt quòd qui habitum ſuſcipit in vno conuentu, illius filius dicatur ita vt ſcilicet ſubſit priori generali, vel prouinciali, & poſsit ad libitum ab vno loco ad alium duci, ab illo tamen conuentu debet alimentari, & ad illud ſemper poteſt petere regreſſum, quod debet concedi, dummodo aliquod inconueniens inde non ſequatur: ſequitur quod illi monaſterio applicentur eius bona, eo maximè quia ceſſat ratio per Calderinum adducta, quòd illud monaſterium non obligetur ad eum alimentandum.

6 Secundus caſus eſt † quando eſſet eccleſia ſubiecta monaſterio principali, quæ prioratus apud nos, ſed vulgariter, grancia nuncupatur, & illi Abbas aliquem monachum præpoſuit; quo caſu dicendum eſt, quòd ſi ex re illius eccleſiæ quærit, vel ex opera ſua, illi ſit applicandum, ex quo illa videtur vſufructuaria illius mona-

chi, sin autem quærit ex successione, tunc primo monasterio veniunt applicanda bona, quia adhuc sub illius durat obedientia, ita voluit singulariter Bart. per illum tex. nu. 6. in .l. si seruus communis ita stipuletur .ff. de stipula. seruo. & in .l. sed & si quis stipuletur .§. interdum .ff. de vsufru. quem sequitur Barba. ibi in additio. & Roman. in .l. si seruus eius qui nu. 10. de acquir. hæredi. Bero. in cap. in præsentia nu. 549. & primum huius distinctionis membrum approbat Nauarr. in d. tracta. de regular. in secundo commen. nu. 6. vers. 8. infertur Ancar. in cap. cum olim el secũdo in fine de priuileg. Bal. in addi. ad specul. de statu mona. col. 2. Bart. in .l. sed & si quis interdum de vsufru. Alcia. cons. primo nu. 24 lib. pr. Bal. in cap. in præsentia nu. 17. de probatio. & ita est intelligendus Napod. in consuet. si quis vel si qua nu. 255. & Alua. nu. 30. loco cit. de ecclesia commendata.

7 Si tamen dubitetur ex cuius bonis acquisiuerit hic monachus, respondet Lap. post Pil. in d. alleg. 61. nu. 5. vers. ad secundum ex hæreditate paterna præsumi in dubio acquisisse; sed contrarium, & optimè voluit Mandosi. in addi ad Lap. in d. allega. 61. vers. præsumendum, dicens non ex hæreditate, sed ex re monasterij acquisitum præsumi, non obstante reg. quod in dubio præsumatur bonum & non malum vulg. l. merito .ff. pro tot. Inno. in cap. dudum el secundo nu. 13. vers. item in huiusmodi de electio. nam illa regula inter alias limitationes non habet locum, quando agitur de præiudicio tertij Abb. & Feli. in cap. cum in iure de offi. de leg. in prin. & quando est præsumendum actum legitimè factum, debet requiri prius probatio causæ, quæ potuit actum illum licitum reddere, pro vt in d. l. merito, vbi supponitur quòd ille erat dominus illius partis rei qua vtebatur, quæ qualitas facit ipsum præsumi quod potius volebat vti vt re sua, quàm furtum facere: Lapi tamen opinionem tuetur: at ipse Mandosium sequor.

8 Tertius casus consideratur quando esset in alio monasterio eiusdem ordinis, non subiecto Abbati primi monasterij, nec alij: & tunc illi monasterio quærit secundum Bart. loco cita. qui id noluit per tex. in cap. cum olim de priuileg. el secundo, vbi Inno. & alij, & cap. statutum 18. quæst. 1. quem non adductum sequitur Nauarr. loco cita. id amplius volens intelligi in benef. regulari etiam non subiecto, non pleno iure, sed ordinario, saltem quòd ad institutionem, & destitutionem: quia cùm sit exemptum à potestate superioris, cùm non possit inde monachus amoueri, nec ad

ad claustrum reuocari, nec aliquid iubere de pertinentibus ad illam ecclesiam, sed pensionem tantum ad summum petere, illi acquirit, Immo & fortius etiam si pleno iure subsit, dummodo ad nutũ non sit amouibilis, adhuc monasterio huic secundò quęrit, Anchar. in cap. cùm olim el secundò de priuileg. in fine.

9 Quartus est casus quando transit monachus ad aliud monasterium alterius religionis, ex quo ibi arctior seruatur regula, vel ad æqualem, vel laxiorem de licentia summi Pontificis, vt diximus in verbo ingressi; & hoc casu distinguendum est quoq; inter bona quę sita vel quærenda. Nam in primo casu voluerunt Host. num. 4. Io. And. num. 7. Cardinalis Zaba. col. 3. vers. si autem ingressus, Ant. But. num. 9. vers. quarta solutio, Henric. Boich. num. 2. in fine, Anchara. num. 9. & Abb. in fine in cap. quòd à te de cleri. coniug. bona ad secundum monasterium transire. Quod idem receperunt Archidia. in cap. si autem 17. quæst. 4. idem Anchar. in reg. accessorium num. 11. vers. 6. oppono. Anto. Corsetus in reperto. Feli. ver. monachus si exiuit monasterium: & mouentur ad hoc per cap. ex transmissa de renuntia. cap. si quis rapuerit 27. quæst. 1. & .§. fina. in authen. de sanctis Episc. & vnanimes eam aducunt rationem, quòd non debet secundo monasterio esse onerosus. Item Cardin. ibi voluit æquiparari doti .l. 1. cap. de rei vxo. actio. l. vnica. §. cum autem cap. de dote post diuortium restitu. & sic cùm illa restituatur soluto matrimonio, sic ista bona restituenda veniunt ipso in aliud monasterium translato.

Contrariam huic opinioni sententiam firmat specul. in tit. de stat. mona. vers. 6. quæritur nu. 10. Lap allegat. 61. num. 6. Card. in d. cap. quod à te col. 3. in fine vers. verius, Paul. Cast. in .l. inter antiquam cap. de vsufru. & Couarru. in c. 1. de testa. nu. 2. Siluest. vers. religio 4. num. 10. col. 2. asserentes nullo pacto primò monasterio quæsita in secundùm transire, pro qua adducitur tex. cum Glos. in cap. statutum 18. quæst. 1. tex. & ibi Glos. in .§. si verò relinquens monasterium in authen. de mona. & arg. l. cum in adoptiuis .§. si verò cap. de adoptio. Panorm. in cap. fin. de regul. num. 3. vers. si uerò intrauit, dicens quòd ante ingressum secundi, remansit monachus primi monasterij arg. cap. si quis eam 21. quæst. 2. & hanc opinionem tenet Nicol. de Vbal. tracta. de succes. ab intes. n. 12. vers. 2. casus tam in bonis ante, quàm post ingressum quæsitis; dummodo tamen non sint data contemplatione ingressus.

Tertia verò est eorum sententia qui mediam viam eligentes voluerunt,

luerunt, bona quoad proprietatem non transire in secundum monasterium, sed quoad vsumfructum tantum ex illa, quam diximus ratione, ne secundò monasterio sit onerosus,quam probarũt Host. in sum. de cleri. coniug.§. fin. Imol. in d. cap. quòd á te & alij per Couarr. citati in d. cap. 1. num. 21. vers. hactenus, Angel. in sum. ver. religiosus num. 45. & in specie tenuit Socci. cons. 12. vol. 3. n. 13. versi. his tamem non obstantibus, dicens communem esse canonistarum hanc sententiam, & innuit in cons. 222. col. 2. vers. nos autem sumus :licet in facto principali illius consilij teneat primam opinionem, ex quo loquitur in moniali, ratione dotis, quod tamen Cardi. loco citato intelligit procedere, quando monasterium secundum ita egeret, quòd non habeat monachus vnde viueret.

Mihi autem secunda videtur verior opinio,pro qua facit optima ratio; nam iste sic transiens ad secundum monasterium, filio emancipato æquiparatur secundum Bal. in cap. clerici. de vit. & hon. cleri. in fine & in cap. in præsentia de proba. nu. 19. qui bona per ipsum patri quæsita non repetit, quę vero ex post facto acquirit,sua facit, nec obstant contraria nam cap. ex transmissa respondent Glos. & Inno. ibi illud ex eo factum, quòd bona ea conditione data erant, vt eo recedente liceret bona secum ducere, Item illud iure poli: non iure fori, procedere;quod optimè declarat ibi Cardin. col. secunda in fine quòd non iure, sed misericorditer bona restituta fuerunt.Sed aliter respondeo illud locum habere in clerico, qui potest proprium retinere, & tamen ex sui deuotione bona in illam ecclesiam contulerat, quoad ibi permaneret, non verò in monacho, qui ex quo se dedicat nullum ius repetendi potest habere, ad reliqua iura respondet Couar. locum habere in eo qui propter delictum ad illud monasteriũ transfertur:& propterea in hoc casu est prouidendum ne secundo monasterio sit onerosus,& sic procedere potest tertia opinio. Nec obstat quod Socci. voluit in d. cons. 52. nu. 12. quòd videantur data ea conditione, si ibi remanserit,cùm id sit contra cap. statutum 18. quæst. 1. quod in monacho ad Episcopatum translato disposuit, non posse aliquid de rebus monachatus tempore quæsitis, petere, & sic firmum hoc remanet.

10 In moniali autem ex quo principaliter ex consuetudine videmus bona data esse contemplatione ingressus, & ex causa dotis, illius naturam sortiri videntur, eo magis quia in hac potest magis

gis verificari consideratio illa canonistarum, ne sit onerosa secundo monasterio, & propterea cum Socci.d. cons. 222. vol. secundo pro nunc transeo. Posset autem dici colligendo ex dictis doc. in d. cap. quod à te & præsertim D. Cardinalis,quòd si sunt bona data contemplatione ingressus ab ipso ingrediente, vel alio, procedat opinio eorum, & hoc simile esset doti, sed si sunt data ante, vel postea peruenerunt, non videtur ratio cur debeant illi restitui.Dicit tamen Ab. in cap. cum olim el secundo nu. 6. de priuileg. omnia acquirere huic secundo post translationem ad ipsum, & iura loquentia, quod quicquid acquirit monasterio cedit illi, intelligenda dummodo ipse permaneat in illo.

11 Sed nunc videamus quid erit dicendũ de bonis quærẽdis;nã cùm sit trãslatus ad secundũ,& eius monachus effectus,illi acquirit pro vt voluit Ab. in cap. fin. de regu. nu. 3. vers. si vero intrauit aliud.

Verùm adhuc maior venit enucleanda difficultas in vno ca-
12 su, scilicet † cùm institutus est hæres tempore quo erat, in isto monasterio, & demum ad aliud est translatus, in quo adijt hęreditatem, an primo vel secundo acquiritur hæreditas. in qua Bart. per illum tex. in .l. 2. §. si seruus .ff. de bono. posses. secundum tabul. voluit in secundum monasterium huiusmodi ius transferri, quem sequuti sunt Bal. & Angel. in .l. si quis mihi .§. seruus .ff. de acquire. hæred. Roman. in .l. si seruus eius qui, per illum tex. qui tempus aditæ hæreditatis considerat .ff. de acquir. possessio.Io. And. in cap. religiosi nu. 30. vers. sed quid si intret. secundum de regul. id etiam voluit Feder.Senens. cons. 20. loquens in Episcopo ex Archidia. in cap. 1. 18. quæst. 1. Bero. in d. cap. in præsentia nu. 551.

Hanc opin. impugnat Couar. loco cita. nu.21. ante vers. quod si velis Nicol. ab Vbal. in tracta. success. ab intesta. clericorum regul. nu. 12. vers. secundus casus, qui voluit nullum primo monasterio generari præiudicium quo minus possit delatam adire hæreditatem, & credo eum motum ex doctri. Inno. col. prima in fin. in d. cap. in præsentia, qui asserit monachum ex professione quam fecit obligasse monasterio se & sua, non modo præsentia, verum etiam futura; & ipse post Alex. quem non adducit, in d. l. si quis .§. seruus, dicit huius quæstionis decisionem ab illa dependere, an liceat nonasterio hæreditatem capere monacho inuito,vel mortuo, quod negauit Bart. in .l. 1. nu. 21. de vulg. & pupillari, quem sequitur inibi Socci. nu. 19. & 20. & in cons. 52. nu. 4. vol. secundo

dicens

dicens communem esse apud iuris Cæsarei professores;& sic ipse posteriorem hanc sententiam, quòd non tantum ascendentium, verúm & extraneorum hæreditatem ipso monacho etiam mortuo, monasterium primum adire posset, post Io. And. Anto. & alios in c. in præsentia:& communiter à canonistis receptam defendit, & testatur Couar. loco cita.

Mihi autem semper placuit subtilibus rationibus postpositis, quæstionem per veras & reales rationes decidere. Qua de re in proposita considerabam decisionem Vlpiani in d. l. 2.§. si seruus .ff. de 60. poss. secundum tab. cuius in id verba sunt hæc:Quare si mortis tempore Sticus hæres sic institutus fuerit seruus Sempronij, nec Sempronius eum iusserit adire, sed vel decesserit, vel etiam eum alienauerit, & cæperit esse Septitij: euenit, vt si Septitius eum iusserit, Septitio deferatur bonorum possessio: ad hunc enim hæreditas pertinet. Vnde si per multos dominos transierit seruus, tres forte vel plures, nouissimo dabimus bonorum possessionẽ. Cuius tex. authoritate fretus Bart. ausus fuit affirmare ad secundum transire, & ego non reperio adhuc aliquem illi respondentem. Posset tamen hoc dici, quòd vt suprà conclusum est, monasterium æquiparatur seruo vel filio, pro vt melius illi expedit, & sic si non potest nolente seruo, poterit nolente filio pro vt latè per docto. in d. l. 2. d.§. si seruus & in .l. 1. cap. qui admitti. Verùm id negare nunquam cogitaui, nec etiam canonistarum inficiari opinionem: sed alia ratione Bart. in hoc casu veriorem esse sententiam affirmare, vnde sciendum animaduertebam illud ius quod monasterio competit, ratione personæ competere: quod clarum est ex verbis huius tex. nostri, & ecclesiam contra ecclesiam certare; ex quo dicebam conquassari priuilegia per tex. in .l. sed & similes vbi Bart. in prin. ff. de excus. tuto. cum alijs per nos adductis in .l. fin. de constitutio. prin. in secunda part. cap. 8. Cùm ergo nullum ecclesia habeat aduersus aliam priuilegium, succedit vt locum habeat tex. allegati decisio. Et hoc postea magno meo cum gaudio reperi confirmari ex doctr. expressa Bartolom. Socci. in .l. 1. §. per seruum de acquir. hæredi nu. 12. vers. ad secundam rationem: quia deficiebat mihi tunc authoritas doctoris; & non mirum quia erat vigilia diei festi sanctissimi Thomæ Aquinatis mei patroni, quem peculiari veneror deuotionis affectu. Et redeundo ad primum assumptum, cùm istud ius adeundi, monasterio competat ratione personę, illa cessante, debet etiam illud cessare, eo ma-

eo magis quia ad aliam Ecclesiam transitum fecit. Nec refragatur hoc opinio canonistarũ, quam non reprobamus, quoniam illa habet locum monacho existente, sed nolente adire, vel etiam ipso mortuo prout supra diximus in verbo ipso ingressu, & in præfationibus huius verbi: hic verò nec viuus, nec mortuus ibi reperitur, & si dicatur quòd reperiebatur tẽpore delatæ hæred. licet nõ aditę, imputet sibi Abbas, prout dicũt canonistę supra in quarto casu relati in eo qui recipitur absq; licẽtia,& verũ est prout infra in quęst. de dolo latè probauimus posse Abb. in quærẽdis monasterio prę iudicare.

Confirmantur hæc quæ diximus vltimo loco per Couar. in d. c.
13 7. de testa. num. 20. vbi dicit † spem succedendi ante mortem non esse verè quæsitã, ita ut hæreditas quæ expectatur inter quæsita bona cõnumeretur. Et propterea cùm personę cohæreat, cũ illa transire debet prout sensit Abb. in d. cap. quod à te in fine, dum respondet ad tex. in cap. pr. 18. quæst. 1. eo maximè quod in suprà proposita quæstione omnes Iuris Pontif. professores in d. cap. quòd à te considerabant, ne esset secundò monasterio onerosus, & hac de causa dicebant quæsita in aliud deferre. Qua de re ex supradictis veriorem Bart. sententiam puto,& sic hęreditatem ad secundũ monasterium pertinere;& amplius sunt admittenda, quę eo in loco ad-
14 dit Bart. quem sequitur Rom. n. 8. in d.l. si seruus eius qui, † quòd sit inspiciendum an contemplatione primi monasterij sit institutus; quo casu ad primũ spectare affirmauit, quæ est opinio ęquior, quam sequitur Bero. in d. cap. in præsentia nu. 548. arg. l. fideicommissa. §.
15 interdum de leg. 3. & cap. requisisti de testa. & † in dubio affirmat illius contemplatione relicta videri, sub cuius denominatione monachus est effectus. Nã si(vti nquit ipse) sub prima denominatione relinquitur, primo acquirit, si secũdæ, secũdo quęrit, sicut in filio dicimus, cui patris contẽplatione videtur relictũ, si eius nomẽ exprimatur,& filij, si simpliciter ille sit institutus hęres, tex. ẽ in.l. penul. C. de iure de li. vbi Bart. & idẽ in.l. filio familias de cõdi. & de most. & in.l. fin. ff. de vsufru. & idẽ Berous in cap. Rainut. de testam. in pr. nota.
16 Hinc infertur, quòd si monachus dũ esset in pr. monast. institutus fuisset sub cõditione,& existẽte in secũdò verificata esset, hæreditas illa nõ primò, sed secũdò monast. in quo reperitur acquiritur,& est notabile dictum Rom. in sępius alleg. l. si seruus eius qui n. 6. de ac-
17 quir. hæredi. † quoniã in acquisitione tempus hæreditatis delatæ inspicitur, vt in d. lege si seruus,& etiam existentis conditionis & hoc voluit ipse aduersus Io. in Clemen. dum concessa de electio. & electi:

poteſt cuius dictum ſaluat quando contemplatione primi monaſterij fuiſſet inſtitutus.

18 Ad confirmationem ſupradictæ cõcluſionis infertur † legatum ſub conditione relictum, dum eſſet in primo monaſterio, quæ verificatur ipſo in ſecundo exiſtente, huic ſecundo competere .l. quæ legata de regul. iur. l. ſi vxorem .C. de conditio. inſert. l. ſi legati .ff. de pignor .l. ſi vſufructus .ff. quando dies leg. cedat: cuius ea eſt ratio, quia in vltimis voluntatibus ſpes non trãſmittitur .l. ſi cum hæres .ff. quando dies leg. cedat arg. cap. ſi qui Epiſcopi 92. diſtinctione cap. ſi quis iam 21.queſt.2. ſed bene in contractibus tex. in .§. ex conditionali inſtitu. de verbo. obliga. & hoc voluit Archidia. in cap. ſtatutum 18. queſt. 1. quem ſequitur inibi Bellam. & Couarr. in d. cap. 1.

19 Quod ſecus eſſet in legato purè facto, vt affirmat idem Ludoui. Rom. poſt Gloſ. in dicta .l. 2. §. ſi ſeruus in d. l. ſi ſeruus eius qui nu. 8. in fine,& quę diximus de hęreditate locum habent, quando eſt translatus ad monaſterium alterius ordinis; nam ſi eſt translatus ad monaſterium eiusdem ordinis, omnis ceſſat difficultas, ex ſupradictis in prędmiſsis ad hanc queſt. & illud tantum inſpiciendum reſtat, an huius ſecundi, vel primi contemplatione ſit relictum, quod voluit Berous in d. cap. in prędſentia nu. 548. Quę verò acquiſiuit, poſtquam ad ſecundum monaſterium eſt trãslatus, illi dedicat, vt voluit Nicol. ab Vbal. dicto tracta. de ſucceſſ. ab inteſ. cleri. reg. fol. 19. nu. 129.

20 Quintus eſt caſus quando monachus in alio monaſterio ſine licentia Abbatis reperitur; & tunc ſi Abbas ipſe, qui eum recepit ſciebat eum monachum alterius monaſterij, debet illum cum bonis ſuis priori monaſterio reſtituere, arg. eorum, quę dicuntur in cap. Abbates 18. queſt. 2. & quæ voluit Abb. in d. cap. quod à te de cleri. coniug. nu. 7. Angel. in ſum. verb. religioſus nu. 45. licet indiſtinctè loquatur, expreſſè tamen docuit Bart. in .l. ſi ſeruus teſtamento & .l. ſi ſeruus communis ita ſtipuletur nu. 6. de ſtipula. ſeruo. Bal. in .l. ſi alienus ſeruus eodem titu. & Roman. ſingulare dictum putans in .l. ſi ſeruus eius qui nu. 12. de acquir. hæredi. qui tamen voluit, ſed cogitandum reliquit, Capituli ſcientiam requiri, nec ſolius Abbatis ſufficere conſenſum, quod reicijmus ex infra dicendis in queſtione de dolo. idem voluit Socci. in d, l. 1. §. per ſeruum nu. 7. de acquiren. poſſ. quia monachus æquiparatur ſeruo, & ille non quęrit poſſeſſori malæ fidei d. l. 1. §. Item acquirimus

mus verſ. ſed per eum; ſed hoc limitat ipſe, quando aliquid acquireret intuitu monaſterij, cuius nomine poſsidetur arg. eius quod habetur in cap. requiſiſti de teſtam. & Abbas ita voluit in cap. fin. de regular. & Rom. in .l. ſi quis mihi bona num. 3. de acquir. hæredi.

21 Si verò Abbas hic ſecundus ignorabat, & ſic † in monacho putatiuo loquimur reſpectu huius monaſterij, & etiam in eo, quod dicitur de monacho, qui ab altero monaſterio poſsidetur bona fide: in hoc caſu voluit Paul. Caſt. in .l. 1. §. item acquirimus de acquir. poſſeſsio. per illum tex. quem poſt Bart. ſequitur Alex. in d. l. 1. §. per ſeruum, vbi Iaſon. & idem Caſtrenſ. in .l. quicquid filius eod. titu. & Imol. poſt Rainor. in .l. iuſto errore de vſucap. nu. 7. omnia primo monaſterio acquiri, ea potiſsimum ratione, quam perpendit Alex. loco citato; quia monachus filio, vel ſeruo æquiparatur, pro vt monaſterio erit vtilius. Cùm ergo per filium ab alio poſſeſſum, nihil domino, ſed patri acquiratur, vt per tex. in .l. iuſto errrore de vſucap. voluit Immol. loco cita. & per ſeruum acquiratur poſſeſſori bonę fidei ex opera ſua, ſecundum quod voluerunt per illum tex. in .l. ſi ſeruus communis Bart. & alij ibi, & communiter ſcribentes in d. §. per ſeruum, dicendum eſt magis filio æquiparari, quàm ſeruo, eo magis quia liber homo non poſsidetur .l. cum hæredes .§. fin. de acquir. poſſeſsio.

Secundò quia illa poteſtas quam habet Abbas in monacho, non habet iure poſſeſsionis, ſed iure monaſticæ poteſtatis, & ſic ad primum, non ad ſecundum monaſterium bona ſpectare debent.

Sed contrarium plures ex noſtris affirmant, ſub hac tamen recta diſtinctione, aut acquirit ex re monaſterij, aut ex re illius ſimul cum opera monachi, & illi abſq; dubio quærit, in quo reperitur, hoc voluerunt Bart. in .l. ſi ſeruus communis ita ſtipuletur 3. queſt. vbi Immol. in .l. ſi ſeruus teſtamento de ſtipula. ſeruo. Rom. in .l. ſi quis mihi bona nu. 3. de acquir. hæredi. Areti. in .l. 1. §. item acquirimus nu. 55. de acquir. poſſeſsio. Paul. Caſtrenſ. in .l. ſi ſeruus de verb. oblig. Socci. in .l. 1. §. per ſeruum de acquir poſſeſsio. nu. 12. & de re tantum monaſterij idem concludit Rom. in .l. cum fundus .§. ſeruum tuum nu. 14. ff. ſi cert. peta.

Aut eſt inſtitutus contemplatione ſecundi, & illi acquirit, ita Socci. in d. §. per ſeruum nu. 9. aut verò ex alia cauſa quærit, puta ex ſucceſsione vel donatione, tunc monaſterio primo quod habet ius in eo acquirit, ita voluere ſupra relati ſcribentes. † Si autem

non apparet vnde quæſierit Bar t. in d. l. cum fundus, cogitandum relinquit, ſed Roman. indiſtinctè voluit in dubio ex re ſecundi monaſterij acquiſiſſe p̃ſumi, quia idẽ in ſeruo dicitur, & hãc Rom. ſententiã eo nõ adducto probat, & ſequitur Mãdoſ. in aditio. ad La pũ alleg. 61. ibi in ver. præſumendum, cuius ſententiã probamus.

Et pro fundamento huius opinionis adducitur, quia in actu acquiſitionum magis æquiparatur ſeruo, quàm filio, qui ſeruus omnia acquirit domino Alex. in d. §. per ſeruum & tex, in cap. cum ad monaſterium de ſtatu mona. cum concor. per Socci. addu. in d. §. per ſeruum nu. 12. ſed filius non quęrit omnia patri. l. cũ oportet cap. de bon. quælibet, ergo &c. Sed dubitans de hac .l. Alex. in d. §. per ſeruum nu. 15. dicit ſecundum ius digeſtorum vtilius eſſe æquiparare filio, quàm ſeruo. Ad contrarias rationes Socci. ibi reſpondet, & ſic ad primum quòd non habeat locum contra ſecundum monaſterium, ad ſecundum non eſſe bonam æquiparationem, quia maior eſt Abbatis in monacho, quàm patris in filio poteſtas.

Sed idem Romanus in d. l. cum fundus, limitat hoc vltimum de
24 præſumptione duobus modis; primò † quando monachus receſsit & emit rem aliquam, quia tunc præſumitur ex bonis primi monaſterij, quod intelligendum eſt quando paruo tempore ibi fuiſſet; ſecus verò ſi magno. Item ſecundò quando ſecundum monaſterium erat indigens, quia tunc aut ex re primi monaſterij, aut ex propria monachi acquiſitum præſumitur.

25 Sextus caſus eſt quando reperitur monachus translatus de religione capaci ad incapacem, & tunc ſi Paulo Caſtrenſi credimus in .l. quicquid filius de acquir. poſſeſsio. acquiſita per eum in hac ſecunda ad primum monaſterium transferuntur.

Septimus caſus eſt quãdo de religione ſiue monaſterio incapaci transfertur ad capacem, & habilem ad ſucceſsionem, in qua de quęrendis tantum bonis eſt agendum, cùm non poſsit ex incapacitate, quam paſſus eſt transferre quæſita.

26 Ex primo videndum eſt † quid ſi delata eſt hæreditas, dum eſſet in primo monaſterio incapaci, & eam vult adire in ſecundo; & in hac quæſtione, Bal. in .l. ſi alienum .§. in extraneis de heredi. inſtit. nu. 6. per illum tex. voluit non acquiri huic ſecundo monaſterio, ſed agnatis deferri, quem ſequitur Imol. ibi nu. 10. Berous in cap. in præſentia nu. 550. & Moli. de primog. Hiſpan. lib. 3. cap. 2. nu. 17. qui hoc firmat authoritate Federici Senen. con. 26. quem ſequi dicit Porti. conſ. 23. n. 39. & 40. & Tiraquel. tracta. lignagier. §. 2. Gloſ.

2. Gloſ. 9. n. 103. Pro quorũ opini. facit primò quia paria ſunt nõ haberi vel habere, & ad ſucceſsionẽ inhabilẽ eſſe, ut hic erat: & facit ad hoc. l. 1. §. ſi quidã filiũ. ff. de contra tabu. ſed cũ filius inhabilis exiſtit, admittitur ſequẽs in gradu, alleg. iuribus ergo filius monachus excludetur p̃ proximũ ſuccedentẽ, quia ſecũdũ illũ tex. in d. l. ſi alienũ. §. in extraneis, &. l. ſed ſi cõditioni. §. ſolem° eod. tit. &. §. in extra-
27 neis inſtit. de hęred. quali. & diffe. † tria requirũtur tempora vt hæres poſsit hæreditatem capere: primo tempus facti teſtamenti, ſecũdo mortis, tertiò aditionis, & hoc in extraneis: ſed in ſuis ẽt duo tẽpora requirũtur. ſ. mortis & aditionis, prout voluit Gloſ. in d. §. in extraneis. Cũ ergo hic reperiatur incapax tpe mortis, deficit vnum ex requiſitis, & propterea ad ſucceſsionem admitti non debet.

Seundò quia ante aditionẽ ex incapacitate iſtius quęſitũ erat ius agnatis venientibus ab inteſtato, quibus non poterat preiudicare, & ſic tẽpore trãslationis res non erat integra arg. l. bonorũ .ff. rem rat. hab. & ſic facit reg. l. id quod noſtrum de reg. iur. Tertiò quia ſi diceretur quod factus eſt capax, ſuperueniẽs capacitas nihil operatur poſt ius alteri quæſitũ, vt in .l. Deo nobis .§. his ita in verſ. quod ſi forte. C. de epiſ. & cler. vnde monachus effect° nõ ſuccedit. Quartò facit tex. l. fin. C. de ſent. paſſ. & quod ibi nota. & in. l. Gallus .§. & quid ſi tantum de lib. & poſthum. in quibus iuribus habetur ſuperueniẽtiam capacitatis nõ tollere iam quæſita & geſta.

Hęc & alia poſſem afferre quę Federi. Senẽſ. adducit in cõſ. ſiue queſt. ſua 20. col. 5. circa medium, quæ cùm loquantur in mendicante, ſiue minore effecto Epiſcopo, non refero, licet adducti doctores loquantur etiam in Epiſcopo, & monacho coniunctim.

28 Sed contrariam ſententiã, quòd ſcilicet poſsit adire, & valeat, dũmodo illo tẽpore habilis reperiatur, tenuit Federicus Senen. loco cita. licet in Epiſcopo loquatur & in cõſ. 26. etſi pro contraria opinione allegetur per Moli. loco cita. quod Rom. nec mihi videtur, ſed tamen clarè nõ loquitur, quem omnes allegãt ſed tantũmodo ſequitur idẽ Bal. in .l. Deo nobis .§. hoc etiam nu. 9. de epiſ. & cleri. Angel. in .l. ex facto .§. Iulianus longinus nu. 3. de vulg. & pupil. Roman. in .l. ſi ſeruus eius qui n. 7. de acquir. hęredita. Angelus in ſum. verſ. religioſus nu. 35. Redoanus tracta. de ſpol. eccleſiaſt. q. 8. nu. 22.

29 Et pro hac parte inducitur pr. † quia tẽpus aditę hęreditatis inſpicitur quoad eius acquiſitionẽ vt eſt tex. in .l. ſi alienus .ff. de leg. 2. l. Antiſtius. §. ſi ſeruus de acquir. hęredi. & in. §. quod alienus quoq; ſeruus inſtit. de hęred. inſtit. ſed hic reperitur hoc tẽpore habilis, ergo.

Secun-

Secũdo quia ſufficit inſtitutũ eſſe habilẽ tẽpore aditionis, iuxta
30 intellectum Bart. in d. l. ſi ſeruus eius qui de acquir. hæredi.

Tertiò quia iſte frater minor factus monachus recuperat omnia iura,& habilitatur ad ſucceſsionem per id quod voluit Bart. in tracta. minor.lib.4.diſtin.3.cap.3.de quo latius alio loco dicemus. Quartò quia cẽſetur cõſtitutus in ſtatu,in quo erat ante ingreſsum argumento tex. in cap. ſtatutum 18. quæſt. 1. Quintò quia filius legitimatus re integra ſuccedit, ita iſte quaſi legitimè habilitatus omnibus venientibus ab inteſtato præiudicabit, quo argumento vtitur Bal. in d.l. Deo nobis .§. fin. nu. 6. & ſicut ſi poſt ingreſſum naſceretur poſthumus recuperaret bona alteri delata, ita ipſe idẽ recuperat,quaſi ſibi ipſi poſthumus arg.l.nõ vt à patre.ff.de capti.& .l.ſiue,in principio de iure patrona.Sextò quia ꝑ tranſitũ nõ dicitur amplius ſub cura primi ſuperioris, ſed manumiſſus videtur,qđ voluit Greg.Lop.l.9 tit.7. part.1. ver. ò otra que ſea mas fuerte,& non dicitur amplius monachus primi ſed ſecundi monaſterij, pro vt voluit Anan. in c. fin. deregul. nu.8. & Bonifa. in Clemen. prima n.26. de electio. quibus rationibus & alijs, quæ pro illatione adducemus teneo hanc opinionẽ,dummodo non ſint alteri bona quæſita ſecundum Bart. in tracta. minor. lib. 4. in fin. 3. diſtin. cap. 2.

Sed ad contraria reſpondetur,& primò ad primum arg. quia cùm iſte fingatur quaſi reuerti ad ſuam naturam, non debet ei aliquod ex prædictis obſtare impedimentum, & facit ad hoc tex. in authen.idem eſt de Neſtorianis cap.de hæredi.quicquid in contrarium dicant, quia ibi etiam reſtituit, quod non apparet, ſed ſimpliciter loquitur:& licet tẽpore teſtamenti inhabilis reperiretur, iſta tamen habilitas ſuperueniens illud impedimentum primum tollit,cùm vt infra dicemus,non ſit ex culpa ſua, ſed per fictionem quandam fauore religionis,quę illi non debet obeſſe.Ad ſecundum dicitur quòd illud ius delatum tantùm eſt venientibus ab inteſtato non acquiſitum, qui ſi ipſi adijſſent, abſq; dubio excluderetur monachus;& hoc eſt quod voluerunt docto. dum dicunt re integra, quod voluit expreſſè Nacta. conſ. 180. vol. 1. nu. 4. poſt multos, quos allegat,immo vt (inquit) Romanus poſt Bal.in locis prealleg. iſtud ius delationis non dicitur eſſe in bonis noſtris, ex reg. tex. in .l. pretia rerum, .ff. ad leg. falcidiam.Et ad tertium dicitur ſuperuenientem capacitatem hoc caſu multum operari; nam iura quæ allegantur, quòd non operetur poſt ius quæſitum,loquuntur quando fuerunt incapaces ex delicto, vt patet in alleg. iuribus; ſed hi ſunt

ſunt incapaces fictione quadam iuris, quæ illum ſtatum bonis carere rectius iudicauit, vnde non indigni, ſed magis digni hoc reſpectu ceſſante habendi ſunt, immo vt inquit Bal. in d. l. Deo nobis .§. fin. nu. 9. videtur reuerſus ad ſuam naturam, tantò magis quòd nos concedimus acquiſita pleno iure non recuperare, de quo latius alibi dicemus, immo quia ſecundum Federi. Senenſem loco cita. col. 7. circa principium dicitur, iſtum licet ſit incapax reſpectu ſui, tamen non eſſe reſpectu eccleſiæ cui acquirit, vnde factus monaſterij capacis monachus,illi acquirit, & hoc modo reſpondetur etiam ad quartum.

Ex quibus rationibus cùm iam concluſum ſit huiuſmodi monachum reſtitutum ad omnia, clarè patet deciſio ad omnes alias concluſiones, quæ de bonis quærendis adduci poſſent, cùm hic verè ſit factus bonorum capax quo ad quærendum monaſterio capaci, in quo reperitur.

31 Ex qua concluſione infertur primò quòd ſi † hæredi pupillo ſubſtitutus, ingreſſus fuerit monaſterium ordinis minorum, & ſuccedendi ius amiſerit, ſi poſtea translatus fuerit ad monachatũ & eo tempore factus ſit caſus, ſubſtitutioni pupillari, iuxta illum qui ponitur in .l. ex facto .§. Iulius longinus de vulg. & pupilla. ſuccedit minori decedenti, pro vt voluere Bal. nu. 6. & Angel. nu. 3. in d. §. per illum tex. & communiter ibi ſcriben. quos in id teſtatur & ſequitur Nacta. conſ. 180. nu. 4. & 5. vol. 1.

32 Item & ſecundo infertur † quòd iſte monachus recuperet bona donata ante ingreſſum, ac ſub conditione, vt ſibi liceret ea repetere in caſu quo non poſſet ſtare in conuentu, ſtante reſolutione monachatus facta per Sum. Pontifi. & ſic in caſu, quo factus eſt monachus arctioris religionis, vel Epiſcopus, vt videtur hoc voluiſſe Nacta. in d. conſ. 180. nu. 2. & 3.

33 Tertiò infertur quod ſi extaret ſtatutum quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant,& iſte maſculus cùm ſit frater minor non impediat eam, pro vt voluit poſt Bart. Bal. in hac authen. in fine, ſi tamen iſte habilitatus eſſet per ſum. Pontif. vt poſsit habere prorium, dummodo res ſit integra,excludit fœminam, & hoc voluit ſingulariter Bal. in d. authen. in fine.

34 Infertur quartò vt etiam ſi ab Archiepiſcopo aliquo modo eſt habilitatus,recuperat ſua,pro vt voluerunt Bart. in tracta. minor. lib. 4. diſtin. 3. cap. 3. Silueſt. in ſum. ver. religio. 4. nu. 10. circa finem; limitatur concluſio prædicta non procedere in bonis alteri

quæſi-

quæſitis, pro vt voluit Angel. in ſum. verſ. religioſus nu. 35. in fine per tex. in .l. 2. & tot.tit. C. de ſent. paſſ. & ſequitur Nacta. d. conſ. 180. nu. 4. qui id intelligit in quæſitis irreuocabiliter.

35 Item ſecundò quando propter aliquod delictum, & demerita, eſſet translatus ad aliam religionem capacem, quod probatur per .l. 1. cap. de ſent. paſſ. & .l. 1. §. filio qui mortis .ff. ad Tertull. & voluere Bart. Angel. & Silueſter loc. proximè citatis.

36 Ad ſimilitudinem quæſt. prædictæ decidi poteſt illa, de qua Federi. Senenſ. meminit: quæſt. 26. † An relictum fratri minori pœnitentiario eiuſdem fraternitæ debeatur ipſi Epiſcopo effecto, fraternitę vel religioni, in cuius deciſione voluit acquiri Epiſcopatui. Ego tñ authoritate fretus Ludoui. Rom. in. l. ſi ſeruus eius qui n. 9. de acqui. hær. qui de Senenſis deciſione dubitat fraternitæ acquiri, affirmo per potiſsimam inter alias rationem, quam ipſe adducit, quòd ſit relictum ſub nomine pœnitentiarij illius fraternitæ, eo magis quòd inſtituens erat de fraternita, arg. l. ſed ſi plures .§. in arrogato de vulg. & pupil. & voluit Bal. in cap. in præſentia nu. 17. de probatio. vbi dicit quòd ſi eſt relictum perceptori S. Antonij de Neapoli, acquiritur perceptoriæ, ad quod faciunt, quæ ſuperioribus quæſtionibus adduximus inſpiciendum eſſe cuius contemplatione ſit relictum. Si verò iſte relinquens non ſit de fraternita licet inſtitutus, vel legatarius ſit nominatus pœnitentiarius illius, videtur eius contemplata perſona per ea, quæ dicit Federi. d. cõſ. & quæ dicemus infra in monacho ad Epiſcopatum translato; ſicut in ſimili dicimus, quando eſt facta inueſtitura ſeruo de aliquo feudo, inſpiciendum eſſe an ſui cõtemplatione, vel domini fuerit facta, & ſic ſciamus an cum perſona domini vel ſerui feudum extinguatur, quod affirmat Odofred. in ſua Summa feudor tit. quis poſsit in ueſtiri, qui dicit hãc cõiecturam capi ex eo poſſe, cuius ſcilicet erat magis amicus inſtituens, vel cum quo magis familiariter tractabat, item ex quantitate feudi.

37 Octauus caſus principalis eſt, quando reperitur monachus in alio monaſterio præter quàm in illo vbi eſt profeſſus, & ſiue ipſius, ſiue alterius ſit ordinis, quando propter delictum ab ipſo commiſſum, in aliud monaſterium detruditur: præſupponentes quòd legitimè, & iuſta cauſa fuerit intruſus, dicemus bona quæ iam primo monaſterio dicauerat, quoniam ex parte monaſterij ingreſſus tenet ab illo non ſeparari, vſumfructum tamen illorum ad ſecundum tranſire durante vita monachi, ne ſit iſti ſecundo monaſterio oneroſus,

roſus, quod voluere ita intelligentes tex. in c. de laptio. 16. quæſt. 6. Hoſtienſis n. 10. Io. And. in fine, Anto. But. in fine, Card. nu. 2. verſ. 10. quæro Anchar. nu. 9. Henricus Boich. num. 7. Anan. nu. 8. Panorm. nu. 4. in fine, & idem Card. in c. quod à te vbi col. 3. poſt medi. verſ. ſi autem ingreſſus ſec. de cle. coniuga. ſed Archidiaconus in d. cap. de lapſis, quem ſequũtur Bellamer. & Card. Turrecrema. ibi & in cap. ſi quis rapuerit 27. quæſt. 2. voluit expenſas tantùm à primo monaſterio, ſiue alimenta præſtanda, non vſumfructum transferendum; quod tamen aliqui ex ſup. citatis ſcribentibus voluiſſe videntur.

38 Quòd ſi vtrunq; monaſterium monachi bona habeat, ab vtroq; debet alimentari, reſpectu ad facultates habito, ita docuit Anan.
39 loco & nu. citato. Si verò neutrum bona poſsideat, primum debet alimenta præſtare ſi habeat vnde poſsit, quoniam monachus ſuus eſt, & propterea ſaltim in memoriã præteritæ fraternitatis debet alimenta præſtare .l. ſeruos cap. de quæſtio. l. non tantum .ff. de re iud. §. illud in authen. de mand. prin. cum concordan. hic per doctores paſsim adductis.

Et ſi alterum ſufficiens eſt ad alimenta præſtanda, illud contribuit arg. cap. 1. de inſtitu. & cap. non ſatis 86. diſti. Si quidem neutrum ſufficiens erit, capitulum generale prouidebit arg. cap. in ſingulis .§. fin. & cap. fin. §. hæc eadem in fine de ſta. monac.

In ſubſidium verò ad Epiſcopum recurrendum eſt, qui de ſuis, & capituli bonis prouidebit illi, cap. præcipimus & cap. expedit 12. quæſt. 1. & cap. 1. 82. diſtinct. quæ omnia communiter, vnus poſt alium tradidere ſupra relati ſcribentes.

Ex quibus cùm apertè conſtet illum non tranſire vt monachum, ad hoc ſecundum monaſterium, ſed vt condemnatum, & bona remanere penes primum, patet deciſio ad id quod poſſet quæri de bonis quærendis: quo quidem caſu ſi primum habeat aliqua iſtius bona, illa quæ poſtea quæſiuit, ſecundo monaſterio applicabuntur; ſi verò nulla habeat, proprietas ad primum, vſusfructus verò ad ſecundum monaſterium durante vita monachi pertinebit.

40 Nonus caſus eſt quando tranſit in monaſterium ſecundũ, poſtquam vagauit per curias principum, vel per aliquantulum tẽporis ſtetit apud ſuos, & bona interim quæſiuit, præſupponentes, quòd habita licentia tranſiuerit ad ſecundum monaſterium, & in hoc ſpecul. de ſtat. mona. nu. 47. Io. And. nu. 3. Cardi. nu. 2. verſ. 4. quæro, Boich. nu. 4. & Ab. nu. 3. verſ. ſi verò intrauit, in d. cap.

fin. de regulari. & Henri. Boich. in cap. cum olim el ſecundo de priuileg. nu. 7. communiter voluere bona interim quæſita acquiri primo monaſterio, quia ante ingreſſum ſecũdi, remanet monachus primi, & non poteſt dici plenè translatus, pro vt ipſi dicũt arg. cap. ſi quis iam 12. quæſt. 2. & .l. ex eo de milit. teſta. & ante ipſos Gloſ. in cap. ne pro cuiuslibet 16. quæſt. 1. & in ſum. 18. queſt. 2. Nec obſtat quòd habuerit licentiam, quia vt nonnulli ex canoniſtis volunt in cap. licet de regular. non poteſt monachus tranſire, niſi prius reperierit monaſteriũ arctioris regulę, vel æqualis, quod iuxta licentiã eum recipiat: immo voluit expreſsè Anan. quòd ſi decedat antequã ſecũdũ ingrediatur, etiã cũ licẽtia, bona ad primũ pertineant.

41 Decimus caſus eſt quando tranſit poſt fugam à monaſterio arreptam, bona tamen interim queſita, eadem ratione ad monaſterium primum pertinere voluere Hoſt. nu. 4. Io. And. nu. 3. Anchara. nu. 10 Cardi. nu. 2. verſ. 3. quęro. Anto. nu. 8. Anan. nu. 8. in d. cap. fin. de regul. & Nauarr. de regula. commen. 2. num. 33.

42 Iſte tamen fugitiuus ad laxiorem, cum omnibus bonis ſuis reuocatur, quod voluit Ab. poſt alios in cap. quod à te de cleri. coniug. per cap. Abbates 18. queſt. 2. de quo latius alibi in proprio loco.

Vndecimus cõſideratur ſi monachus eſt eiect⁹ à monaſterio, & petijt ſe recipi, & monaſt. noluit recipere, (cũ teneatur quãdo regulæ
43 nõ repugnat iuxta c. fin. de regul.) † quod tũc eſſet qñ iſte tanquã incorrigibilis eſſet eiectus, quia in regula beatiſs. patris Benedicti ſe
44 ptimo loco ponitur expulſio; † nã fr. errans primò debet ſecretè moneri, ſecũdò publicè corrigi, tertiò ſimpliciter excõmunicari, quartò ieiunio affligi, quintò flagellis cedi, ſextò oratio indici, & ſeptimò
45 expelli, prout referũt Hoſt. Io. And. Ant. & alij in d. c. fin. de regulari. Hic igitur ſi ad ſecũdũ monaſteriũ trãſit, bona interim queſita, & quæ primo dicauerat, ſecundo monaſterio acquirit, vt voluere Hoſt. in cap. quanto de offi. ordi. nu. 22. in ſum. tit. de infan. & langui. §. fin. in fine Io. And. in d. cap. vnico de infan. & langui: Henri. Boich. in cap. fin. nu. 3. de regulari. & ratio eſt, quia habetur
46 pro derelicto, † & ſeruus habitus pro derelicto nõ acquirit domino vt per tex. in .l. quod ſeruus de ſtipulatio. ſeruorum dicunt Hoſt. & Boich. poſt alios loc. citatis, & in ſpecie voluerunt Gloſ. & Io. And. per illum tex. in d. cap. vnico bona per iſtum poſt refutationẽ queſita, primo monaſterio non acquiri. Quod idem probarunt ſpecul. titu. de ſtat. mona. nu. 30. & Hoſt. in ſum. de infan. & lang. §. fin. in
47 fine, † quia cõmittit ingratitudinẽ illũ nõ recipiẽdo, & alimẽta negan-

gãdo, & propterea bonis priuãdus ẽ argumẽto. l. 1. infra de donatio. quę ſub modo .l. 1. & fin. C. de reuoc. donatio. quę intelligẽda ſunt ẽt de iuſtè p ſentẽtiã eiecto, qui primo nõ acquirit, cũ mẽbrũ deſinat eſſe obediẽtiariũ illius monaſterij à quo eſt abſolutus, & propterea translatus in ſecundũ illi quęrit, qđ primũ voluit expreſsè Nauar. & ſecundũ tacitè in d. tracta. de regul. n. 31. verſ. ſed reſpõderi põt
48 ad primũ. Et in hoc primũ animaduertendũ ẽ, quòd † eiectus ille dicitur, qui à ſuo ſuperiore ob aliquã culpã eſt eiectus, quod voluit Ab. in d. c. fin. de regula. nu. 2. in fine. Non tamen põt eijci pro quali-
49 bet cauſa, pro vt diximus: † ſed debet carcerari propter delicta cõmiſſa, vt p tex. in c. Impudicas & c. ſi quis ſacro 27. q. 1. voluit Card. in clemen. ne in argo. §. quia vero de ſtat. mona. n. 5. qui ẽt ibi voluit ibi monachũ depoſitũ nõ poſſe expelli, ſed voce capitulari, & præbẽda priuatũ in monaſt. permanere debere. Itẽ & ſecundò conſiderandũ ſecũdũ ſpecul. tit. de ſta. mona. n. 47. Bart. Brix. in queſt. domini q. 8. Hoſt. in ſum. de infan. & lan. §. fin. in fine Io. And. in d. c. vnico de infan. & Bellam. poſt Hoſt. in c. quãto n. 11. de offi. ordin. Henric.
50 Boich. poſt alios quos alleg. d. c. fin. n. 3. † nõ ſufficere, qđ Ab. eiecerit, ſed requiri cõſenſũ capituli. Cuius ſentẽtię fortaſſe acquieſcemus, nõ obſtãte qđ infra in dolo inducto cõtrariũ tenuimus, quia diuerſiſsima ratio, immo cõtraria, hic cõſideratur; nã ibi de non inducẽdo ad religionẽ monacho agebatur, in quo bonus eſt dolus vt diximus: hic de nõ remouẽdo agimus, quę potior ẽ cauſa, immo ibi de bonis tm̃ querẽdis, uel ne, tractabatur: hic de p̃ſona in cuius conſequẽtiã bona veniũt, & ꝓpterea dico reqũri cõſenſũ capituli ad hoc,
51 vt monachus poſsit expelli, qđ Nauar. voluit loco cita. † Debet tñ cũ aliqua pęnitẽtia recipi, uel carceris, uel alia, prout adnotarũt Hoſt.
52 Io. And. & alij in d. c. fin. † Qđ ſi iniuſtè eiect⁹ erit, & noluerit Ab. recipere, dioceſanus ꝓuidebit ut recipiatur, vel in alio monaſt. alimẽta p̃ſtẽtur, & ſic illi ſecũdò bona dicabit, ꝓut Nauar. cit. Io. de regul. vo
53 luit n. 33. † Si aũt reciperetur nõ ſic eſſet, ſed primo quæreret, ex quo p iſtã iniuſtã eiectionẽ nõ ſeparatur à monaſt. quia nec p̃lat⁹ potuit prędiudicare c. ſi Epiſcopum 16. q. 6. c. delictum de regul. iur. in 6.
54 In quo ẽt iniuſtè expulſo animaduertẽdũ puto, neceſſariò fore in eo monaſt. recipiendũ à quo fuit expulſus, quia de honore iſtius tractatur, cuius quidẽ cauſa potior ẽ quã vitę, prout eleganter iurecõſul. voluit in. l. iſti quidẽ de his qui not. infam. nã ſi vt diximus latè
55 in .l. fina. de conſtitu. prin. 2. parte. c. 9. num. 73. † non poteſt princeps officialẽ priuare officio quod ei ad beneplacitum ſuũ cõtulit,

cùm ex hoc infamia irrogetur, & sic debet audiri in suis defensionibus, & restitui, si fuit iniustè priuatus. Quanto ergo magis dicendum id erit hoc casu, quo nec de principe, nec de eius beneplacito agitur, sed de contractu qui inter monasterium & monachum initus est, pro vt doctores hic, & nos supra diximus in ver. ingressi. Decens tamen videtur mihi, vt postquam fuerit iste restitutus, inde amoueatur, ne fratribus occasio scandali tribuatur, & in aliud monasterium transferatur, vbi quietè viuat, & alimenta præstentur.

56 Duodecimus casus est quando monachus ægrotans, non fuit à monasterio receptus: qui si aliud ingrediatur, illi secundo quærit; quod expresse docuit specul. tit. de sta. mona. nu. 47. sub eadem quam diximus distinctione, scilicet si Abbas cum cap. consenserũt, aliàs secus, & colligitur ex tex. Glos. & doctor. in d. cap. vnico de infan. quod sequitur Henri. Boich. in cap. cum olim el secundo nu. 6. de priuileg.

57 Decimus tertius casus est in oblato, qui de ecclesia in qua se dicauit vult ad arctiorem transire, in quo breuiter respondemus (cùm de hoc egerimus in quæst. de oblato) Glos. quam ceteri sequũtur in cap. vt lex. continentiæ 27. quæst. 1. affirmare hunc seruum ascriptitiũ esse, & propterea ab ecclesia, vel monasterio cui se dicauit recedere non posse, quod ibi reprehendimus, & hic ex mente canonistarum, & præsertim Abbatis in cap. quod à te de cleri. coniug. & Couarr. in cap. 1. nu. 19. de testa. de quo vt clarius tibi huiusmodi oblatorum materia liqueat, vide quæ diximus in quæst. de oblato.

Decimus quartus casus est quãdo à suo monasterio egreditur, in Episcopatum translatus. In quo videndum est iuxta ordinem traditum; primò an secum transferat quæsita bona monasterio; secundò an si fuerit institutus dum esset in primo, & translatus ad Episcopatum adiuit, cui acquirat, etiã si fuerit frater minor, vel alias
58 incapax; tertiò cui acquirat postquam Episcopus fuit effectus.

Pro cuius quæstionis intelligentia, & ne allegationibus confundamus lectorem, præmitte monachum licitè, & legitimè ad Episcopatum posse promoueri. cap. quorundam de electio. in 6. & Clemen. prima in fine de ele. nec ad hoc dispensationem requiri Abb. in cap. quod Dei timorem nu. 5. de stat. mona. quem sequitur Viglial. lib. com. opin. verb. monachus nu. 167. Sed contrarium voluerũt loquẽtes simpliciter in dignitate sæculari, post Prępositum, & Car-

& Cardinalem in cap. priscis 55. distin. Viglialo. loco cita. nu. 169. & ante eum domi. de Rot. decis. 28. de præben. in nouis, qui dicũt necessariam fore dispensationem ex quo iste monachus resuscitatur per assumptionem ad parrocchialem: quod in hac dignitate ego ipse affirmo, non in Episcopali, propter eius excellentiam, pro vt idem domini in decis. 5. de constitu. in antiquis affirmare videntur.

59 Item sciendum est monachum Episcopum factum, non sinere esse monachum, quod notauit Host. in cap. clerici. el secundo in fine de vit. & hon. cleri. & in sum. de sta. mona. §. vtrum populum, & ex mente Bal. in .l. falsa .§. sed si cui de condi. & demonstra. per illum tex. voluit Alex. cons. 32. nu. 8. vol. 5. qui rationem assignat nu. 7. quia honor superueniens non mutat priorem statum, quamuis illum augeat; & ex hoc voluit tabellionem qui doctoratus insignia est assequutus, instrumenta posse conficere. Sed hoc intellige quoad honores, non quoad onera, pro vt in .l. maior .C. de dignit. lib. 12. maior enim dignitas non debet circa militiam & dignitates præiudicium facere, vt voluit Glos. in cap. quorumdam in ver. mendicantium de electio. in 6.

60 Ex qua eum dicimus monachales vestes mutare nõ posse, sed ad eas ferendas adstringendum esse pro vt ex cap. sanctimonialis 23. distinctio adnotarunt Glos. Archidia. Bellam. Præpos. & Cardin. Turrecrem. ibi D. Thom. 2. 2. quæst. 185. artic. 8. in corpo. Siluest. ver. religio 6. nu. 10. Luc. à pen. in. l. 1. nu. 12. C. de castren. palat. pecul. lib. 12. Boerius decis. 158. nu. 4. in fine & nu. 5. & de hoc est tex. in cap. penul. in fine vbi cõmuniter Inno. Host. & alij canonistæ de vit. & honest. cleri. Glos. in cap. innouatione 16. quæst. vltima, Phil. Fran. in rub. de testamen. in 6. nu. 75. Couar. in cap. 1. de tes. nu. 18. Redoan. in tracta. de spol. quæst. 8. nu. 23. & hoc
61 etiam in Cardinalibus † seruatur, immo in excõmunicationis pœnam incidit, vt in cap. 2. ne cleri. vel mona. lib. 6. si habitum dimittat monachalem, & alium Episcoporum proprium assumat. Quod animaduerterunt post Lauren. Anchara nu. 17. & Card. nu. 7. in Clemen. ad nostram de censi. & Couarr. post Iasonem hic & Siluestrum in sum. ver. religio. 7. quæst. 11. in d. cap. 1. de testamen. nu. 18. qui non admittit id iure aliquo caueri & rectè, licet malè facere dicat Episcopos illum dimittentes; quod verum est apud me, si quidem cap. illud secundum ne cleri. vel mona. cuius authoritate moti id affirmarunt supra relati scribentes, in Episcopo

copo non loquitur, qua de re nec ad illum eſt facienda extenſio. In alio tamen monacho, qui habitum dimittit bene procederet, & propterea nullo niſi ſcribentium obſtaculo impediente, poſſe habitum monachalem religioſum, Epiſcopũ, vel Cardinalem factum dimittere, voluit Io. Berthachinus in tracta. Epiſcoporum prima parte prin. lib. quarto fol. 15. & fol. 21. 22. & ſequen. Videmus tamen
62 contrarium obſeruari † etiam in Cardinalibus, pro vt in curia
63 Romana ipſe vidi, immo quod fortius eſt licet † in beatiſsimo Summo Pontif. hæc locum non haberẽt, cùm ſit ab omni regula ſolutus,
64 quando ad oſculum pedum † Sixti Quinti Pontificis Max. admiſſus
65 fui id † ſupplicãte Frãciſco Aluarez à Ribera domino meo, tunc regij patrimonij protectore, & locũ tenẽte in Reg. Cãmera Sũmariæ, nunc autem meritiſsimo Regiã Cancelleriã Regente animaduerti non pontificali, ſed communi Franciſcanorum habitu indutũ, immo & biretum eiuſdem coloris ad inſtar monachorum geſtare Pontificem illum maximum & ſanctiſsimum. Quod & Pium. V. (cuius religionis & ſanctitatis odor, in omnẽ terram exiuit) feciſſe refert Redoanus d. tracta. de ſpol. eccleſiaſt. q. 8. n. 23. & maxima ratione; nam grati oſtendere ſe volunt illi, ſub cuius vexillo Deo militantes dignitatem talem conſequi meruerunt, quamuis dum in conciſtorio præeſt, vel extra palatiũ incedit, sũmo Põtificali habitu induatur.

66 Nec etiam ſolutus eſt à tribus regulæ ſubſtantialibus, caſtitate nempe, obedientia, & paupertate; pro vt Gloſ. voluit in c. de monachis el pr. 16. q. 1. & in c. 1. 18. q. 1. Maria. Socci. in c. cum olim el 2. n. 17. de priuileg. Panormi. n. 3. Phili. Fran. & Couarr. loco cita. ex quo dicit communẽ Viglialo d. loco n. 168. Prępoſ. in c. nulli dubium
67 in fine 12. q. 5. † nec ab oĩbus alijs religionis diſciplinis, quę officium Epiſcopale nõ impediũt ſecundũ D. Thom. 2. 2. q. 185. art. 8. Couarr. loco cita. & ante eũ Card. a Turrecrem. in c. carnẽ de cõſecra. diſtin. 5. in reſpõſio. ad 4. n. 7. & Silueſ. ver. religio. 6. n. 10.

68 Dicitur tamẽ quodãmodo à ſuperioris obediẽtia liberatus; nam cũ primùm efficitur Epiſc. à Generalis eximitur poteſtate, vt in deciſ. Rot. 5. de cõſtitutio. in antiquis & voluit Archidia. in c. 1. 18. q. 1. n. 2. quia vt ait Turrecrem. d. loco ad altiorem ſtatũ ẽ euocatus, & cũ ſit effectus, vt ait Phil. Fran. d. rub. de teſtam. in 6. de filio pater, nõ ẽ cui obediat, quia nõ habet aliũ Abbatẽ ſupra ſe, vt adnotarũt Anchara. & Zabarella in d. Clem. ad noſtrã, & Couarr. in d. c. 1. de teſta. & Ana. in c. Ioãnes n. 7. de regulari. & voluit ante eos D. Thomas 2. 2. q. 188. art. 8. ad tertiũ qui amplius voluit hoc eſſe per accidens;

deſinit

deſinit enim eſſe ſubditus pręlatis ſuæ religionis: ſed virtualiter
69 ineſſe obedientiam ratione voti, † etiam quo ad proprium, licet Philip. Francus voluerit proprium habere non poſſe; tamen in c. conſtitutis de electio. n. 1. affirmauit fratrem minorem Epiſcopum factũ ſibi acquirere, & propriũ habere, quoniã Epiſcopalis dignitas liberat eũ; in mẽdicãtibus tamen voluit cõtrariũ Anchar. in d. c. cũ olim de priuileg. n. 8. dicens eũ non recuperare capacitatem.

70 Qua de re Card. Turrecrem. in c. quia tua 12. q. 1. dicit † eũ teneri ad vitã monachalẽ. Quorũ omniũ eſt ratio, quia propter honorẽ nõ videtur ei data licẽtia peccãdi c. 1. 4. diſtin. & ppterea vt ait S. Tho. loc. cit. in ſignũ qđ ẽ monachus, tenetur portare habitũ monachalẽ.

71 Ab accidentalibus tñ regulę abſoluitur iuxta ea quę cõmuni cõſẽſu, tradidere ſcriben. in d. c. clerici in d. clemen. ad noſtrã in d. c. 1. de teſta. in c. 1. 18. q. 1. in d. c. carnẽ de cõſecratio. 5. diſt. Mar. Socci. &
72 Ab. in d. c. cũ olim el ſecũdo & alijs locis ſuprà cit. † Sũt autẽ accidẽtalia regulę ieiunia, filẽtiũ, eſus carniũ, & alia huiuſmodi: & ẽ ratio,
73 quia per iſtã dignitatẽ † abſolutus videtur ab omnibus, quę officio põtificali repugnãt, vel quę redderẽt eũ minus habilẽ ad tã ſublime officiũ exercendũ, vt animaduertit Card. Turrecrem. d. c. carnem, & doctores in dicta clemen. ad noſtrã, qui ſtrictius hoc intelligentes affirmant ab illis tantùm abſolui, quæ maximo eſſent impedimẽto & ſcãdalo alijs in hac adminiſtratione Epiſcopatus, & ſine quibus
74 vita illa actiua exerceri nõ poſſet. † Nec videtur eis per hoc data licentia magno cum luxu, delicatis cibis, & veſtibus viuendi; quoniã veſtis illa monachalis quam retinent, humilitatem & cõtinentiam demonſtrat, quę malè cum huiuſmodi cibis delicatis conueniret, pro vt dicitur in c. eccleſiæ principes 35. diſtin. & c. hoſpitiolum 32. diſt. & quamuis non virtute regulæ, virtute tamen iuris cui ſubiacent abſtinere deberent c. ſignificaſti de electio. c. inter corporalia de transla. Epiſcop.

75 Atq; ex hoc voluit Anchar. in d. Clem. ad noſtrum in fine, † monachum Epiſcopum factum puniri ſi delinquat, prout monachalis diſciplina pręcipit, & idem ſi ſit frater mendicans.

76 Et his moti rationibus voluerũt, à carnium † abſtinẽtia nõ liberari, vt etiam voluerũt Vinc. & Archidia. in c. 3. 16. q. 1. n. 5. quod intelligũt Gloſ. ibi Anchar. & Phili. Fran. loc. cita. locũ habere. quãdo ſocium haberet, & ſcandalum non generaret Archidia. in c. 1. 18. q. 1. n. 2. Sed indiſtinctè ab huiuſmodi onere liberari, & abſolui rationibus adductis, & alijs quę conſulto omittuntur tenet Cardinalis

dinalis Turrecrema. in d. cap. carnem de consecra. dist. 5. & in cap. 1. 18. quæst. 1. n. 1. quia abstinẽtia perpetua à carnibus inter graues communeratur, & ex illa redderetur verisimiliter impotens ad officium Episcopatus, & idem approbauit Cardinalis Zabarel. in d. clemen. nu. 7. dicens eum non peccare, rectius tamen facere si abstinet; ad quæ facit doctrina generalis grauissimi viri Nicolai de Neapoli in .l. idem Vlpianus .§. sunt alij per illum tex. ff. de excusa. tuto. qui voluit monachum Episcopum factũ liberari ab onere monachatus ex mente Guliel. à Cuneo in .l. si qui ex consensu infra de Episcopali Aud.

77 Illud insuper addo, † non teneri ad officium monasticum dicendum, immo in totum ab illo liberari, nec posse illud dicere secundum illud Augusti. quod refert. Cardi. in d. cap. carnem, *Ad quamcunque Ecclesiam veneris, eius mores serua, si cuiquam non vis esse scandalum*. Quod receperunt intelligentes ad officium teneri ecclesię in quam est translatus Phili. Fran. d. rub. de testa. nu. 75. & Cardi. Turrecrema. in summa quæst. 1. distinctio. nu. 22. ad decimum septimum arg. cap. quisquis 41. distin. qui dicit id locum nõ habere, quando sum. Pontif. dispensasset, sicut factum est in Episcopo Chonchensi, & Auriensi, & sum. Pontif. Eugenium in sui ipsius persona dispensasse refert.

Et in summa vt Angelici doctoris responso omnia concludã, ab illis tantum est exemptus, quæ aliquo essent impedimento ad Episcopatus officium exercendum, & ab illis, in quibus secundum necessitatem personæ, loci, & temporis prælatus etiam sibi dispensaret: ab illis verò quæ eum magis possent reddere perfectum, non est exemptus.

Quibus sic stantibus, venio ad decisionem præpositæ cõclusionis nostræ, quæ ex iam supradictis tam in quæstione de transitu monachi de vna ad aliam religionem, quàm etiam de incapaci ad capacem, si talis esset in Episcopalem dignitatem promotus, facilè decidi posset. Vt tamen ex proprijs & particularibus doctorum sententijs diffiniamus, dico eandem esse adhibendam distinctionem, qua supra vsi sumus.

78 Nam aut loquimur de bonis primo monasterio dedicatis; hoc casu quæsita remanent illi, & quo ad quærenda, ius monasterium amittit. Hoc statutum est in cap. 1. 18. quęst. 1. quod ita intellexere Archidia. Bellam. & Cardi. Turrecrema. ibi & doctores omnes communiter in cap. 1. de testamentis quos secutus est Couarr. d. loco

d. loco nu. 19. qui id testatur.

79 Circa hoc tamen difficultas illa occurrit, quam supra explanauimus, an institutus dum esset monachus possit adire factus Episcopus re integra, & sic sibi, & Ecclesiæ cui pręest acquirat, non monasterio. Cuius decisionem Couarr. loco cita. nu. 19. voluit ab illa quam diximus dependere: & sic voluit monasterium tantùm adire posse, ex quo in illud, ius aditionis translatum est, sequens opinionem canonistarum, affirmantium etiam mortuo monacho posse monasterium adire; quod Bart. & qui eum sequuti sunt negauerunt, & hanc etiam opinionem probauit Aug. Berous in cap. rainutius nu. 386. & in cap. in præsentia nu. 560. & pro hac decisione extat solemne consilium Federici Senensis in proprijs terminis loquẽs, qui pluribus rationibus id nititur affirmare. Cuius opinionem sequitur Cardi. Zabar. in cap. cum olim el primo de priuileg. num. 4. verſ. oppono. 9. quam & nos sequuti fuimus, & nunc sequimur, non improbantes canonistarum sententiam, sed alijs rationibus hanc nostram comprobantes, quas ne verbosus videar, non refero, eo magis quia proxima est pagina.

80 Ex qua etiam potest decidi illa de legato sub conditione relicto dum esset in primo monasterio, quæ verificatur dum est Episcopus, quod acquiritur illi Episcopo facto, prout voluit vltra supra adductos in simili de monacho ad aliud monasterium translato, Bonifacius in Clemen. cum concessa de electio. nu. 38. per iura & rationes supra adductas.

Et sic transeo ad videndũ cui acquirantur bona per hunc Episcopum demum quæsita, ipsi ne, an Ecclesiæ cui præest; in hoc enim videbatur difficultas, quia per assumptionem ad Episcopatum, vt diximus, liberatus videbatur annexibus monachalibus. In qua reperio communiter Inno. in cap. cum olim el secundo de priuileg. nu. 3. Host. nu. 10. Io. And. nu. 5. in ver. promotus Anchara. nu. 7. Anto. Butr. nu. 12. Card. nu. 2. Mari. Socci. nu. 15. Panorm. nu. 6.

81 ibi † voluisse Episcopum quicquid acquirit, Ecclesię suę acquirere; quod etiam affirmarunt Alberi. in reperto. ver. monachus vel frater mendicans, Alcia. cons. primo & capi. decis. 200. nu. 5. in fortissimo casu; † nam in donatione facta consanguineis, de pensione,

82 quam sibi Episcopus qui renuntiauerat Episcopatui reseruauerat, decisum testatur, ad Episcopatum bona illa, etiam in tertium translata spectare, de qua decisione satis dubito. Id etiam voluerunt communiter scribentes in c. 1. de testa. & in c. nulli dubium

83 12. quæſt. 5. †Quod intelligendum eſt etiam de bonis quæſitis poſt ſimplicem confirmationem, licet non ſit conſecratus, ex quo habuit poſſeſsionem Anchara. in d. cap. cum olim nu. 7. cuius cõtrarium voluit Cardi. Turrecrem. in ſum. 18. quæſt. 1. qui limitat niſi habuiſſet poſſeſsionem.

84 Idem etiam ſi poſtquam eſt electus transfertur ad Epiſcopatum, quia interim acquirit eccleſiæ Epiſcopali, vt voluit Cardi. Turrecrema. poſt Aug. relatum in ſum. 18. quæſt. 1. imo etiam ſi tam citò non transfertur, vt Card. voluit d. loco. Imola tamen in cap. vt vnuſquiſq; de pecul. cleri. per illum tex. voluit eum incipere acquirere Eccleſiæ à tempore conſecrationis, & ſic plenæ translationis. Quorum omnium fundamentum ſunt verba Auguſtini à Gratiano relata in in d. cap. 1. 18. quæſt. 1. quæ propriè in monacho Epiſcopo facto diſponunt, cùm ſupra relati doctores ſimpliciter de Epiſcopo loquantur, etſi interpretes. cap. cum olim occaſione canonici regularis Epiſcopi facti id affirment: in monacho tamen id etiam affirmat ſpecul. tit. de ſta. mona. nu. 29. aduerſus Martinum de Fano, qui voluit ſibi acquirere. Quod videtur tenere Bal. in d. cap. clerici el ſecundo in fine de vit. & ho. cleri. dum dicit, & ſi hæreditas paterna deferatur, poteſt adire, & hæredibus venientibus ab inteſtato relinquere; & idem Bal. & poſt eum Angel. docuere in .l. ſi ſeruus communis de ſtipula. ſeruo nu. 6. quod expreſsè videtur contra tex. in d. cap. ſtatutum, & id quod angelicus doctor meus ſuauiſsimus atq; ſanctiſsimus Thom. Aquinas voluit in 2. 2. quæſt. 185. art. vltimo ad tertium dum inquit, *Non enim paternam hæreditatem vendicat quaſi propriam, ſed quaſi Eccleſiæ debitam.* Quem ſecutus eſt Cardi. Turrecrem. in d. cap. nulli dubium in reſponſ. ad quintum nu. 73. 12. quæſt. 5. & Phili. Franc. in Rub. de teſtamentis in 6. num. 75. & Nauar. per iura allegata idem voluit in d. tracta. de reg. 2. com. num. 6.

Et hæc eſt differentia inter Epiſcopum clericum, & Epiſcopum
85 monachum; nam † etſi Epiſcopus clericus quod ex propria induſtria acquiſiuit, & in dubio de bonis Eccleſiæ videatur acquirere, & ſic ad illam hæc bona pertineant: quæ tamen ex paterna, vel alterius ſucceſsione quæſiuit, ad venientes ab inteſtato tranſmittit, imo etiam de illis teſtari poteſt, onus tamen erit hæredis hoc probare. Et hoc eſt quod voluerunt communiter ſcribentes in d. cap. 1. de teſtamen. & in cap. 1. de pecul. cleri. per illum tex. vbi Imol. magiſtraliter de mente Io. And. diſtinguit, quod ſecus eſt in Epiſ-

Epiſcopo qui monachus antea fuit, vt diximus, & voluit in ſpecie Ant. Butrius num. 9. in d. cap. 1. de teſtamen. & huius differentiæ ea eſt ratio, quòd monachus Epiſcopus factus, non abſoluitur à tribus ſubſtantialibus regulæ vt probauimus, & ſic non recuperat libertatem diſponendi, & proprium habendi, quia per votum factus eſt inhabilis, prout deciditur per tex. in cap. 2. & cap. cum ad monaſterium de ſtat. mona. & hoc expreſsè docuerunt D. Thom. & Cardi. Turrecrem. d. locis & Maria. Socci in d. cap. cum olim num. 17. & Abbas nu. 7. Archidia. in cap. expedit 12. quæſt. 1. & poſt Lauren. in d. cap. 1. 18. quæſt. 1. Iaſon. in hac authen. num. 15. & cap. d. deciſ. 200. qua ratione moti, D. Thom. & Phil. Franc. loco citato affirmauerunt non poſſe teſtamentum cõdere; & in ſpecie Philip. Franc. ampliauit ad promotum ad Cardinalatum, de quo tamen in fine huius Authen. dicemus.

80 Et ratio cur non acquirat monaſterio eſt, quia monachus ſic aſſumptus ad dignitatem Epiſcopalem, nullum ius habet in primo monaſterio, vt dixit Cardi. Turrecrem. in cap. ne pro cuiuſlibet 16. quæſt. 1.

87 In fratre autem minore Epiſcopo facto; apertiſsimè voluit, poſt multos quos allegat Pet. Duenas reg. 381. nona ampliatio. ſibi non acquirere, & Redon. de ſpol. Eccleſiaſt. quæſt. 8. nu. 18. dixit quoad perſonam ſuam inhabilem eſſe, non vt ſuæ Eccleſiæ acquirat, prout voluit Angelus ex minorum famil. in ſum. verbo religioſus nu. 35. in fine.

88 Non omittam tamen cautelam ad id quod ſuprà diximus, quòd in dubio preſumitur acquiſitum de bonis Eccleſię, ſcilicet quod probetur Epiſcopum ante Epiſcopatum nihil habuiſſe, vel non potuiſſe habere, quam docent Ant. But in d. cap. cum olim n. 13. & Mari. Socci. num. 16.

89 Quæ omnia non procedunt quando ex diſpenſatione Sum. Pontif. efficeretur habilis, vt docuit Bart. in lib. 4. minori diſtin. 3. & in facultate teſtandi voluit D. Thom. 2. 2. quæſt. 185. art. 8. in fine.

90 Poterit ſiquidem donare cùm quilibet prælatus cenſeatur habere liberam cap. 2. de donatio. & cap. cum nobis olim de electio. & ſunt vſufructuarij ſecundum Mar. Socci. in d. cap. cum olim el ſecundo de priui num. 52. quod tamen intelligendum eſt de modicis ſecundum communẽ docto. interpretationem in d. cap. cum olim de priuileg. vbi nec magna donatio in aliam Eccleſiam permit

91 titur. † Item & ſecundò intelligitur dummodo non ſit conſtitutus in infirmitate,de qua poſtea mortuus eſt; quoniam tunc non dicitur habere liberam,vt poſt alios in d. cap.cum olim ſtatuit Mar.Socci. n.49.ſed eleemoſinam poterit in ægritudine facere c. relati el ſecũdo verſ. licet de teſtamentis.

92 Si verò ad Eccleſiam ſecularem eſt tranſlatus hic monachus, veluti ad parrocchiam, tunc diſtinguitur: aut acquirit contemplatione Eccleſiæ cui præeſt, & illi quærit c.cum in officijs de teſtam. aut perſonæ ſuæ,& quærit primo monaſterio.In dubio tamen recurrendum eſt ad diſpoſitionem cap. requiſiſti de teſtam. ibi enim fit diſtinctio inter extraneum, & propinquum. Hanc diſtinctionẽ tradiderunt Io. And. nu. 3. Ant. num. 7. Anchara. num. 10. in fine,Hẽri. Boich. num. 5. Cardi. num. 2. verſ. 2. quæro Abb. num. 3. Ioan. num. 8. in cap. fin. de regulari. & idem in cap. quòd à te col. 3. ver. ſi verò tranſiuit licitè de cleri. coniug. Hoc tamen intellige prout Bart. in .l. ſi communis ſeruus ita ſtipuletur de ſtipul. ſeruo nu. 6. dummodo Abbatis imperio ſubſit.Quòd ſi eſſet ab illius obedientia liberatus,ſecundæ Eccleſiæ in totum acquireret, ſequitur Barb. ibi in addi.& faciunt ad hoc iam dicta in 2. & 3. caſu ſupra & Nauar. d. loco num.6.

Poterit tamem monachus effectus Epiſcopus proprio nomine agere, vt in d. c. ſtatutum 18. q. 1. & in caſu quo monaſterium illi libros donaſſet quos aliquis iniuſtè teneret, dixit ſpecul. ex Martino de Fano in d. tit. de ſta.mona. nu. 31. poſſe ſuo nomine petere,& etiam Epiſcopatus,quaſi monaſteriũ videatur Epiſcopatui donaſſe arg.l. 1. cap. vt ne priua. & .l. 1. cap. de dona. quæ ſub mod.

SVMMARIVM EX CAP. VII.

1 *MONACHVS fugitiuus,vagabũdus,uel apoſtata bona interim quæſita monaſterio ſuo dedicat.*
2 *Monachus fugitiuus quis dicatur.*
3 *Monachus fugitiuus reuocatur ab Abbate.*
4 *Monaſterium retinet dominium, & poſſeſſionem in monacho fugitiuo.*
5 *Monachus fugitiuus ſi ſtipuletur ſibi, vel monaſterio ſuo, uel imperſonaliter illi acquirit.*
6 *Monachus fugitiuus tũc monaſterio acquirit,quãdo Abbas eũ perſequitur.*
7 *Item ſi fuerit negligens Abbas in eo reuocando.*
8 *Etiam ſi ad aliud monaſterium laxioris regulæ tranſierit.*

Sextò

SEXTO principaliter quæro, an fugitiuus monachus, vel vagabundus,& à poſtata quę bona interim quæſiuit ſuo monaſterio acquirat. De quo licet ſuperiori quæſt. aliqua dixerim, hic ſuo loco latius dicemus, ibi enim egimus de eo qui ad ſecundum monaſtetium tranſit; hic verò de illo qui non tranſit,ſed
1 vagatur.Pro cuius reſolutione dicendum eſt† omnia per iſtum quomodolibet quæſita ſuo monaſterio acquiri, ẽt ſi ſit in partibus remotiſsimis cap. quanto de offi. ordin. cap. Abbates el primo 18. quæſt. 2.l. Deo nobis .§. hoc etiam infra de Epiſc. & cleri. quæ iura ita intellexerunt Gloſ. in d. cap. Abbates Inno. Hoſt. num. 2. Ioan. And. num. 2. Anchara. in fine Cardinal. num.2. Ant. But. num. 6. Boich. num. 1. Abbas num. 3. Anan. num. 8. in c. fin. de regula. & communiter ſupra relati ſcriben.in d. cap.quanto Innoc. nu. 3. in cap. cum olim de priuilegijs vbi ſcriben.Cardi.in c. quod à te col. 2. verſ. 2. caſu ſibi illicite de cle. coniug.Hoſt.in ſum. tit. de apoſta.§. qualiter in fine verſ. ſed cui acquirit, Goffre. in ſum.eodem. tit.§.quòd de monacho,Io.Friburg.in ſum. confeſſ.eod. tit. quæſt. 13. Siluеſ. ver religio 4. num. 10. 2. col. Nicol. ab Vbal. tracta.de ſucceſſ.ab inteſt.cleri.regul.n.12.verſ. circa primũ caſum Nauar. in tracta. de regul. comment. 2.nu.33.Bal. in .l. fugitiuus num. 1.de ſolutio. Grego.Lop. in .l. 31. tit.7.parte 1. ver. [aquel hauer.] Rom. in .l. ſi à furioſo .§. ſi ſeruus .ff. ſi certum petatur.

2 Fugitiuus autem is dicitur qui manſit extra monaſterium, vt ſe cælet Abbati, etiam ſi poſtea pœnitentia ductus redeat ad monaſterium, prout voluerunt Hoſt. num. 2. & Ioan. And. in cap. fin. de
53 reg. num.7. vbi Anchar. n. 4. Anto. But. 11. 5. & Abb. num. 2.qui addit, quòd eo ipſo quòd monachus non eſt in obedientia, dicitur apoſtata, ex Inno. in cap. fin. de renuntia. & Archid. idem voluit in cap. longinquitate 12. quęſt. 2. num. 2.

3 Hunc autem fugitiuum poterit Abbas cum bonis omnibus reuocare, ita docuerunt expreſsè ſuprà citati doctores tam in d.cap. fin. quàm in cap. quanto, & in ſpecie Archidia. in cap. ſi cuſtos.n.7. 27. quæſt. 1. quæ intelligenda ſunt locum habere etiam ſi diu ſteterit extra monaſterium, & ſit in poſſeſsione libertatis cap. Abbates 18. quæſt. 2. ex quo id docuerunt Inno. Hoſt. Anan. & alij in d. cap. fin. nam eſt diuerſa ratio in monacho,quã in ſeruo, qui poteſt

in li-

in libertatem proclamare, quando diu ſtetit, ut per tex. in .l. poſſidere.§.ſi ſeruus & .l. per eum.§. fin. de acquir poſſeſ. quod tempus intelligitur decem annorum, argumento tex. in.l. ſi cum .§.Ariſt. .ff. qui et à quibus Man.uoluit Archidia. in d.c.longinquitatem 12. quæſt. 2. alia etiam eſt ſecundum Hoſt. ibi, quia monachus nullo tempore excitauit,& quod de reuocatione diximus, intelligitur ſi de monachatu conſtat, tunc .n. reuocandi poteſtas competit, prout intelligunt Hoſt. Io. And. & alij loco cita. c. fin. de regul. per .l. fin.
4 circa finem infra de Epiſ.& cleri. † Sic ergo monaſterium retinet poſſeſsionem & dominium in fugitiuo monacho, ut per tex. in.l. 1. .§. per ſeruum de acquir. poſſ. uoluit Bart. & canoniſtæ in d. c. fin. de regul.

5 Item quo ad acquiſitionem intellige, ſiue ſtipuletur ſibi,uel monaſterio ſuo,uel impersonaliter, vt voluit poſt alios Boich. in cap. cum olim el ſecundo de priuileg. num.4.ſecus uerò ſi alteri ſtipulatur:quia tunc nec illi,neq; monaſterio acquirit ſecundumInno.Hoſt. num. 12. in verbo iam promotus Io. And.Boich. & cæteros inibi. Quod quidem ex ratione quam ipſi afferunt(quòd ſcilicet nõ acquirat, quia non vult) mihi rectum non uidetur;ſi quidem monachus non habet velle, nec nolle, vt latè diximus in verbo ſe, in cap. de obedientia, imo (vt diximus in quæſt. de tranſitu) ipſo iure, in monaſterium tranſfertur hæreditas; ſic ergo & hoc caſu eſſet dicendum.

6 Item & ſecundò intellige hoc dictum de acquiſitione procedere, quãdo Abbas monachum perſequitur,ſecus ſi habuit pro derelicto ſicut dicimus in ſeruo fugitiuo, in cuius pſecutione ſi deſiſtimus, ſtatim amittimus poſſeſsionem, prout voluit Inno. in cap. de ſeruorum, de ſeruis non ordinandis, cuius dictum notabiliſsimum dicit Bal. in .l. ex liberis nu. 2. infra de acquir. poſſeſsio. & adden. ad Io. And. cap. fin. de regul. quod videntur voluiſſe communiter ibi canoniſtæ & Cardi. in cap. quòd à te verſ. 2. caſu circa principium de cleri. coniug.

7 Et tertiò quoq; intellige etiã ſi Abbas fuerit negligẽs in eo reuocando iuxta diſpoſitum cap. fin. de regul. quia & eo caſu acquirit prout voluit Anchara. in cap. vnico de infan. & langui. expoſi. num. 7.

8 Et hoc etiam ſi ad aliud monaſterium tranſierit, dummodo ſit laxioris obſeruantiæ,ſecus ſi ad aliud vbi arctior ſeruatur regula.

Eſt tamen aduertendum, quòd hic fugitiuus erit recipiendus cùm

cum ſalutari pœnitentia ſi voluerit redire, vt ſtatuitur, & communiter traditur in d. cap. fin. de regulari. ſi tamen noluerit recipere, illi non acquiret vt ſupra diximus, quia æquiparatur ſeruo qui habetur pro derelicto .l. quod ſeruus de ſtipul. ſer.

SVMMARIVM EX CAP. VIII.

1 *MONACHVS quando dicatur ſine monaſterio, & cui acquirat*
2 *Monaſterio deſtructo, eius bona ad quem ſpectant*
3 *Regularis non dicitur niſi aliquam regulam ſpecialiter profiteatur*
4 *Profeſſio ante annum facta non tenet*

1 SEPTIMO principaliter quæro, quid dicendum ſit in monacho qui eſt ſine monaſterio:vt puta, vel quia profeſſus eſt in ordine mendicantium ante annum, vel quia alio modo eſt profeſſus in genere generaliſsimo, & ſic nulli monaſterio obligatus, vt voluit Calderi. conſ. 23. de regulari. vel ſi monaſterium deſtrueretur à Turcis & infidelibus, & ita declarat Bart. in .l. quòd ſeruus de ſtipula. ſeruo & hoc caſu dic ſecundum Roman. poſt Angel. in .l. ſi ſeruus eius qui de acquir. hæredi. num. 13. bona per ipſum quæſita ad monaſterium pertinere;& faciũt quo ad vltimum exemplum nota. per Inno. Hoſt. Abbatem, & alios in cap. cum ex iniuncto de nouis operis nuntia. quidquid Bart.in primis exẽplis voluerit nulli acquirere, ex quo nullius eſt monaſterij.Quod & ſi admittamus circa illa monaſteria in quibus eſt hoc modo generaliter profeſſus:tamen dicimus illum acquirere monaſterio, quod poſtea erit rite ingreſſus, vel Eccleſiæ Epiſcopali, vt dicemus in eo qui eſt eiectus.

2 Ex quo inferri poſſet, an deſtructo monaſterio illius bona ad monachos, vel ad alium ſpectent, in quo Glos. & poſt eam Hoſt. Io. And. Ant. But.Feli. & alij affirmarunt in cap. cum dilecta. de reſcri. monachos inter ſe diuidere illa poſſe; quod ſi intelligeretur vt vnuſquiſq; habeat partem, eſſet abſurdum, & contra proprium votum,cùm non poſsit habere proprium. Verùm eſt intelligendum vt competat illis,vt vniuerſis; & ita intelligitur cap. in nullo 18. quæſt. 2. prout bene animaduertunt Anto. & Feli. in d. cap. cum

dilecta

dilecta. & hoc erit quando remanet ſpes vt iſtud reædificetur, & alia ſunt eiuſdem ordinis monaſteria. Verùm placet mihi dicere huiuſmodi bona iſtorum monachorum, perſonis ita cohærere, vt vel de illis ædificent monaſterium ſi non habent ſuperiores, aut ſi habent,& eſt remotus,ſimul viuant, & de illis ſe alant. In caſu tamen quo iſte ſuperior deficeret, puto habere locum doctrinam Bal. in .l. hæreditas la prima in fine .ff. de hæredi. inſtituen. vt ſum. Pontif. ſiue ſedes Apoſtolica ſuccedat, quia iſta dedicatio facta eſt Deo, cuius vices gerit in terris Romanus Antiſtes. Et quod diximus intellige, niſi iſtis monachis aliunde prouideret; quia cùm ſit dominus poteſt hoc facere, vt ex Feli. colligitur in d.cap. cum dilecta, & hæc poſtea approbata inueni per Nauarr. tracta. de regul. 3. comen. num. 46. qui voluit huiuſmodi regulares, quorum monaſterium eſt deſtructum,non deſinere eſſe regulares, ſed remanere ſub obedientia Generalis: & licet non haberent, dici poſſet quòd ipſe ſupra dicit, non eſſe liberatos ab ordine, neq; à monaſterio.

Item in quantum ſupra exemplificauimus, monachum dici eſſe ſine monaſterio quando profeſſus eſt in ordine mendicantium,non admittit,& meritò Nauarr. in tracta. de regul. comen. 3. nu. 44. verſ. quæ verificatio, & nu. 45. duplici ratione;primò quia non di-
3 citur † regularis, niſi aliquam regulam fuerit ſpecialiter profeſſus, ſecundo quia per ſacrum Tridentinum concili. ſeſſ. 25. cap. 15.
4 omnis † profeſsio ante annum facta in quacunq; religione improbatur, & annullatur, etiam facta in ordine non mendicantium. Qua deciſione ſic ſtante,in primo caſu dicere poſſumus non monaſterio, ſed ſibi hunc acquirere.

SVMMARIVM EX CAP. VIIII.

1 *Epiſcopus poteſt monachos cogere ad recipiendum monachum eiectum*
2 *Monachus eiectus, qui petijt ſe recipi, ſi non recipiatur monaſterio non acquirit*
3 *Monachus ægrotus,quem monachi noluerunt recipere monaſterio non acquirit*
4 *Monaſterium tenetur alere monachos,quibus in reformatione data eſt optio remanendi, vel in habitu clericali viuendi*
5 *Monachus putatiuus cui acquirat*
6 *Ingrediens religionẽ hoſpitalariorũ an poſſit bona ſibi retinere in commẽdã.*
7 *Detruſus in monaſterium propter delictum quæ bona in monaſterium transferat.*

Detru-

CAPVT VIIII.

OCTAVO quæro principaliter quid ſit in
1 eo qui eiectus eſt à monaſterio tanquam incorrigibilis, & ad aliud reuerſus, non fuit receptus. † Quo caſu poterit Epiſcopus monachos cogere, vt recipiant, illis tamen iuſtam cauſam non allegantibus, prout ſtatuitur in cap. fin. de regulari. † Si tamen non recipietur, tunc illi monaſterio non quæret: ſi autem tranſit ad ſecundum illi acquiret, prout diximus in generali quæſtione de tranſitu. Et quòd non acquirat illi monaſterio voluerunt communiter ſcribentes in cap. quanto de offi. ordin. & in cap. fin. de regul. vbi in ſpecie & apertè id concludit Henricus Boich. & eſt ratio, quoniam habitus eſt pro derelicto. Sed hoc intelligendum eſt iuxta doctrinam traditam per Gloſ. & doctores in cap. vni. de infan. vt habeat locum quando eſt eiectus etiam poſt reuerſionem,ſecus tamen in ſimpliciter eiecto, quia tunc adhuc monaſterio acquirit, quòd non debet priuari bonis ob delictũ monachi. Et ita ſunt intelligendi Inno. in cap. cum olim el ſecundo de priuileg. nu. 3. & ibi Hoſti. & Io. And. num. 5. Cardi. num. 4. in fine & Henri. Boich. num. 4. Archidia. in cap. Abbates num. 7. & 10. 18. quæſt. 2. qui aſſerunt huiuſmodi ſic eiecti bona ad Epiſcopatum pertinere cui ſubeſt, niſi fuerit ſecundum monaſterium ingreſſus; & ita conciliari(meo quidem iudicio) poſſunt hæ opiniones, nevideantur contrarię. Dicit tamen Boich. & rectè in d. cap. fin. de regulari. num. 3. quòd ſi iſte remanet in ſeculo, clericali habitu indutus, erit interim vſusfructuarius, & poſt mortem, Epiſcopatus hæreditabit.

Nauarrus tamen aliter diſtinguebat in tracta. de regulari. ſecundo comen. num. 33. quòd aut eſt iniuſtè eiectus, & quęrit primo,quia non videtur membrum ſeparatum ab illo, nec delictum prælati monaſterio potuit nocere cap. ſi Epiſcopum 16. quæſt. 6. cap. delictum de reg.iur. in 6.ſi verò iuſtè fuit eiectus quęrit Eccleſię. Verùm adhuc remaneret cõtrarietas ſupradictorum ſcribentium, & propterea placet mihi conciliatio quam ſupra tradidi

quando eiectus & refutatus.

Sunt tamen admonendi tum prelati horum eiectorum in charitate Christi vt eos recipiant, tum etiam eiecti, vt redeant ad consortia dulcia & suauia de quibus dicit propheta, ecce quàm bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum. Legant quæso Nauarr. in tracta. de regul. comen. 3. num. 46.

3 Nonò quæro principaliter quid sit dicendum quando monachum ęgrotum noluit recipere; tunc etenim ex quo ingratitudinis causam committit, illius dominium amittit, quod voluerunt ex tex. illo, Glos. & communiter scriben. in cap. vni. de infan. & diximus latè supra & approbat specul. tit. de stat. mona. num. 47.

4 Decimò quęro quid sit concludendum quando monasterium reformaretur, & data esset monachis optio, vel remanendi, vel exeundi, & sub habitu clericali viuendi: quia tunc monasterium vnde exierunt, debet eos alimentare secundum tradita per Anto. in cap. fin. de regul. in fine.

5 Vndecimò quæro quid in monacho putatiuo, vt est quando Abbas putabat verè esse ipsius monasterij, & tamen reperitur esse alterius, in quo Socci. in .l. 1. §. per seruum num. 9. de acquir. possess. voluit quòd si ex opera sua & re monasterij quærit, illi acquirat: si ex alia causa primo quærat, in dubio verò ex re istius secundi de quo latè in quæstione de transitu diximus.

6 Duodecimò quæro principaliter quid sit dicendum quando quis ingreditur religionem aliquam hospitalariorum, & tunc dico posse in prębendam sibi retinere bona sua, vbi nulla de illis facta est mentio in ingressu, & hoc quando viuerent hospitalarij cum proprio, secus verò si sine proprio viuerent; nam accipit ingressus formam à monasterio quod voluit specula. tit. de stat. mona. num. 39.

7 Decimotertiò quæro quid sit quando esset detrusus in monasterium propter delictum aliquòd commissum; & hoc casu monasterium habebit tertiam partem, filij verò duas; ita in muliere loquitur tex. in authen. ut nulli iudicum .§. si uerò prędictum tempus per quem tex. id voluit Napòd in consuet. si moriatur num. 8. & per authen. sed hodie c. de adul. voluit Bart. hic num. 26.

Sed iure canonico contrarium seruatur, nam omnia filijs relinquuntur, præterquam tantùm quod possit sufficere pro alimentis intrusæ arbitrio boni viri, & hoc singulare dictum Archidiaconi legi-

legistis incognitum in cap. si quis repuerit 27. quæst. 1. per tex. in cap. de lapsis 16. quæst. 6. exclamat Roman. in .l. Lutius Titius n. 20. ff. soluto Matri.

SVMMARIVM EX CAP. X.

1 *Blati diuersis nominibus nuncupantur.*
2 *Conuersio pluribus modis fit.*
3 *Oblati, & conuersi qualiter differant.*
4 *Oblati alij sunt Ecclesiæ secularis, alij Ecclesię regularis.*
5 *Oblati monasterijs, propriè religiosi dicuntur, quod negatur.*
6 *Oblatus vxorem ducere potest.*
7 *Vxoratus potest se, & sua Ecclesiæ offerre,*
8 *Oblatus per professionem Monachis æquiparatur, & sua omnia in monasterium conferuntur.*
9 *Oblatio pluribus modis fit.*
10 *Per oblationem bona transferuntur in monasterium eo pacto, ac per professionem.*
11 *Donatio omnium bonorum Ecclesiæ facta tenet.*
12 *Donatio omnium bonorum fratri facta tenet.*
13 *Pactum de succedendo inter viuos, quod alias non tenet, ualidum est quando cum Ecclesia est factum.*
14 *Bona futura non veniunt in simplici dedicatione.*
15 *Oblati gaudent priuilegijs religionum.*
16 *Oblati gaudent priuilegio cap. si quis suadente.*
17 *Conuersi etiam professi non habent uocem in capitulo.*
18 *Conuersus non succedit in feudo.*
19 *Oblati non gaudent priuilegio clericali, si in proprijs domibus habitant, uxores retinent, & aliquam partem monasterio dedicant.*
20 *Secus si omnia monasterio dedicassent, & cum habitu religioso uxores retinent.*
21 *Requiritur etiam ut intra monasterium habitet secundum Afflictum et Nigrum, quos reprobamus.*
22 *Oblati qui usumfructum, uel partes bonorum retinent, non gaudent immunitatibus collectarum.*
23 *Ecclesia tenetur ad solutionem collectarum impositarum rebus oblati, quando est in fraudem oblatio facta.*
24 *Ecclesia tenetur ad restitutionem bonorum, quando in fraudem creditorum donata essent.*

25 *Oblatus non poteſt recedere à monaſterio cui ſe obtulit, cuius contrarium tenemus.*

26 *Oblatio facta monaſterio reuocatur per ſuperuenientiam liberorum*

27 *Oblatus recedere poteſt in caſu quo matrimonium contrahere vellet.*

CAPVT X.

DECIMOQVARTO principaliter quæro an oblati omnia ſua in monaſterium tranſferãt. In quo articulo cũ doctores nimium confusè loquantur, conuerſos, & oblatos confundentes, præmitto plures terminos.

1 Et primò diuerſa eſſe nomina huiuſmodi oblatorum; nam quandoq, dicuntur Deo deuoti cap. duo ſunt 12. quæſt. 1. quandoq; cõfratres cap. cum & plantare. §. de cõfratribus & cap. vt priuilegia. de priuileg. interdum oblati d. cap. vt priuilegia, interdum de familia Eccleſiæ arg. cap. cum olim el 2. de priuileg. aliquando perpetuo oblati cap. per exemptionem eod. tit. lib. 6. Sępenumero vocantur donati, & oblati Clemen. religioſi de deci. apud aliquos conuerſi profeſsi cap. vt lex. 27. quæſt. 1. Hæc omnia poſuit Calderi. conſ. vltimo de regulari. qui addit hos per talem dationem non cenſeri renuntiaſſe propriæ voluntati, nec eſſe prohibitos matrimonium contrahere.

2 Secundò conuerſionem quatuor modis fieri, & primo ab infidelitate ad fidem catholicam, ſecundò à peccato ad ſtatum gratiæ, tertio à ſeculo ad religionem, quartò ſi à ſeculo ex deuotione nulla facta profeſsione ad religionem conuertuntur, ſecundum Auguſti. Bero. in cap. in præſentia num. 48. de probatio.

3 Tertiò propriè loquendo inter ſe differre oblatos & conuerſos. Nam oblati dicuntur qui ſe & ſua monaſterio dedicant nulla facta profeſsione, vel in proprio ſeculari habitu, vel alio religionis cui ſe offerunt, colore ſaltim, vt aſſumant quendam modum viuendi. Conuerſi verò qui per profeſsionem ad dominum conuertuntur, habitum mutant, & ſunt veri religioſi. Hæc omnia colliguntur ex c. vt priuilegia de priuilegijs vbi Inno. num. 1. ver. habitu num. 2. Ioan. And. num. 9. Ant. num. 13. Abb. & alij communiter per illum tex. idem Abb. in cap. tuis 1. nata. de teſti. Card. in Clemen. religioſi num. 3. de deci. Dec. cap. in præſentia num. 23. Feli. num. 4. & Be-

rous num. 56. eod. loco, Areti. in .l. cum hæredes. §. fin. nu. 13. .ff. de acquir. poſſeſsio. Boerius deciſ. 20. num. 5. & de oblato Mandotius in additio ad Lap. alleg. 129. verb. oblatam, Siluеſ. in ſum. ver. oblatio. & hi conuerſi in eo differunt ab alijs monachis, quoniam iſti ſunt illiterati, illi uerò literati vt docet And. in c. 1. de milit. vaſs. qui ar. bell. depoſ. & c. 1. de benef. Fem. Illi aſcendunt ad ordines ſacros, iſti verò non poſſunt, & hoc dicit Card. in d. Clemen. & Feli. in d. cap. in prẹſentia. Item adde quòd iſti ſunt adſcripti ſeruitijs aliorum religioſorum, quod & ipſi non faciunt niſi humilitatis cauſa, & in certis rebus: imo iſti non poſſunt aſcendere ad prælationem monaſteriorũ, quod illis eſt permiſſum, præterquã in ſanctiſsima religione ſancti Franciſci.

4 Quartò eſt ſciendum nonnullos ſe cum bonis ſuis offerre Eccleſiæ ſeculari, aliquos verò Eccleſiæ regulari, & conuerſos Eccleſiæ ſecularis eſſe propriè religioſos vt voluit hic Gloſ. cui aduerſantur Pet. Bart. nu. 12. Bal. num. 24. & alij communiter, quia vt inquit Bart. per profeſsionem quam fecit in manibus ſecularis, non efficitur religioſus ſecundum Innocentium in cap. porrectum

5 de regulari. † Eos verò qui monaſterio ſe cum ſuis offerunt, proprios eſſe religioſos docuerunt Gloſ. Archidia. Bellam. & alij in cap. vt lex. continentiæ 27. quæſt. 1. Dicunt enim ratione loci & habitus præſumi religioſos. Lapus tamen in ſolemni. alleg. ſua 129. tenuit conuerſam illam eſſe verè profeſſam, quæ tamen habebat virum, & bona ad monaſterium ſpectare, quod expreſſe conuincitur ex dictis per Inno. & alios in d. cap. vt priuilegia de priuileg. & ex dictis in ſecundo præmiſſo. Cùm enim non obligetur niſi per profeſsionem, & hæc debeat eſſe ſolemnis, non poſſumus eos verè religioſos nuncupare, niſi iuxta diſtinctionem tantùm quam ſupra in tertio prẹmiſſo conſtituimus. Et ex hoc voluerunt Inno. Hoſt. Ioan. And. & cæteri in d. cap. vt priuilegia, Calderi. &

6 Cardin. loco cita. † poſſe oblatum vxorem ducere, & expreſsius

7 Hoſt. in ſum. de regularibus verſ. quid de ruſticis nu. 3. voluit † poſſe vxoratos offerre ſe, & ſua monaſterijs.

Ex quibus facilimè haberi poteſt huius quæſtionis deciſio, & intellectus eorum, quæ paſsim ſcribentes dicunt in hac authen. & in d. cap. vt lex. continentiẹ, vbi confusè quidem, & nonnulli ex-

8 tra ſenſum verum loquuntur. Dico ergo † huiuſmodi oblatum, qui per profeſsionem ſe dedicat, omnino monachis ẹquiparari, & propterea ſe & omnia ſua monaſterio quod ingreditur applicare

care, & sic de isto intelligenda esse quæ dicuntur intestabilem esse & proprium retinere non posse, vt colligitur ex dictis per doctores in d. cap. vt lex. continentiæ & Calderi. d. cons. vlt. voluit Bal. hic nu. 24. Ab. in cap. quòd à te de cleri. coniug. Bero. in cap. in præsentia nu. 49. Eum verò qui Ecclesiæ seculari vel regulari, & expresè in illam contulit se & bona sua, illa omnia dedicare apertissimi iuris est, quod voluerunt Inno. Host. & cæteri scribentes in d. cap. vt priuilegia de priuileg. & vnà voce scribentes omnes in cap. in præsentia de probatio. & quòd dicunt Bart. Bal. Paul. Cast. & alij in hac authen. distinguentes inter Ecclesiam secularem & regularem hoc pacto est intelligendum, vt locum habeat circa totalem abdicationem sui, & bonorum suorum: quod in conuerso per professionem concedimus, & ità intelligemus Glos. hic. In hoc tamen oblato, qui extra professionem se dedicauit, admittimus proprium, vxorem, & testamenti factionem. Quòd vt clarius liqueat subdam notabilem distinctionem Abb. in cons. 102. vol. 2.

9 quem sequitur Boerius decis. 20. nu. 5. vbi dicit † huiusmodi oblationem tripliciter fieri; nam aut offert se sine suis, aut sua sine se, aut se & sua: & in his duobus casibus subdistinguitur, nam aut offert sua omnia præsentia, aut præsentia & futura, aut simpliciter, aut partem bonorum, aut vsumfructum sibi retinet, & proprietatem dedicat; & omnibus his casibus transfert in monasterium quę dedicat, & dicitur oblatus, pro vt expresè docuit Inno. quem sequuntur inibi canonistæ in d. cap. vt priuilegia, & propterea bene loquuti fuerunt Imol. n. 4. Feli. in d. cap. in præsentia

10 nu. 4. dicentes † hunc esse alium modum per quem bona transferuntur, eo pacto ac si fieret monachus. Quod intellige quando in pleniori forma & irreuocabiliter se obtulerunt secundum Abbatem in d. cap. vt priuilegia primo nota. de priuileg. & Calderi. cons. vltimo Dec. in d. cap. in præsentia nu. 21. Et quando hic offert omnia bona sua, præsentia & futura, iura & actiones, nihil illi remanet, ita quòd omnia in monasterium transfert; & hæc latè prosequitur Maria: Socci. in tracta. oblationum libello 8. per totum, & probatur hoc in cap. regni priuilegia sub tit. de oblationibus, & post Socci. cons. 61. col. 4. vers. eius quartam, vt voluit Io. Anto. de Nigris: in d. cap. Regni priuilegia nu. 24.

11 Valet ergo huiusmodi donatio † etiam si omnium bonorum donatio fuerit quæ iure ciuili improbatur, nam facta est Ecclesiæ prout voluerunt, Bart. in. l. fin. nu. 13. infra. de pac. Bal. in d. cap. in præ-

in præsentia nu. 36. communem hanc Bart. opinionem dicit inibi Dec. nu. 26. post Ab in d. cap. & cons. 102. lib. 2. & alios quos allegat. Idem approbat Vinc. de Franchis decis. 162. nu. 2. Affli. in cap. de feu. dat. in vic. leg. commissor. num. 13. Couar. rubri. de testam. parte 2. num. 6. quicquid in contrarium voluerunt Angel. cons. 179. col. 9. Anchara. & alij per eum adducti, qui latè post Bal. disputant. Verum Angelus parum fauens ecclesiæ, cui fauendum est cap. 2. de dolo & contu. &. l. sunt personæ de relig. & sump.

12 fun. in d. consilio concludit † validam esse donationem factam fratri etiam si sit omnium bonorum. Et hac ratione tolluntut ea quæ dicuntur, quòd cum ecclesia sit cultrix iustitiæ, non debet velle quæ contra bonos mores sunt. Atq; hinc voluit Affli. post Bal. in cap.

13 fin. cap. de pactis † pactum de succedendo inter viuos contractum quod reijcitur tãquã inducens votum captãdę mortis valere, quando factum est ad pias causas, hoc tenet ipse in d. cap. 1. de feu. dat. in vic. leg. com. nu. 10.

14 Illud tamen animaduertit Abbas d. cons. 102. † quòd nõ veniunt bona futura in simplici dedicatione quod voluit Bart. hic nu. 12.

15 Tenet ergo hec dedicatio, & nihilominus † gaudent hi oblati priuilegijs religionis, vt notatur in d. cap. vt priuilegia.

Hinc est quòd secundum Host. in sum. de regul. vers. quid de rusticis num. 3. & Laurentium in clemen. religiosi de dicimis † gau-

16 dent beneficio Canonis si quis suadente 17. quæst. 4. per tex. in cap. non dubium de senten. ex com. quod Cardi. in d. clem. intelligit in clericis vel monachis tantùm. Verum ego per supradictaamplio ad conuersos professos, & ad illos qui se totaliter ecclesiæ dedicarunt, vt videtur velle Siluester in sum. ver. ecclesia 1. num. 6.

17 vers. tertium & Glos. in d. cap. non dubium † Quicquid tamen sit non habent vocem in capitulo, etiam conuersi professi, quòd firmauit Ludou. Roman. sing. 659. fuit à me quæsitum, hinc etiam

18 voluit Affli. in cap. 1. §. ex hoc illud de benef. fem. nu. 4. † conuersum non succedere in feudo, de quo latius infra dicemus quod sequitur Curt. tracta. feu. 3. par. nu. 18. Quod tamen diximus de

19 priuilegio clericali eis competenti, † fallit in illis oblatis, qui in proprijs domibus habitantes vxores retinent, & aliquam tantùm partem in monasterium transtulerunt; etenim secularibus legibus debent esse astricti, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus causis, prout peculiari lege sancitum est in hoc regno in cap. pri-

20 uilegia sub tit. de oblationibus, † secus verò si omnia in monasterium

sterium transtulissent, & cum habitu religioso vxores retinent, vt voluit ibi Io. Ant. de Nigris num. 16. quiinfert ex decis. cappellæ Tolosan. quæst. 8. laicum qui se & sua ecclesiæ obtulit non mutato habitu, non posse petere remissionem ad Iudicem ecclesiasticum, quod limitat ipse post Affli. in constitu. Regni statuimus la 2. col. 6. in quarta quæst. gaudere huiusmodi oblatum clericalibus priuilegijs, etiam si aliquid sibi retinuit, dummodo habitu regu-
21 lari indutus † intra septa monasterij habitet, quod vtrunq; non requiritur secundum d. cap. sed sufficit vt dixi, habitus regularis, & omnium bonorum abdicatio, immo pro alimentis retinere aliquid potest.

Atq; ex illo capite non dubium de senten. excom. sumpta est
22 practica quæ in Regia Cam. huius Regni seruatur, per quam † nõ tractantur immunes oblati à collectis & alijs functionibus pro capite, & pro rebus quando vsumfructum sibi retinuerunt, vel partem bonorum, quod expresse docet Anto. Butr. in cap. in præsentia in fine & Io. Anto. de Nigris in d. cap. num. 19. & propterea pa
23 ri ratione infertur † Ecclesiam teneri ad soluendas collectas, quæ rebus istius oblati sunt impositæ ante translationem, quando videtur in fraudem facta, vt voluit Abb. in d. cons. 103. num. 2. cir-
24 ca finem, dum etiam ibi voluit † ecclesiam teneri ad restitutionem bonorum, quando essent in fraudem creditorum translata. Et hæc ratio est quæ in d. cap. per expositores affertur.

Ex illis quæ supra firmauimus, oblatum scilicet esse etiam illum qui habet vxorem, & qui pòst eã ducit, quod approbat etiam post Socci. cons. 61. in præsenti consultatione col. 4. vers. circa quartam primo volum. Io. Ant. de Nigris in cap. regni priuilegia
25 num. 25. infertur, † an hic recedere possit à monasterio cui se obtulerat; quod negare videtur Glos. quam sequuntur ibi communiter scriben. in d. cap. vt lex. continentiæ, & Augusti. Berous post Abbatem in d. cap. in præsentia num. 54. qui voluerunt eos vt seruos ascriptitios haberi, & propterea nec ad aliã religionem posse trãsire. Id tamen constanter reprehendimus ex dictis in ver. ingressi, dum egimus de transitu ad arctiorem, & impugnant optimis rationibus Feli. in d. cap. in præsentia num. 4. in fine. Et quòd ille qui in ecclesiam secularem bona transtulit possit in aliam trãsferre, affirmauit Couar. in cap. 1. de testa. num. 19. & reprobat quod diximus seruos esse Berous in d. cap. in præsentia num. 53. qui nec tamen voluit posse recedere ex quauis causa, cuius contrarium

trarium ex iam supradictis affirmamus, & ex illis quæ voluerunt Inno. & alij in d. cap. vt lex. dum vxorem ducere posse nos docuerunt.

26 Ex quo infertur secundò hanc † oblationem reuocari posse, saltim per superuenientiam liberorum; quod in donatione facta ecclesiæ tenuit Romanus, saltem quòad legitimam in Authen. similiter num. 25. cap. ad leg. falcid. & est ratio, nam filij non sunt exhęredandi, hi enim debent alium quęrere, quam Augustinum c. quicumq; lo. 2. 17. quæst. 4. & hoc animaduertunt Host. & Io. And. in fin. cap. quòd. à te de cleri. coniug. per quem tex. communiter ibi Inno. in ver. sine contradictione, Host. in fine Io. And. n. 7. Anto. num. 9. Boich. num. 4. & Ab. in fine & Feli. in d. cap. in præsentia voluerunt reuocare posse bona quæ in ecclesiam transtulerat. Quorum tamen maior pars considerat ex benignitate potius, quàm de rigore recuperare, quod Feli. dicit non habere locum in perpetuo oblatis. Item secundò si erat dies, vt per canonistas d. loco per tex. in cap. sunt qui opes 17. quæst. 4.

Regulariter tamen non recuperat bona oblata, & præsertim quando expresse dedicauit, vt docet Anto. num 66. in d. cap. in præsentia, vbi omnes limitant, quando ex vi pacti appositi repeteret.

Est tamen circa prædicta aduertendum † in casu tantùm matrimonij permissum esse recedere, secus si ad seculum vellet redire; quod perpendunt scribentes in d. cap. quòd à te, & ita optimè loquutus fuit Berous in d. cap. in præsentia num. 54. dum affirmauit non posse eum liberè à monasterio recedere.

SVMMARIVM EX CAP. X I.

1 *INgressu monasterij vitiato an vitietur bonorum dedicatio latissimè disputatur.*

2 *Ingrediens monasterium in casu quo bona tacitè trasferuntur, si vitietur ingressus illa recuperat.*

3 *Ingressus monasterium ignorans impedimentum professionis, recuperat bona omnia vitiato ingressu.*

4 *Maritus monachus ab vxore reuocatus, etiam si sit professus recuperat bona sua.*

5 *Ingrediens monasterium, si sciebat ingressum non tenere, & se cum bonis suis monasterio dedicat; vitiato ingressu recuperat bona secundum ali-*

quos sed alij contra num. 7. nos primam sequimur opi. num. 10. *& nouam constituimus num.* 12.

6 *Donatio monasterio facta, causa professionis, videtur æquiparari donationi causa mortis.*

8 *Ingressu vitiato propter vitium personæ cohærens, bona translata recuperantur.*

9 *Egressus à monasterio culpa sua bona non recuperat.*

11 *Polidorus Constantini doctor acutissimus laudatur.*

12 *Maritus ab vxore reuocatus qui sciebat ingressum non tenere, bona recuperat durante vita si liberos non habeat, & eo mortuo ad monasterium reuertuntur.*

13 *Minor* 14. *annis si professus fuit, bona recuperat reuocato ingressu, quod fuit nullum.*

14 *Professione dolo vitiata irritatur bonorum dedicatio.*

15 *Professio dolo facta tenet cum bonorum dedicatione, licet alij contra, quod verius arbitramur circa bona.*

16 *Dolus in spiritualibus non vitiat, secus in temporalibus.*

17 *Bonorum dedicatio per professionem, sapit contractum bonæfidei.*

18 *Contractus bonæ fidei non vitiatur, in eo quod est contra dolosum, secus quando lex resisteret.*

19 *Dolo inductus ad professionem in dedicatione personæ, cum Deo contrahit: at in dedicatione bonorum, cum monachis contrahere dicitur.*

20 *Dolus totius monasterij debet interuenire in ingressu, vt bona dedicata reuocentur.*

21 *Abbas in iure quærendo monasterio præiudicare potest.*

22 *Pactum initum cum monacho in venditione rei, tenetur monasterium seruare.*

23 *Reuocatio bonorum propter dolum in professione adhibitum, eo casu procedit, quando dolus ad hunc finem est adhibitus.*

CAPVT

CAPVT VNDECIMVM.

DECIMOQVINTO quæro quid si maritus ab vxore reuocatur, an bona iam dedicata sint restituenda, vel apud monasterium remanere habeant. Et quia ex huius quæstionis decisione plurium aliarum pendet decisio; ideo alios doctores sequendo
1 generaliter videamus, † numquid vitiato ingressu bona reuocentur. In qua vt ordinatè & distinctim procedatur, tres cõstituo casus principales, quos ex intricatis doctorum dictis collegi. Sed priusquam ulterius procedatur, animaduertendum est, nos loqui in eo, qui professionem emiserat solemnem, & aliqua ex causa, eius ingressus irritatur. Nam de eo qui ante professionem egreditur, nulla est difficultas; omnia enim bona recuperat vt in cap. beneficium de regul. in *6*.

2 Primus igitur casus est quãdo bona tacitè per ipsum ingressum sunt translata in monasterium, iuxtà terminos huius Authen. & hoc casu siue ingrediens sciuerit, siue ignorauerit ingressum non tenere, semper bona recuperat, vt communiter tradunt hic scribentes omnes & in cap. in præsentia, & in cap. causam de probatio. & in cap. quòd à te de cle. con. quia cùm expressum non teneat, nec tacitum subsistit .l. Item .§. qui habet haustum .ff. de ser. rust. præd. facit .l. si legibus infra de epis. Aud. & .l. fin. infra de sponsa. Habet enim dedicatio ista bonorum in se tacitam conditionem annexam, si monachus in monasterio perseueret ad instar dotis. l. vnica .§. cum autem cap. de rei vxo. actio. & latè per Ant. de Butr. in d. cap. quòd à te, Sali. in .l. eum qui duas num. 5. infra de adult. qui idem voluit quando expressè, ea tamen distinctione adhibita, vt si dicat me cum bonis meis, illa repetat; sin autem me & mea, quia principaliter veniunt bona, est dubium, & videtur inclinare vt non repetat.

3 Secundus est casus quando ingrediens nesciebat impedimẽtum, seù credebat vxorem suam mortuam, & expressè dedicauit se, &
4 bona sua monasterio: † postea verò vxor eum repetit, cùm hoc facere possit cap. agathosa xxvii. quæst. 2. & latè diximus in ver. ingressi. Et hoc casu communiter hic, & in locis prædictis tenent

omnes doct. omnia bona per eum recuperari, & vltra ſuperius allegata adducunt .l. ſi pater & .l. nec apud, infra de hęred. inſt. vbi ſi quis diſponat in aliquem credens eum eſſe filium, vel fratrem qui re vera non erat, non valet diſpoſitio.

5 Tertius & vltimus eſt caſus quando ingrediens ſciebat ingreſſum non tenere, & tamen effectus eſt monachus, ſe & bona ſua monaſterio expreſsè dedicando; & in hoc caſu quia magis dubius eſt, duæ ſunt doctorum opiniones.

Prima eſt quòd bona iſta per monachum ad ſeculum redeuntem recuperentur: quam probarunt Io. And. in add. ad ſpec. de ſtat. mon. quæſt. 43. num. 49. & Bal. num. 23. Iaſ. num. 43. & Dec. 24. in hac authen. & in cap. cauſam matrimonij de probat num. 23. prout in dictis locis Fran. Aretin. idem ſequitur, And. Sicul. conſ. 3. vol. 1. Mar. ſimil. & Io. And. in d. cap. agatoſa Calderi. conſ. 27. de regularibus.

6 Mouentur iſti ex pluribus medijs, & primò hac ratione, ingreſſus monaſterium habetur pro mortuo .l. Deo nobis infra tit. 1. & ideo ſicut donans cauſa mortis, non ſequuta morte donationem poteſt reuocare .l. non omnis ſi cert. pet. & in tit. de donat. cauſa mortis per totum, ſic ergo reuocabitur hoc caſu donatio iſta monaſterio facta cauſa mortis mũdanæ, propter cauſam nõ ſequutam, & ſic propter regreſſum à monaſterio.

Huic rationi reſpondetur, negando hanc diſpoſitionem poſſe comparari donationi cauſa mortis, etiam mundanę. Nam cùm iſte ſciuerit ingreſſum non tenere, non poteſt dici quòd cogitauerit de morte iſta: & ideo hæc diſpoſitio magis cenſenda eſſet donatio inter viuos, quæ reuocari non poteſt, quàm donatio cauſa mortis, in qua de neceſsitate requiritur quòd ſit facta mentio mortis, & ſit collata tempore mortis; tradunt Gloſ. & doct. in .l. apud celſum. §. Iulianus .ff. de doli mali excep. & in .l. quæ dotis .ff. ſolut. matr. ſed hæc in caſu noſtro concurrere non poterat ſtante ſententia impedimenti merito.

Secundò mouentur per .l. fin. ff. de cond. ſin. cauſ. vbi datum ob cauſam impoſsibilem de iure, cauſa nõ ſequuta de facto, repetitur condictione ſine cauſa.

Huic textui poteſt reſponderi, quòd ideo pecunia in dotem data, vt mulier nuberet auunculo, quòd erat impoſsibile de iure, repetitur matrimonio nò ſęqũuto de facto: quia expreſsè erat dictũ, ſed in caſu noſtro nihil erat dictum quòd bona remanerent monaſterio

ſterio, ſi ibi monachus perſeueraret. Nam hoc caſu, tanquam conditione non ſequuta vtiq; ea recuperaret, cùm nos loquamur quãdo ſimpliciter & expreſsè dedicauit ſe & ſua bona monaſt. ergo.

Tertiò mouentur ex regula quòd taciti & expreſsi eadem eſt virtus d. §. qui habet hauſtum, ſicut ergo quando quis ſciens ingreſſum non tenere, tacitè bona in monaſterium tranſtulit, poteſt ea reuocarè vitiato ingreſſu, vt ſupra concluſum eſt: ita etiam debet poſſe reuocare quando expreſsè bona dedicauit.

Huic argumento reſpondetur quòd regula iſta non procedit, quando mentio expreſsè fieret alio modo quàm tacitè Ineſt. per Not. in .l. ſi ſponſus .§. generaliter .ff. de donat. inter vir. & vx. ſed hic expreſſum id eſt, dedicatio bonorum expreſſa alio modo exprimitur quàm tacitè Ineſt. in ipſo ingreſſu, nam exprimitur principaliter, & de per ſe, & ideo ſuccedit alia regula quòd vitiato vno ex principalibus non vitiatur aliud æquè principale doct. in dicto .§. generaliter. Quando autem fit dedicatio tacita virtute ingreſſus, tunc bona ipſa non veniunt dedicata per ſe & principaliter, ſed acceſſoriè, & in conſequentiam ingreſſus, & ideo reuocantur reuocato ingreſſu vt ſupra concluſum eſt.

Quartò adducunt c. ſi quis rapuerit xxvii. quæſt. 1. & cap. de lapſis xv i. quæſt. 6. vbi ſtatuitur quòd clerici ſeu monachi lapſi in crimina, detrudantur in alijs monaſterijs ad pęnitentiam peragendam & bona ſua eiſdem reſtituantur.

His & ſimilibus iuribus facilimè reſpondetur: nam prædicti non exeunt monaſterium vt fiant ſeculares, ſed vt pertrudantur in alijs monaſterijs ad agendam pœnitentiam; & pro eorum ſubuentione ne ſint alijs monaſterijs oneroſi conceduntur eorum bona, quoad vſumfructum tantum, vt ibi apparet, & optimè in d. cap. de lapſis declarat gloſa; & nos de hoc latè egimus ſupra in quæſt. de tranſitu de vna religione ad aliam.

Vel reſpondetur ſecundum Hoſt. in d. cap. quòd à te, quòd ibi de licentia & permiſsione ſuorum ſuperiorum exierunt de monaſterio, merito.

Quintò pro hac opinione facit cap. quòd à te de cle. con. vbi dicitur quòd clerici infra ſubdiaconatus ordinem conſtituti, qui vitio carnis deuicti, vxores accipiunt, priuantur beneficijs, verùm eiſdem reſtituuntur omnia bona quæ in eccleſiam contulerant.

Huic tex. & ſimilibus reſpondent Hoſt. & alij in d. cap. quòd à te, quòd ideo clericus recuperat ibi bona, quia tacitè & non expreſsè

preſsè erant in eccleſiam collata, quo caſu indiſtinctè fit recuperatio vt ſupra fuit concluſum.

Verùm hęc reſponſio non poteſt ſubſiſtere vt Io. And. & Abb. in d. cap. quòd à te animaduertunt; quia nullibi reperitur quòd clericus per ingreſſum eccleſiæ ſecularis dedicet tacitè, & tranſmittat bona ſua in eccleſiam quam ingreditur.

Et ideo melius reſpondetur quòd ibi tex. loquitur in clerico ſeculari qui eſt capax retentionis bonorum, & qui in eccleſia nunquam poteſt dici quod faciat profeſsionem. Nos autem loquimur in monacho dedicante expreſsè ſe & ſua bona monaſterio.

Vel reſponderi poteſt quòd in dicto cap. bona non erant donata, ſeu dedicata, nec tacitè nec expreſsè eccleſię: ſed tantum dicitur ea ibi contuliſſe ad ſui commodum vt ibi expreſsè patet ex tex. in fine.

Sextum eorum fundamentum eſt quòd vitiato principali, vitiatur etiam acceſſorium .l. cum principalis & cap. acceſſorium de reg. iur. ſed hoc caſu vitiatur ingreſſus, qui eſt principale; ergo etiam vitiari debet dedicatio bonorum, quæ eſt acceſſorium.

Huic rationi reſpondetur, quòd doct. tenentes contrariam opinionem hic & in d. cap. cauſam, dicunt, quòd tunc vitiato principali, vitiatur etiã acceſſorium, quando ſumus in inſeparabilibus: & ſic quando acceſſorium non poteſt eſſe ſine principali, vt latè tradunt doct. in d. l. cum principalis, & in d. cap. acceſſorium: ſed hic ſumus in ſeparabilibus, cùm nulla lege quis prohibeatur donare monaſterio abſq; eo quod fiat monachus. ergo &c.

Septima pro eorum opinione ratio eſt, qua mouetur Aret. & eſt ſi donatio iſta valeret, ſeu non reuocatur, reuocato ingreſſu concurrerent duo ſpecialia, quod prohibetur in iure. Primùm quòd dominium bonorum ingreſſu acquireretur ſine traditione contra .l. traditionibus .ff. de acquir rer. dom. cùm vt ſupra concluſum ſit ex ſola dedicatione transferri bonorum dominium atq; poſſeſſionem; ſecundum quòd traditio ex falſa cauſa donationem induceret, contra .l. 1. .C. de dotis prom.

Huic rationi reſpondet hic Dec. & in d. cap. cauſam, quòd non ſolum hoc caſu non concurrunt duo ſpecialia, imo nullum concurrit ſpeciale. Nam quæſtio noſtra eſt ſuper bonis iam traditis & translatis in monaſterium vt clarè Bart. hic declarat, & alij doct. & quia etiam non eſt ſpeciale, vel contra ius quod transferatur dominium ſine traditione, quando perſona in poteſtatem alterius

tranſit

tranſit .l. ſi adoptauero .ff. de præca. Item non eſt verum quòd traditio hoc caſu fuerit facta ex falſa cauſa, quia ex quo ſciebat ingreſſum non tenere, non videtur facta traditio reſpectu ingreſſus, ſed abſolutè quia donare voluit. ergo.

Octauo adducunt hanc rationem: in donatione requiritur vtriuſq; conſenſus .l. ſi ergo vbi doct. ff. ſi cert. pet. latè Bart. & doct. in .l. 1. ff. de donat. ſed ſi nos diceremus quòd ex eo quod ingrediens ſciens impedimentum transferendo bona in monaſterium propter ipſam ſcientiam, ea videretur donare: neceſſe etiam eſſet vt ipſe Abbas ſciret idem impedimentum, propter quod donatio reſultat, aliàs propter diſſenſum talis donatio impediretur vt not. in dictis legibus; ſed ipſe Abbas ſi ſciret eum vxoratum, vel aliud tale impedimentum, conſentire non potuiſſet cap. ſi quis coniugatus x x v i i. quæſt. 2. ergo.

Huic rationi reſpondetur hic per Iaſonem & alios, quòd donatio iſta non fit Abbati, ſed Deo cuius nomine fit receptio in monaſterium not. Gloſ. infra in .l. illud, & ideo ſola ſcientia Dei ſufficit. Quæ reſponſio confirmatur ex eorum ſententia, qui tradiderunt donationem factam eccleſię validam eſſe nullo acceptante; quos adducit Tiraquel. de priuileg. piæ cauſę priuil. 115. ſed admiſſa contraria ſententia quòd non quæratur pię cauſę abſq; acceptatione, quam ſequuntur quam plures à Tiraquello adducti, reſponderi poteſt, per huiuſmodi donationem, quæſitam eſſe obligationem, & actionem Deo ex dedicatione bonorum, ex qua obligatione datur actio monaſterio, vt not. omnes in cap. ex parte de cenſibus & in can. ſcimus, vbi etiam Glo. 12. quęſt. 1. ideoq; multo magis dabitur monaſterio retentio.

Nono mouetur Iaſ. ex cap. ſi quis incognitus iuncta. Glo. xvii. quæſt. 2. vbi ſtatuitur monachum vxoratum reuocatum ab vxore ad ſeculum, recuperare omnia bona in monaſterium translata, & virtute huius canonis ipſe Iaſon tranſit cum hac opi.

Huic textui reſpondet hic Dec. & in d. cap. cauſam quod canon illud parum aut nihil facit, nam ibi agitur de præiudiçio vxoris, & non conſtat monachum ſcire ingreſſum non tenere.

Sed tamen hæc reſponſio non tenet, quia etiam in caſu noſtro agitur de præiudicio vxoris, ſi vir redeat ad ſeculum ſine bonis, & in dubio pręſumitur ſcire habuiſſe vxorem arg. l. quisquis Cap. de reſcind. vend.

Et ideo reſpondeas ibi in tex. nullam mentionem fieri de vxorato: ſed

to: ſed tantùm de incognitis, qui ſi fuerint monaſterium ingreſsi, debent per triennium permanere in probatione: vt ſiinfra dictum terminum comparuerint ſerui vel liberi poſsint à domino repeti, cum omnibus bonis in illud translatis; & ſic ſumus ante profeſsionem factam. Et licet gl. velit etiam hoc extendere ad vxoratum forſan iam profeſſum reuocatum ab vxore, vt recuperet bona: tamen hæc authoritas gloſæ eſt probabilis & non neceſſaria; vt etiam hic aduertit Dec. vltra quod non concluſiuè hoc dicit illa gloſa, ſed dubitatiuè; & ſic apparet quòd hæc opinio nulla nititur vel lege, vel ratione cui reſponderi non poſsit.

Altera verò ſuperiori contraria eſt opinio affirmantium, ingredientem ſi ſciebat ingreſſum non tenere, & dedicauit expreſsè ſe & bona ſua monaſterio, reuocato ingreſſu non poſſe bona ſua recuperare. Et hãc ſequuti sũt hic Petr.de bella pert.Pileus Odoffr.Cinus, Bart. & alij antiqui, & hæc eſt communis vt Iaſon hic affirmat. Hanc etiam opinionẽ ſequuntur omnes Canoniſtę excepto Decio in d. cap. in præſentia in cap.cauſam & in d. cap. quod à te. Sequitur etiam Practicus Papiens: in ver. iure Dom. & Ancharanus in d. cap. acceſſorium.

Mouentur iſti ex pluribus, & primò per .l. cuius per errorem .ff. de reg. iur. per .l. Campanus .ff. de ope. lib. & per .l. ſi ſeruus ſeruum cum gl. §. ſi oliuam cum ſimilibus .ff. ad .l. aquil. l. ſed & ſi .§. fin. ff. ſi quis .C. aut. vbi qui ignoranter ſoluit indebitum, illud repetit: ſi verò ſcienter ſoluit repetere non poteſt, quia donare videtur. Sic in propoſito iſte dedicando expreſsè bona ſua monaſterio, videtur ea donare, poſtquam ſciebat bona ſua non venire in conſequentiam ſui ingreſſus, quia illum non tenere ſibi notum erat.

Sed reſponderi poteſt vt hic per Dec. & in d. cap. cauſam quod in dictis iuribus ex eo preſumitur donatio, quia non poteſt capi alia cõiectura. Verùm vbi poteſt capi aliqua coniectura, licet minima, tunc nunquam præſumitur donatio, ſed potius error, vt latè declarat Dec. in d. l. cuius per errorem; ſed hic poteſt capi alia coniectura, nam ſciens ingreſſum non tenere, non videtur habere animum donandi, ſed extrinſecus vult religiolus apparere, ergo.

Vel poteſt dici vltra Decium quod iſte non dedicauit ſua bona eo caſu in quo ſciebat ingreſſum non tenere, ſed in illis caſibus quibus poterat valere, & in quibus coniugatus poteſt fieri monachus

chus videlicet ſi vxor conſentiat, vel hoc caſu ſperabat quòd conſentiret, vel quod moreretur: ſeu in alijs caſibus quibus coniugatus poteſt ingredi monaſterium iuxta d. cap. Agharoſa & ſeq. eo maximè quia ſuprà dictum eſt iſtam dedicationem bonorum, ordinariè habere in ſe tacitam conditionem annexam, ſi monachus in monaſterio perſeueret.

Secundò pro eis facit cap. 1. xviii. quæſt. 1. vbi habetur quòd exiens de monaſterio, aſſumptus ad epiſcopatum, bona in monaſterium translata non recuperat.

Huic textui reſpondet Abbas in d. cap.quod à te, quòd ideo non recuperat, quia erant acquiſita induſtria monachi, cùm in monaſterio moraretur.

Sed hæc reſponſio non videtur vera,cùm loquatur non ſolùm in bonis acquiſitis, vt ſuprà: ſed etiam in alijs quibuſcunq; bonis, vt in litera manifeſtè liquet.

Et ideo melius reſpondendo dicas,quòd ideo non recuperat bona, quia voluntariè exit de monaſterio; & bona eius erant iam acquiſita per profeſsionem, quę poſtea non poſſunt reuocari. Nam hęc eſſet ſpecies alienationis rerum eccleſiæ, quæ nullo modo fieri poteſt, niſi mediantibus requiſitis ordinarijs.

Tertiò adducitur hæc ratio; ea opinio eſt æquior quæ eſt ſecurior animæ noſtræ, quæ in dubijs quæſtionibus ſemper amplectenda eſt, cùm animæ hominum quibuſcunq; rebus præferantur infra eod.l. ſancimus cap. præcipimus 12. quæſt. 1. & cap. ſi habes 24. quæſt. 3. & ideo dicebat Aret. quòd ſi bona iſta remanerent monaſterio, hoc proderit animæ ipſius ingreſsi cap. pro obeuntibus 13. quæſt. 2. ergo &c.

Verùm hæc ratio Aret. ab eo adducta ad impugnandum leges & rationes adductas per Bart. ab omnibus reprehenditur vt hic per Dec.quia cùm ſit defectus in cauſa finali, non debent remanere bona in monaſterio contra voluntatem ingreſsi: quia in eleemoſina animus dantis attenditur cap. quieſcamus 42. diſt. & cap. i grauibus 3. quæſt. 7. & in iudicio cordis conſideranda eſt eleemoſina, vt dicitur in.§.dolendum eſt col. fin. de pœniten. diſtinctio 5.

Quartò mouentur per .§. ſi verò relinquens authen. demon. vbi habetur quòd ſi monachus efficiatur miles, vel ad aliam vitæ figuram trãſeat, tunc bona in monaſterium translata recuperare non poteſt, etiam ſi fiat monachus alterius monaſterij.

Sed huic textui facilime reſpondetur, quia ex eo bona non re-

cupĕrat, quia per profeſsionem iam erant facta bona Eccleſiæ, quæ nullo pacto, vt ſuprà eſt dictum poſſunt poſtea alienari: & ille monachus non exijt de monaſterio reuocatus ab vxore: ſed culpa, & defectu ſuo; ergo non debet bona recuperare.

Quintò & vltimo mouentur per .l ſi legibus infra de epiſ. And. & per .l.fin. infra deſponſ. vbi habetur quòd arræ datæ ob futurum matrimonium, impedimento detecto repetuntur ab ignorantibus, ſecus verò à ſcientibus impedimentum.

His iuribus dato quod valeat argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale, cùm eorum non ſit facta in iure æquiparatio, per modum regulæ iuxta not. in .l. 1.ff. de leg. primò reſpondetur quòd ideo ignorans impedimentum repetit arras, quia per eum non ſtat quin matrimonium ſequatur; ille verò qui habuit ſcientiam, eas perdit, non ſolùm propter ipſam ſcientiam: quia etiam ſi non interueniſſet aliquod impedimentũ, propter pœnitentiam perderentur: ſed etiam quia ea eſt conditio ordinaria dationis arrarum, vt non ſequuto contractu perdantur, vel duplicentur, vt not. inſt. de empt. & vend. in prin. Sed in caſu noſtro bona ipſa dedicata non fuerunt tradita nomine arrarum, ſed ſimpliciter, merito ex his illatio non eſt facienda argu. l. papinianus exuli .ff. de minor.

Et ſic apparet quòd vtraq; opinio diſputando defendi & impugnari poteſt; & quęſtio remanet dubia, & animus huc & illuc impellitur, cùm maximè in vtroq; caſu concurrat æquitas & fauor, quia pia eſt cauſa eccleſiæ, & pia cauſa alimentorum.

Ego verò colligendo quæ ſparſim à doctoribus hoc in propoſito ſunt enarrata, ita in hac quæſtione diſtinguerem conſiderando tres caſus.

8 Primus caſus eſt quando ingreſſus ipſe non tenuit ex defectu inhærente ipſi perſonæ, vt quia facta ſit dedicatio à minore vel furioſo; & hoc caſu ſiue tacitè, ſiue expreſsè, ſiue quocunq; alio modo bona ſunt eccleſiæ dedicata, ſemper reuocantur, reuocato ingreſſu propter dictum impedimentum; cùm tam ipſe ingreſſus, quàm dedicatio bonorum ſit nulla, & nullius roboris ex defectu voluntatis per tex. in cap. in præſentia & ibi per doct. de prob. & in titul. de curat. furio. de minori. & de tute. per totum, cùm iſti tales ex hoc defectu non poſsint facere profeſsionem vt ſuprà dictum eſt.

9 Secundus eſt caſus quando quis exijt de monaſterio voluntariè, ſeu culpa & defectu ſui. Et hoc caſu nunquam recuperabit bona ſua, vt

ſua, vt dicitur in d. ſ. ſi verò relinquens in d. cap. ſi quis rapuerit & in d. cap. de lapſis & ibi per doct. vt ſupra dictum eſt. Et ideo qui ſine licentia ſuperioris exijt de monaſterio, dicitur fugitiuus cap. Abbates 18. quæſt. 2. Et propterea licet poſtea efficiatur monachus alterius monaſterij, cui dedicauit bona poſtea acquiſita: tamen reuocatus à primo monaſterio, cùm ingreſſus a principio non tenuerit, omnia bona iſta per ipſum quæſita, ad primum monaſterium pertinebunt, vt argumento d. cap. Abbatis tradũt doct. in d. cap. quod à te, & nos diximus in quæſt. de tranſitu.

10 Tertius & vltimus caſus eſt, ſuper quo videtur controuerſia, quando non ex defectu voluntatis non tenuit ingreſſus, ſed ex alio defectu: vel propter primam profeſsionem iam factam in alio monaſterio, vel ratione impedimenti matrimonij, quia cùm haberet vxorem effectus eſt monachus, ſcienter bona ſua expreſsè in monaſterium dedicando. Et hoc caſu arbitror opinionem contra Bart. & alios antiquos eſſe in iure veriorem, & quòd iſte bona ſua recuperet, ne cogatur rediens ad ſeculum mendicare. Et ratio poteſt eſſe, quia cùm clarum ſit illum qui infra annum, vel ante profeſsionem egreditur à monaſterio, recuperare bona ſua, ſiue ea expreſsè, ſiue tacitè contulerit, vt ſupra dictum eſt, & vxoratus etiam per mille annos non poſsit in monaſterio profeſsionem facere, & profeſsio per eum facta ſit nulla, & nullius momenti, & habeatur pro non facta, ſicut ea quæ fit ex defectu ætatis vel voluntatis, iuxtà Not. in cap. cum ſimus extra de reg. ergo optimè concludendum eſt eum bona recuperare. Et hæc ratio eſt de mente Baldi hic qui omnia ſciuit & nihil penitus ignorauit; & huius ſententiæ fuit,
11 acutiſsimus doctor, & ſcientiarum omnium ornatiſsimus Polidorus Conſtantini, qui in huius quæſtionis deciſione multùm ſuo ingenio mihi contulit.

Præterea vt ſuprà fuit dictum, nunquam donatio præſumitur in dubio, & vbi poteſt capi alia cõiectura, potius error eſt præſumendus quàm donatio; ſed hic vt ſupra eſt dictum, poſſunt capi aliæ præſumptiones, ergo donatio ipſa excluditur, & ſic concluderem ſaluo ſemper iudicio meliori.

12 Remanet tamen decidẽdũ quid erit in eo qui ſciens ingreſſum nullum, ſua in monaſterium cõtulit. Et in hoc eam conſtituo opinionem æquitati conſonam (vt arbitror) eſtq; vt ipſo reſtituto, bona quoq; reſtituantur. Sed ſi liberos ex matrimonio non ſuſceperit, bona omnia ad monaſterium reuertantur: erit enim iſte tan-

quam vſufructuarius, & conſiderata erit vtraq; pia cauſa, vt ipſi alimenta non negentur, & monaſterium non fraudetur. Quam opinionem corroboro ex eo quòd in fortiori caſu docere videtur Io. And. in reg. actus legitimi de reg. Iur. in 6. vbi diſputat an ſum. Pontif. poſsit diſpenſare vt filius Regis nubat donec filios ſuſceperit, & poſtea ad monaſterium reuertatur; & diſputando ad partes videtur affirmatiuè concludere. Sic ergo in caſu iſto idem poſset determinari, vbi minus inconueniens poteſt conſiderari, & ſic validum erit argumentum à ſimili vt doctores voluere in .l. 1. de offi. eius & in .l. 1. cap. de interdi. & hic poterit ſuadere æquitas ne iſte alimentis priuetur, vel mendicare cogatur.

13 Ex iam deciſa quæſtione, quòd ingreſſu vitiato bonorũ pariter dedicatio vitietur, facilimè reſponderi poteſt minoris 14. annis bona, quæ in monaſterium vnde eſt egreſſus tranſmiſerat, ipſi fore reſtituenda: quia cùm non valeat expreſſum, tacitum quoq; valere non debet, vt in .l. item in fine .ff. de ſeruitu. ruſti. prædi. ita poſt. gloſ. in ſpecie id firmat Bart. hic num. 32.

Et cùm ſuperius in verbo ingreſsi concluſum ſit, eum tantùm dolum ingreſſum vitiare, qui poterat in conſtantem virum cadere ex doctri. Inno. & aliorum in cap. in præſentia de probatio. & in cap. dudum de conuerſ. coniugatorum, quæro an bona apud monaſterium debeant remanere. Et ex dictis in quæſt. generali, an reſoluto ingreſſu reſoluatur & bonorum dedicatio, poterit altera
14 huius noſtræ quæſtionis pars determinari,† quòd in illum ſcilicet caſum quo perſonæ dedicatio annullatur, bonorum reuocatio cum
15 perſona ſequatur.† Sed altera indeciſa remanet, quæ eſt an cùm ingreſſus teneat, dedicatio pariter bonorum ſubſiſtat. Quod videtur ſentire Petrus Anchara. in d. cap. dudum nu. 11. licet poſtea ſe non firmet. Nam vt inquit ipſe, acceſſoria eſt bonorum dedicatio perſonæ: ſic ergo ſi ingreſſus tenet, & ipſa quoq; tenere debet, cùm eandem naturam debeat acceſſorium ſapere, ex vulg. l. cum principalis de reg. iur. Item ſi minori qui prohibetur abſq; decreto alienare tot. tit. de reb. eorum permittitur in caſu quo religionem ingreditur, bona illi dedicare, nec poteſt dicere ſe læſum, pro vt ſuprà latè diximus, eadẽ ratione nec debet hoc caſu permitti bonorum reuocatio à monaſterio.

Terriò obſtat tex. in cap. perlatum 19. quæſt. vltima, vbi ratam habet Greg. ſum. Pontif. oblationẽ perſonæ, & rerum Petronillæ, exhortationibus Agnelli Epiſcopi factam.

Sed

Sed contrarium, quòd ingreſſu firmo remanente, bona ſucceſſoribus aſcribantur, quando dolo quis inductus eſt ad religionem, expreſsè deciſum reperio per tex. in cap. conſtituit 20. quæſt. 3. quem vnica voce receperunt Archidia. Bellam. & Turrecrem. ibi Inno. num. 4. Anto. But. & Ab. per illum tex. in cap. dudum de conuerſ. coniug. nu. 9. Gloſ. Inno. & Ab. in fine in cap. cum dilectus de his quæ vi metu cau. fiu. Abb. in cap. præterea num. 5. de offi. de leg. & in cap. in præſentia num. 8. de probatio. Specul. in titu. de ſta. mona. in fine Dec. num. 30. & Feli num. 9. & Bero. nu. 103. in d. cap. in præſentia, Bal. in authen. ſi qua mulier num. 33. & poſt illum Dec. hic num. 9. Romanus in .l. 1. §. ſi ſtipulatus de verb. obliga. num. 32. dicens ſe ita reſpondiſſe D. Auditoribus Rotæ, Petrus de Vergnia in Addi. ad Butrig. hic in prin. Lap. alleg. 46. in fin. Io. Baptiſta à Caſtellion. in addi. ad Alberi. in dictionario ver. religio. 2. verſ. quid de eo, Corſet. ad reperto. Feli. in verb. religioſi ſi alliciunt, Angelus in ſumma verbo religioſus num. 23.
16 Silueſt. vèr. religio 3. num. 11. Huius deciſionis ratio eſt, quia † dolus in ſpiritualibus non vitiat, in temporalibus autem ſic; & propterea ingreſſus tenet, & bonorum dedicatio reuocatur, vt voluerunt Inno. num. 2. Io. And. num. 3. & Anto. But. num. 18. in d. c. cũ delectus quod met. cau. Secunda ratio eſt quã me docuit Au-
17 guſt. Berous ſupra cita. loco num. 105. quòd iſte † contractus ſapit naturã bonæ fidei, & non ſtricti iuris. In quo bonæ fidei contractu dolus dans ei cauſam ipſum vitiat, quod ſecus in contractibus ſtricti iuris per tex. & ibi not. per Bart. & alios in .l. & eleganter .ff. de dolo & in .l. ſi quis cum aliter de verb. oblig. Quod iſte ſit contractus bonæ fidei probatur ex doctri. Bart in .l. 1. cap. de plus petitio: qui voluit omnes contractus de iure canonico eſſe bonę fidei; ex quo fit, vt omnes contractus de iure canonico ex dolo, qui illis cauſam præbet, reuocari poſsint ſecundum Bart. in d. l. & elegãter. Vnam notabilem limitationem non omittam ad re-
18 gulam prædictam, quòd dolus vitiat contractum non habere locum in eo quod eſt contra doloſum, volente tamen aduerſario qui non fuit in dolo iuxta gloſ. not. in .l. iuris gentium .§ prætor ait .ff. de pact. in .l. in cauſæ la 2. poſt principiũ .ff. de mino. Sed hæc limitatio ſublimitatur, quando lex reſiſteret contractui in quo interuenit dolus, vt quia lex prohiberet contractum in illum fieri, quia non valet etiam fauore illius, qui vult contractum valere tex. ſing. cum Gloſ. in .l. diuo Pio de ritu nuptia. ita eleganter Pet. Rauen.

in dicto

in dicto ver. dolus. Tertia est ratio magis cõcludens † quia in oblatione bonorum hic videtur cum monachis contrahere, qui dolosi possunt esse, at in oblatione personę cum Deo contrahere dicitur, &propterea bonus ille dolus dicitur, qui domino seruiendi causa inducitur. Et sic dicimus quòd tunc dolus vitiat, cùm est dolus contrahentis, siue det causam contractui, siue in illud incidat: secus si est dolus tertij prout in d. l. eleganter .§. 1. & ibi per Bart. Sęd hic quãdo personam dedicat, cum Deo contrahere dicitur: vnde omnis dolus à monachis adhibitus tanquam extraneis, contractum non vitiat: Sed in dedicatione bonorum cum ipsis monachis contrahere videtur, & propterea dolus ab ipsis adhibitus contractum reddit nullum, eo magis quia habere bona in ipsorum vergit vtilitatem, & sic in eo puniuntur, in quo deliquerunt iuxta tex. in cap. literas de temp. ordin. & in cap. pastoralis de iure patro.

20 Ex quorum doctorum numero Ab. in cap. dudum & post eum Dec. hic & Feli. in d. cap. in præsentia voluerunr hanc opinionem intelligi, † quando totum monasterium, siue maior pars esset in culpa: secus si aliqui illorum hoc fecissent, iuxta dicta. Glos. in rub. quæ sit long. consuet. quia factum illorum non debet nocere monasterio per tex. in reg. delictum de reg. Iur. in 6. & cap. cum venerabilis de exceptione & cap. si Episcopo 16. quæst. 6. Quod Decius voluit sua subtilitate interuertere, dum asserit sufficere dolum vnius ex monachis. Nam cùm bona non sint licitè quæsita ab Abbate, non videtur agi de prejudicio ecclesiæ arg. l. quod seruus de acquir. posses. & tamen tex. in d. cap. constituit loquitur in Abbate tãtùm: imo dicit ipse quòd si aliquod ecclesię præiudicium
21 generaretur, non videtur esse in iure quæsito † sed in quærendo, quo casu potest ecclesiæ præiudicari, vt cap. si Episcopum 16. q. 6. not. in cap. 1. de depos. & Ab. num. 12. in cap. 1. de dolo & cõtu. in 3. col. & facit tex. in .l. fin. ff. de admi. tuto. l. fin. cap. qui potest in pig. hab.

Ad huius dicti confirmationem adduco quod voluit Iacob. Are. ex mente domini Bartolutij in .l. 15. qui suis .§. si ab ignoto .ff.
22 de manumissio: quòd si aliquis † vendidit rem monacho, & pactum apponat quod ad ipsum reuertatur, vel aliud: tenebitur seruare pactum istud, quia res videtur sibi acquisita cum suo onere. Dum verò nimia subtilitate vult Dec. animum nostrum confundere, incidit ipse in errorem, quem animaduertit Berous loco cita. Ipse enim non considerauit oblationem fieri non posse cum vno monacho

cho, sed plures requiri cum mandato Episcopi, vel Abbatis, in cuius manibus debet fieri oblatio cap. viduitatis, vbi Glos. 27. quæst. 1. Inno. in cap. porrectum de regula. & latè diximus in ver. ingressi. Si ergo aliqui pręter istos dolum commisissent, esset dolus tertij qui contractum non vitiaret d. l. & elegãter. Et si diceretur Episcopum, vel Abbatem esse tertios respectu monasterij, cum quo principaliter videtur oblatio fieri, respondetur quòd iste dolus Abbatis ideo debet nocere, ex quo est dolus legitimi administratoris; quia Abbas tutori & curatori comparatur in cap. quia Episcopus vbi Glos. magistralis suprà quæst. 3. Et sicut illorum dolus pupillo nocet, sic & Abbatis per ea quæ volint Bart. in d. l. & eleganter in fine 2. col. & propterea in d. cap. constituit, optima ratione fit mentio Abbatis.

Quod autem Dec. affirmauit vnius monachi dolum sufficere, August. Berous voluit locum habere, quando Abbas sciuisset ante receptionem dolum monachi, & allegat elegans simile Bart. in d. .l. & eleganter in 2. col. Sed non procederet hoc quando post perfectam oblationem Abbas sciuisset, etiam si ratificasset dolum monachi. Quod latè comprobat ipse nu. 113. & respondet ad allegata per Dec. quę non repeto, ne in totum videar alienas arbores transplantare. Verùm posset saluari dictũ Dec. si intelligamus illum loqui in Abbate qui, & quo ad licitè quęsita, & quo ad quęrenda prejudicare potest, vt optimè Naua. docet in tracta. de regul. comen. 2. num. 31. qui etiam voluit monachum in quęrendis posse monasterio, & nocere & obesse, & multa exempla de contrahentibus affert quæ alio loco dicemus.

Sed respondendum est ad oppositа per Anchara. Et ad primum ipse idem respondet, id locum habere, quando est eadem ratio accessorij cum principali; at hic est diuersa, vt supra demostrauimus, ergo &c. Ad secundum dum pro minori non competit actio de lęsione, quia sua voluntate se dicauit: hic vero non, sed dolo fuit inductus, & sic non videtur voluntatęm habuisse, si cessarent quę sibi promissa erãt. Et hac ratione supra in verbo ingressi eam sequuti sumus opinionem, vt dolus vitiet etiam personę dedicationem, quando talis est qui poterat in constantem virum cadere; & ibi respondimus ad rationes, quę pro dolo bono adducebantur. Item quia hoc ideo statutum est in pœnam monachorum, ut notatur in d. cap. constituit 20. quęst. 3.

Nec obstat cap. perlatum 19. quęst. vltima cui respondet Berous

loco

loco cita. duobus modis. Primò quòd exhortationes illę fuerunt adhibitæ vt perſonã dedicaret, non bona: licet hãc non admittat. Secundò quòd ibi loquitur de exhortationibus quę omnem dolum videntur excludere, ex quo ſumuntur in bonam partem, cùm exhortari quis dicatur, rationibus ad virtutẽ, circunuentio autem, dolo & fraude, & ſic in malam partem .l. prima .§. prima de dolo, & ita voluit ante Beroum Gloſ. in d. cap. perlatum, quam ipſe non allegat.

Sed hucuſq; ſupra relati doctores nimium generaliter loqui videntur. Qua de re ex mente Archidia. in d. cap. conſtituit, imo ex ui verborum d.cap. animaduertendum, cenſeo ſupra poſitam con-
23 cluſionem non procedere,† niſi in caſu quo euidentur conſtaret monachum prædictum inductum fuiſſe ad religionem intuitu bonorum ſuorum tantum: ſecus verò ſi alio familiaritatis vel excellentię ſuæ perſonę t tulo. Quo caſu ſi perſona remanet, bona etiam monaſterium retinebit. Et ita in hac quæſtionę reſpondendum cenſeo.

SVMMARIVM EX CAP. XII.

1 *Rohibitio alienationis rerum, à teſtatore fit tacitè, & expreſsè.*
2 *Prohibitus alienare, non eſt prohibitus hæredem ab inteſtato ſuccedentem inſtituere.*
3 *Prohibitus alienare extra familiam, non prohibetur filiam nuptam inſtituere.*
4 *Prohibitio alienandi ſimpliciter facta, non excludit hæredis inſtitutionem.*
5 *Nec etiam ſi facta eſt hęredi & ſucceſſoribus vt non alienent.*
6 *Aut ſi facta eſt hæredi ad vitam.*
7 *Prohibita ad tempus, ſunt poſt illud permißa.*
8 *Prohibitio facta hæredi, vltra illum non extenditur.*
9 *Prohibitio facta filio, ad nepotes non dilatatur.*
10 *Appellatione nepotum veniunt pronepotes.*
11 *Appellatione liberorum veniunt deſcendentes.*
12 *Minor prohibitus alienare, non prohibetur hæredem inſtituere.*
13 *Prohibitio facta extra perſonas de familia, tenet quo ad exteros tantum.*
14 *Prohibitio facta ne bona alienentur extra familiam, extenditur etiam vltra quartum gradum.*
15 *Prohibitio alienationis extra familiam perpetua eſt.*

Domi-

16 *Dominium rei prohibitæ alienari extra familiam, ſtatim reuocatur ab hærede inſtituto.*
17 *Alienatio prohibita fauore familiæ, differt à prohibitione alienationis, vt maneant in hæreditate pro conſeruatione familiæ.*
18 *Alienatio prohibita ad certas perſonas, illas non egreditur.*
19 *Prohibitio facta ne in potentiorem bona veniant, non excludit hæredis inſtitutionem.*
20 *Statutum prohibens alienationem fieri in non allibratum, impedit hæredis inſtitutionem.*
21 *Res quæ ſunt extra commercium, tranſeunt cum vniuerſitate.*
22 *Res cuius ius diſponentis morte extinguitur, non tranſit in hæredem.*
23 *Prohibitio realis, perpetua eſt.*
24 *Prohibitus alienare, verus eſt dominus.*
25 *Prohibita alienatione rei à lege, dominium non tranſit, & alienatio non tenet.*
26 *Alienatio quæ fit ex neceſsitate, dominium transfert.*
27 *Prohibitio alienationis à teſtatore facta ſine cauſa, vel adiectione perſonæ, non impedit translationem dominij.*
28 *Alienatio quæ prohibetur à iudice, impedit translationem dominij.*
29 *Prohibitio alienationis inter contrahentes facta, non impedit translationem dominij: ſed prohibenti competit condictio ob cauſam, aut actio ad intereſſe, ſed in donatione aliter.*
30 *Dominium non tranſit quando manumiſſio, uel dedicatio in ſacrum eſſet prohibita.*
31 *Dominium rei prohibitæ alienari, non tranſit, ſi alienator retinuit aliquod ius in re.*
32 *Item ſi impediatur initium alienationis.*
33 *Res prohibita alienari in potentiorem, non tranſit in eccleſiam.*
34 *Secus ſi ſimpliciter ſit prohibita.*
35 *Prohibitus alienare, in caſibus quibus poteſt hæredem inſtituere, poterit in eccleſiam rem transferre.*
36 *Prohibitus alienare in eccleſiam, non poteſt illam inſtituere,*
37 *Teſtator prohibere poteſt alienationem in eccleſiam.*
38 *Bona prohibita alienari per ingreſſum monaſterij, in illud tranſeunt.*
39 *Res prohibita alienari non tranſit in eccleſiam, quando teſtator expreſsè prohibuit illam eccleſiam.*
40 *Item quando prohibitio facta eſt fauore aliarum perſonarum, quæ ab initio inſtitutionis ſunt vocatæ.*
41 *Item ſi dictum eſt vt bona conſeruentur in familia.*

42 *Prohibitus alienare, non potest rem prohibitam alienari habere pro derelicto.*
43 *Nec potest fideiubere in contractu alienationis rei prohibitæ.*
44 *Ecclesia tenetur stare pacto prohibitionis inter ipsam & alium apposito, aliàs dominium ab ipsa reuocatur.*
45 *Ecclesia tenetur etiam quoad partem, seruare pactum de non alienando.*
46 *Vsusfructus constitui non potest in re prohibita alienari.*
47 *Vsusfructus in re maioratus constitui prohibetur.*
48 *Fallit si commoditas tantùm vsusfructus constitueretur, non vsusfructus formatus.*
49 *Item in omnibus seruitutibus quibus non ius in re, sed commoditas tantùm conceditur.*
50 *Prohibitus alienare, non potest ad longum tempus locare.*
51 *Nec potest rem in emphiteusim concedere.*
52 *Fiscus in bonis alienari prohibitis non succedit, quod in emphiteusi, feudo, & maioratu probatur.*
53 *Prohibitio alienationis rei, non comprehendit legitimam.*
54 *Nec extenditur ad bona quæ ipse prohibens alienat.*
55 *Item nec obstat prohibitio, quando Princeps licentiam alienandi concedit.*
56 *Vel quando in locum bonorum prohibitorum, alia æquè bona subnecterentur.*
57 *Aut si causa necessaria subesset, proueniens ex facto prohibentis.*
58 *Item quando pro dote, vel donatione propter nuptias alienatur.*
59 *Aut si per sententiam bona à possidentibus euincerentur.*
60 *Idem etiam operatur præscriptio.*
61 *Possunt etiam alienari bona prohibita quando pro debito in carceribus detineretur possessor, & pro alimentis.*
62 *Idem si res immobilis infructuosa esset, ac sterilis.*
63 *Aut si proximus successor consentiat alienationi.*
64 *Pro redemptione captiuorum.*
65 *Vel si extarent bona mobilia inutilia, & quæ seruari non possent.*

CAPVT

CAPVT XII.

IS igitur de personis actis videamus, quæ sint res quę in monasterium transire non possint: cùm nonnulli affirment plures esse, quorum dominium in monasterium transire nullo pacto potest, ideoq; de singulis inspiciamus.

Et primò quęro an bona sub ea conditione data, vel legata, aut relicta, ne alienentur, transeant in ecclesiam ipso instituto, vel donatario ingrediente. Pro cuius & sequentium quæstionum
1 clariori cognitione sciendum est, † prohibitionem fieri à testatore tacitè & expressè. Tacita est cũ filios suos hæredes instituit, eosq; inuicem substituit, & sic descendẽtes. Expressa verò cùm id verbis expressis prohibuit, vt ne extra familiam alienentur, vel alio pacto, vt voluit Iacob. Menochius cons. 95. num. 17. vol. 1.

2 Item prohibitum alienare, non esse prohibitum hęredem legitimum, & ab intestato succedentem instituere, prout voluit Iacob. Aren. quem sequitur Alberi. in .l. si ita quis promiserit .§. ea lege de verb. oblig. num. 2. & seq. vbi communiter scribentes omnes adnotarunt, & Sali. voluit in .l. ea lege num. 13. post Bal. nu. 21. qui plures casus distinguit infra de cõdictio. ob cau. & post Bal. Castrens. Imol. & alios in .l. peto .§. fratres eod. tit. voluit Francis. Bur
3 sa. cons. 64. num. 5. Hierony. Gab. cons. 3. num. 20. † imo etiam ex hac licentia permitti filiam nuptam instituere, & sic alium extra familiam hęredem relinquere, voluit Hierony. Grati. cons. 9. num. 164. lib. 1. qui omnes supradictam conclusionem limitant in hærede extraneo, in quo tamen plura sunt consideranda.

4 Primus casus considerandus est † quando prohibitio facta est simpliciter; & hoc casu nequaquam videtur prohibita hæredis institutio. ita voluit Bart. in .l. si ita quis promiserit .§. ea lege nu. 6. per tex. in .l. 1. ff. de fundo dot. l. quædam de acquir. rerũ dom. quia cùm homo non censeatur semper viuere, videtur de hæredibus suis cogitasse arg. tex in .l. si pactum de probatio. Et hoc videtur sentire Alberi. in .l. pacto .§. fratre num. 22. & sequentibus de leg. 2. ex quo voluit And. Pom. in addi. ad Bart. post Angel. in
5 cons. 57. † quòd si testator prohibuit hæredem, eiusq; descen-

dentes quoquomodo & titulo ne alienent, & si secus fecerit bona deuoluantur ad Titium: tali prohibitione non obstante poterit hęredem extraneum instituere. Cuius contrarium voluit Sali. in d. l. ea lege num. 12. .C. de condi. ob cau. Sed idem And. Pom. in dicta additione tunc id etiam locum habere asserit, quando testator prohibuisset talem extraneum instituere, quod demum non admittit, neq; nos vt infra patebit.

6 Secũdus casus est in prohibitione facta ad vitam tantùm. Et hoc etiam casu non tenet prohibitio, quin hæredem possit instituere .l.
7 pater .§. fundum de leg. 3. cuius rationem assignat Sali. † quòd ad tempus prohibita, videntur post tempus permissa .l. statu liberum .§. sthicum de leg. 2.

8 Tertius est casus in prohibitione personali, vt quando hæres tantùm est prohibitus. In quo dicendum est prohibitionem non extendi vltra eum; ita post Oldra. cons. 21. num. 2. & Bal. in cons. 304. vol. 5. concludit Francis. Bursat. cons. 13. num. 2. qui etiam post Din. Rainerium, Bart. & alios in .l. filiusfam. §. diui de leg. 1.
9 in d. cons. num. 13. & in cons. 102. num. 24. vol. 1. affirmauit † pro-
10 hibitionem factam filio, ad nepotes non extendi, & si † appellatione nepotum, veniant etiam pro nepotes; quod latè prosequitur
11 Mathesila. in tracta. de extensio. num. 7. & idem in † appellatione liberorum, sub quorum nomine veniunt descendentes vt probauimus in repeti. legis fin. de constitu. Prin. 2. par. cap. 3. num. 63. & sequen. Verùm intellige hunc tertium casum, quando dixit prohibeo hęredes meos. Item quòd non extendatur vltra quartam generationem, quando prohiberetur hæres hæredis, vt per Pet. Duenas in regul. 11. 3. & 4. limitatione, vbi facit regulam quòd hærede prohibitos prohibetur hæres hæredis.

12 Quartus casus est cùm est prohibita aliqua persona à lege, vt puta minor; & tunc etiam dicendum est hæredis institutionem non esse prohibitam, dummodo sit maior 14. annis tex. est in .l. Aurelio .§. fin. de liberat. legata: cuius tex. authoritate motus ita voluit Bal. in d. l. ea lege num. 23.

13 Quintus casus est cùm prohibetur aliquid alienari extra familiam, vt in familia conseruetur. Et hoc est inalienabile ad alios, quàm de cognatione vel familia, ita expressè Iureconsul. docuit in .l. peto .§. fratre .ff. de leg. secundo & in .l. cum pater .§. libertis eod. tit. per quæ iura communiter id affirmarunt scriben. in d. §. fratre & in d. l. si quis ita promiserit .§. ea lege & in d. l. ea lege C. de condi.

de condi. ob cau. vbi est materia. & in d. l. filius fam. §. Diui. Ad quam regulam plures notabiles limitationes adducit Frãcis. Bur-
14 sat. cons. 37. in prin. vol. primo. Et in hoc aduerte † quòd ista prohibitio facta ne bona extra familiam alienentur, extenditur etiam vltra quartum gradum agnationis. Ita me docuit singulariter Iacob. Menoch. cons. 91. nu. 5. vol. primo post Socci. cons. 250. col. vltima lib. 2. Dec. cons. 38. col. 4. & alios multos quos allegat.
15 Imo idem voluit in d. cons. nu. 121. post Ruin. cons. 168. nu. 25. † huiusmodi prohibitionem perpetuam esse, nec tantùm hominis alienationem esse prohibitam, verùm etiam legis quod est notabile. Vnde huiusmodi bonorum quæ prohibentur alienari pro ho-
16 nore, & conseruatione familiæ † dominium, statim aufferetur ab instituto, & transmittitur ad vocatum, vt voluit Hierony. Grati. cons. 9. num. 164. vol. primo. Poterit tamen instituere filiam nuptam, vel alium, qui non sit de familia ab intestato succedentem, vt suprà dixi per doctri. eiusdem Hierony. Grat. d. cons. 9. num. 164. vol. primo, & aliorum quos allegat. Aduertendum tamen in
17 hoc est, † aliud esse prohibere alienationem fauore familiæ, & velle vt bona conseruentur in familia, & aliud prohibere alienationem vt maneant in hęreditate pro conseruatione familię. Nam primo casu vocata videtur ad successionem ipsa familia: secundo verò casu non videtur vocare familiam, sed velle vt succedatur in rebus illis ad conseruationem familiæ, per hæredes & substitutos. ita voluit Hierony. Gab. cons. 132. vol. 2. num. 23.

18 Sextus casus est quando prohibitio facta est ad certas personas; & tunc in illas est alienatio prohibita vt voluit Bal. in d. l. ea lege, & facit optimè .l. si ita quis promiserit .§. ea lege de ver. obliga. per quem tex. id voluit Bart. ibi num. 6. idem voluit Bursat. d. cons. 37. num. 5. & 6. qui limitat quando ad incertas personas: vt puta si dixisset ne alienet extra dominium; nam tunc non prohibetur instituere, & firmatur authoritate D. Couarr. in cap. Rainaldus num. 10. de testam. & communem dicit post Ambros. de opi. 30. in .l. filius fam. §. diui nu. 172. & Ferdin. Suarez. nu. 282.

19 Septimus casus est, quando alienatio est prohibita ne dolo alienantis in potentiorem deueniat, & tunc valet institutio cum effectu .l. ex hoc dicto .§. ait prętor vers. sed hæredem .ff. de alien. Iudicij mutam cau. fac &c.

20 Octauus casus est quando prohibitio facta est vt reip. prouidea tur; vt puta statutum prohibet ne prędia ex quibus collicit colle-

ctas

ctas alienentur in non allibratum, vel in eum qui non poteſt ſoluere. Et tũc huiuſmodi alienatio nec fieri poteſt cum vniuerſitate bonorum, vt in .l. 1. infra non lice. hab. metrop. lib. 11. l. certa forma de iure fiſci lib. 10. & Bal. in d. l. ea lege num. 23.

21 Nonus caſus eſt quando alienari prohibetur res, quæ eſt extra cõmercium de ſui natura, quę tamen ab vniuerſitate non ſeparatur, vt ius patronatus; & tunc tranſit in hęredem collectiuè, ſiue complexiuè, vt inquit Bal. d. loco quòd cap. ex literis de iure patronatus.

22 Decimus caſus eſt in re cuius ius morte diſponentis extinguitur, & in tali caſu non tenet inſtitutio .l. vxor patrui infra de legat.

23 & .l. ſticho. ff. de vſufru. leg. † & in his caſibus in quibus de prohibitione reali loquuti ſumus; & vbi indiſtinctè res aliqua prohibita eſt alienari, aduertendum eſt, prohibitionem eſſe perpetuam, nec extingui cum perſona primi, vel ſecundi inſtituti: ſed de vno in alium tranſire, in d. l. peto .ſ. fratre vbi Bart. voluit Iacob. Meno. conſ. 85. num. 14. qui ſtatuit dicto conſilio nu. 11. huiuſmodi prohibitionem voluiſſe vocare omnes.

24 Et pro complemento ſciendum eſt hunc alienare prohibitum, verùm eſſe dominum, cùm poteſtas alienandi non ſit in diffinitione dominij, ita ſingulariter poſt Bart. in l. voluntas col. fin. C. de fidei comi. tenet Iaſ. in d. l. ſi ita quis promiſerit .ſ. ea lege nu. 53. de verb. oblig. Moli. tamen de primog. Hiſp. lib. 1. cap. 19. num. 1 tenet eos non eſſe perfectos dominos.

Secundò principaliter videndum eſt, an ſtante prohibitione facta, dominium trãsferatur in eũ, in quem res alienatur. Hęc dubitatio ex eo oritur, quòd prohibitus alienare non videtur perfectus dominus teſte Moli. loco proxi. cita. poſt multos quos allegat; & hoc caſu reperio diſtinctionem communiter approbatam. Nam aut facta eſt prohibitio in vltima voluntate, aut inter viuos, quod altius repetemus ſequentes Alberi. qui refert ex Dyno ſe habuiſſe in d. l. peto .ſ. fratre & in d. l. ea lege C. de condi. ob cauſ. & per caſus diſtinguemus.

25 Primus igitur caſus eſt quando alienatio prohibetur à lege; & tunc non valet alienatio, nec dominium tranſit .l. iubemus .ſ. ſane hoc eod. tit. l. lex, quæ tutores de admi. tuto. & .l. 1. & 2. infra de fun. dotali; nam quod fit lege prohibente, pro infecto haberi debet

26 .l. non dubium infra de legibus, † & limitatur quando alienatio fit ex neceſsitate, vt in multis caſibus notatis in authen. hoc ius porrectum

rectum & in .l. ob. æs infra de præd. min. ſed optimè elidit hanc limitationem, dicendo in illis caſibus non fieri contra legis prohibitionem, ſed lege permittente Alberi. vt dixi. ita voluit in d. l. ea lege num. 2. Conſiderandum tamen eſt hoc caſu, quòd quando alienatio à lege prohibetur, reuocatur ipſo iure quando in ipſo facto extat prohibitio, in d. l. non dubium: ſecus verò ſi eſt poſt factum vt voluit eleganter Bart. in .l. ſi ita quis promiſerit .ſ. ea lege num. 5.

27 Secundus caſus eſt quando à teſtatore prohibetur; & tunc aut eſt ſine cauſa vel adiectione alicuius perſonæ, cuius reſpectu fiat prohibitio, & tenet alienatio .l. filius fam. ſ. diui de leg. primo: aut verò ſubeſt cauſa veluti vt in familia conſeruentur, vel reſpectu certæ perſonę prohibita, & tunc alienatio non tenet d. l. peto .ſ. fratre de leg. ſecundo & poſt alios Alberi. in d. l. ea lege num. 4. & ita ſunt intelligendi Gloſ. & alij in d. l. ea lege Bart. & cęteri in d. l. ſi ita quis promiſerit de verb. oblig. qui ſimpliciter diſtingunt, & in vltima voluntate dicunt dominium non tranſire.

28 Tertius caſus conſideratur quando alienatio prohibetur à Iudice; & hoc caſu Alberi. refert Inno. in cap. Rainaldus de teſtamen. in Gloſ. quæ incipit pactum, nam affirmare videtur quod tranſeat, & eundem refert in cap. vltimo in fine de accuſationi: docentem non trãſire dominium, & hoc ſequitur. Sed ipſe idem Alberi. in d. .l. peto .ſ. fratre num. 25. in fine ſimpliciter ſequitur Inno. in d. cap. Rainaldus, verùm limitat per eum in beneficijs eccleſiaſticis. Placet mihi tamen. opi. vt non tranſeat dominium, quia lex & Iudex parificantur.

29 Quartus caſus eſt quando prohibitio inter contrahentes appoſita fuit, & ſic inter viuos facta eſt. Et in hoc, vt dixi communis doctorum ſententia tam in dicta .l. ea lege, quàm in d. l. ſi ita quis promiſerit .ſ. ea lege & alijs locis ſupra allegatis, eſt vt tranſeat dominium: verùm ipſi ſtipulanti vel prohibenti competat condictio ob cauſam, vel actio ad intereſſe iuxta dicta iura. Sed Alberi. in d. l. ea lege num. 6. ex mente Guliel. de Cuneo inquit donationem ab alijs contractibus fore diſtinguendam, & in donatione non tranſire dominium per d. l. & .l. 1. & .l. quoties .C. de dona. quæ ſub mod. In alijs verò contractibus diſtinguit ipſe; aut erat aliàs contracturus, & tunc dominium tranſit d. l. aut non erat aliàs contracturus, & tunc non trãſit ſi contra prohibitionem alienatur .l. cum te & .l. fin. infra de pact. inter empto. & vend. compo. &

po. & reſpondent ad d. §. ea lege qui in donatione loquitur, propterea hoc eſſe, quia ibi facta fuit in fratrem, & alias perſonas ibi expreſſas titulo vniuerſali; fuerunt enim inſtitutæ hęredes vt ibi patet. Nam quædam cũ vniuerſitate tranſeunt, quæ aliàs nõ tranſirent .l. in modicis de contrahen. emptio. & .l. quædam de fundo dota. agitur tamen ad intereſſe, vt ibi. Vel poteſt dici quòd licet dicatur agi ad intereſſe: tamen non prohibet agi rei vendicatione. Refert demum plurimorum doctorum opiniones, quas ne longus ſim omitto.

Communem tamen ſententiam quam ſequimur (hac tamen Al-
30 beri. diſtinctione non reiecta) limita primò † vt non tranſeat dominium quãdo impediretur manumiſsio, vel dedicatio in ſacrum, .l. ea quidem cum ibi nota. infra. ſi manci. ita fuer. aliena. Fallit
31 ſecundò † ſi ſtipulator retinuit aliquod ius in re .l. 2. C. de iure emphiteu. & eſt caſus ſingularis in .l. ſi creditor .§. fin. de diſtra. pign. & hanc limitationem Bart. communiter eſſe receptam affirmauit Iaſon. in d. §. ea lege num. 31.

32 Tertiò non procedit † vbi in alienatione fuerunt aliqua adiecta, per quæ alienationis principium impediretur, vt in caſu quo ſibi reſeruauerat, quòd ſi extra familiam alienentur, liceret retinere: conſuluit Meno. conſ. 63. nu. 26. lib. 1.

Quibus ſic cognitis facilior erit noſtræ quæſtionis ſolutio, pro
33 qua plures articulos cõſidero. Primus † eſt quando in prohibitione dictum eſt, ne alienet in potentiorem. Quo caſu Din. in .l. qui abſenti de acquir. poſſeſsio. Iacob. Aren. & alij antiqui per Alberi. relati in ſepius allegata lege ſi ita quis promiſerit .§. ea lege num. 5. voluere nequaquam in eccleſiam tranſire rem ita alienari prohibitam, huiuſmodi prohibitione ſic ſtante; quos ſequuti ſunt Bart. num. 9. Angel. num. 4. Bal. in fine. Paul. Caſt. in fin. Imol. col. 2. & alij in d. §. ea lege, Bal. in d. l. ea lege num. 32. C. de condictio. ob cauſam, & communitet ſcribentes. Et propterea dixit Iacobus Aren. quem ibi Albericus refert, incidere in pœnam ſtipulationis ſic alienando, quod tenuit etiam Angelus d. loco.

34 Secundus caſus eſt quando non eſt ſic prohibitus, & alienat in eccleſiam in quo Gloſ. in d. loco ſi ita quis promiſerit .§. ea lege affirmat in eccleſiam tranſire, quia loco filij habetur: & ſic non videtur alienatio, ſed dominij continuatio .l. in ſuis de lib. & poſthu. .l. cum miles .ff. ex quibus cauſ. maio. l. 1. de impon. lucra. deſcri. .l. 2. infra qui & a te lib. 10. l. cum ſcimus .§. fin. infra de agrico. & cenſi

cenſi lib. 10. & .l. voluntas infra de fideicom. aduerſus quam opinionem ſentiunt communiter ſcribentes tam in d. §. ea lege quàm etiam in d. l. ea lege & in hac authen. Pet. Din. Cin. num. 21. Bart. num. 51. & alij diſtingunt; aut hoc fit per donationem, & hoc caſu dicunt non tranſire dominium, aut in vltima voluntate, & tunc bene poſſe tranſire. Verùm in hoc videntur mihi repetenda quæ diximus in primo præmiſſo, vt inſpiciantur ſcilicet modi prohibitionis:
35 quia in omnibus illis caſibus in quibus poteſt hæredem inſtituere prohibitus alienare, poterit in eccleſiã rem transferre, & in omnibus in quibus prohibitus eſt donare inter viuos, etiam in hoc caſu cenſetur prohibitus, quia eadem militat ratio, quæ eſt quòd defunctus rei ſuæ legem quam voluit potuit imponere .l. 1. huius tit.
36 ex quo voluit Iaſ. in d.l. ſi ita quis promiſerit .§. ea lege † prohibi-
37 tum manifeſtè in eccleſiam alienare, non poſſe illam inſtituere; † & hanc prohibitionem poſſe teſtatorem facere etiam pœna adiecta voluit Meno. conſ. 57. num. 1. & 4. lib. 1. & not. in cap. verum in Gloſ. de conditio. appoſi. & Anto. But. in cap. in præſentia in fin. de probatio.

38 Tertius caſus & noſtrę quæſtionis proprius eſt cùm ingreditur monaſterium, quo nempe caſu voluerunt communiter ſcribentes dictis locis, in eccleſiam tranſire huiuſmodi rei alienatę dominium ſic intelligentes dictam Gloſ. in d. §. ea lege dum loquitur de filijs: quia illud locum habere dicunt quando monaſterium ingreditur, non quando ſimpliciter eccleſia inſtituit hæredem, vt per doctores in authen. niſi rogati infra ad Trebellianum, & hoc approbarunt Innoc. num. 5. verſ. item ſi aliqua, Hoſt. num. 8. Io. And. num. 8. verſ. ſed numquid, Anchara. num 22. Anto. But. num. 24. Ab. num. 73. Berous num. 436. & 554. in cap. in præſentia de probatio. per tex. in. l. 1. de fundo. dota. & .l. pater .ff. de leg. 3. quod Moli. expreſsè docuit de primog. Hiſp. lib. 1. cap. 13. num. 77. Et mouentur quia per hoc retraheretur à vita contemplatiua, nec ingrederetur monaſterium, & hoc dictum ampliat Paul. Caſt. in d. §. ea lege, etiam ſi teſtator prohibuiſſet ne ad eccleſiam tranſirent
39 bona: quia omnia per ingreſſum tollantur. † Fallit tamen hoc quod diximus, quando à teſtatore expreſsè prohibita eſſet illa eccleſia quam ingreditur, vt ex mente dictorum ſcribentium colligitur, & expreſsè à Iaſone in d. §. ea lege num. 15.

40 Item & ſecundò ego limito † quando prohibitio facta eſt fauore aliarum perſonarum, quæ videntur vocatæ à principio inſtitutio-

nis, prout facit ad hoc nota. distinctio. Bart. in .l. si quis in tantam .C. vnde vi dum quæstionem decidit an bona prohibita alienari transeant in fiscum, per notab. distinctionem quam supra adduximus in 8. illatione.

41 Item & tertiò quando dictum est vt bona conseruentur in familia; nam eo casu cùm videatur testator voluisse vt nomen suum conseruetur, quod per monasterij ingressum amitteretur: dicendum videtur non admitti monasterium vt supra diximus in quinto casu.

Et ex his quæ diximus in secundo proximo casu, illum qui alienare est prohibitus, non posse nec in ecclesiam transferre prohibi-
42 tæ rei dominium, potest inferri † neq; eum posse rem habere pro derelicto; esset enim quodam modo donatio quæ occupanti concederetur, ita per .l. quod seruus post Bart. ibi de stipula. seruorum, Glos. & Bart. in .l. 1. §. 1. ff. si ex noxa. cau. agat. scripsit Iason. in d. §. ea lege num. 51.

43 Infertur secundò eum qui non potest rem alienare, nec posse in contractu fideiubere, pro alienante dictam rem ita sequens Glos. notab. & Bal. in .l. exceptione .C. de euictioni. docet Iason. in d. §. ea lege num. 52.

44 Tertiò infertur † quòd si est pactum initum cum ecclesia in donatione, vt si ipsa alienet ad donatorem vel venditorem, res item deueniat vel pro non data habeatur, licet dominium transierit in ecclesiam, modo tamen non seruato reuocatur, facit tex. & ibi nota. per doctores in cap. verum de condi. appos. ad quem se remittit Bal. in d. l. ea lege.

45 Quartò infertur quòd non solùm particularis tenetur prohibitionem, & sic appositam conditionem seruare: sed etiam ecclesia, & nedum in toto, sed in parte: ita vt si legatum vel donatio fuerit ecclesiæ facta ne alienet, & partem rei alienauerit, cadit à toto; ita expresse voluit Iason in d. §. ea lege num. 48. quia non sufficit conditionem impleri pro parte, cùm sit indiuidua .l. cui fundus .ff. de conditio. & demonstratio.

46 Quintò infertur quòd nec etiam prohibitione facta res alienari prohibetur, verùm & vsusfructus constitutio, quando expressè prohibitio alienationis facta est .l. fin. C. de rebus alien. non alien.
47 vbi Bart. Bal. & communiter scriben. † quod in maioratu affirmat Moli. de primog. Hispa. lib. 1. cap. 20. num. 8. ita quod etiam in vita alienantis, successor ad reuocandum alienationem admittatur vt per

vt per .l. pater .§. quindecim libertis iuncta Glos. in .ff. de leg. 3. voluit idem Moli. dicto. loco qui tamen num. 11. doctissimè limi-
48 tauit † non procedere quando non ius vsusfructus formatum, sed facultas fructuum, seu commoditas percipiendi in rebus maioratus constituitur: quoniam hæc facultas à iure vsusfructus est diuersa, nec alienationem continet, ex illa namq; percipiendorum fructuum commoditate, nullum ius in re constituitur. Ex quo fit, vt possessoris maioratus vita durante, commoditates rerum maioratus percipi possint; quod ipse latè prosequitur num. 12. & am-
49 pliat num. 13. † in omnibus seruitutibus, per quas non ius seruitutis in re, sed quædam vtendi permissio, aut personalis obligatio quę personam tantum adstringit, ad vitam possessoris concedatur; cùm id à iure seruitutis diuersum sit.

50 Sextò infertur prohibitum alienare, non posse ad longum tempus locare, vt post Anto. & Ab. num. 13. & alios in cap. nulli de reb. eccles. alien. vel non concludit in maioratu, feudo & emphiteusi Moli. d. lib. 1. cap. 21. num. 18. cùm supra in principio d. cap. affirmauerit permissum illi esse ad modicum tempus locare.

51 Septimò infertur prohibitum alienare, non posse rem in emphiteusim concedere, vt per tex. in d. l. fin. cap. de reb. alien. non alien. probat Moli. d. cap. 21. num. 22.

52 Octauò infertur in tantum firmam esse hanc prohibitionem, vt in bonis alienari prohibitis fiscus non succedat, vt probatur per tex. in .l. imperator .ff. de fideicom. libertat. per quem tex. id voluit ibi Bart. num. 1. allegans tex. in .l. si libertinum .ff. de bon. libert. & alia iura, qui tamen in .l. si quis in tantam .C. vnde vi nu. 12. idem dixit supra nota. distinct. aut enim prohibitio solùm in fauorem delinquentis facta fuit, & tunc bona sic alienari prohibita, possunt ex delicto confiscari: aut verò prohibitio alienationis, facta fuit fauore aliorum, & eo casu confiscari nõ possunt. Quam distinctionem ab innumeris doctoribus probatam demonstrat Moli. in d. tracta. de primog. lib. 4. cap. 11. num. 5. vbi idem num. 1. 2. & 3. ac per totum probat bona maioratus, feudi, emphiteotica, & alia huius generis nequaquam in fiscum transire. Et quod diximus de bonis alienari prohibitis, vltra illos quos allegat voluere Hierony. Gab. cons. 123. num. 32. vol. 1. Riminal. Iun. cons. 50. num. 94. lib. 1. quod extendit etiam ad casum vbi expressè testator voluisset comprehendi in casum confiscationis, vt voluit idem Rim. d. loco, & est ratio, nam eo ipso quòd incipit velle delinque-

re, priuatur dominio; vt quando teſtator dixit in caſu quo aliquis inſtitutorum delictum committeret, quia illud verbum non ſignificat actum perfectum, imo idem Moli. in lib. 1. cap. 20. num. 9. voluit nec vſumfructum bonorum expreſsè prohibitorũ, in fiſcum tranſire durante vita delinquentis; & eſt notabilis limitatio ad .l. ſtatius florus .§. Cornelio felici de iure fiſci.

53 Nec tamen huiuſmodi prohibitio ita ampla & lata eſt, vt aliquo caſu non ſit eius poteſtas coarctata; & primo in legitima, prout in id conſuluere Areti. conſ. 19. num. 7. & poſt multos quos allegat Iacob. Menochi. conſ. 57. num. 13. lib. 1. Franciſ. Burſat. con. 162. num. 16. Bero. num. 427. in cap. in præſentia, qui etiam voluit, quòd ſi hæres alienaſſet tot bona quæ comprænderent trebellianicam, quia in illis videtur elegiſſe trebellianicam, illa non computantur per .l. Marcellus .§. res quę, & ibi communiter omnes poſt Gloſ. ff. ad Trebellia.

54 Secundò limita non procedere quando ipſemet inſtituens reuocat, vel partem detrahit, prout in maioratu plenè probat Moli. lib. 4. cap. 2. 10. & ſequent.

55 Tertiò quando princeps licentiam alienandi concederet, quod legitima ſubſiſtente cauſa id facere poſſe intelligendum eſt, prout idem Moli. latiſsimè & perdoctè tractat in cap. 3. d. lib.

56 Quartò quando in locum bonorum alienari prohibitorum, alia quæ bona vel meliora ſubnecterentur, ita vt vtilis ſit hæc permutatio vt probatur ex .l. ita conſtante de iure dot. ibi ſi mulieri vtile ſit; & hoc optimè & latè perpendit idem Moli. d. lib. cap. 4.

57 Quintò quando cauſa neceſſaria ſubeſſet proueniens ex facto inſtitutoris; Moli. cap. 6. num. 1. poſt multos, qui etiam limitat num. 2.

58 Sextò quando pro dote, vel donatione propter nuptias alienarentur, pro perſonis à prohibente deſcendentibus. Quod intelligendum eſt deficientibus bonis liberis, & fructibus ad id non ſufficientibus. Et hęc eſt notabilis limitatio ad omnes iſtas limitationes: quia dum poſſunt de fructibus debita iſta reparari, de illis primò ſatisfaciendum eſt, non autem ſunt bona alienanda, Auguſti. Bero. in cap. in præſentia nu. 423. & ſequen. & nu. 434.

59 Septimò limita quando ex ſententia bona ab illis qui poſsident euincerentur: in illo etenim caſu vinculum prohibitionis frãgitur prout .l. 3. §. item quęri poteſt .ff. de reb. eorum, ſancitum eſt, per illa verba; nam & hic valebit alienatio propter rei iudicatæ autho-

authoritatem. Et propterea conſulere ſolẽt ſcribentes in hoc caſu, vt quando rem quis voluerit alienare, faciat ſibi litem mouere, & permittit euinci; quod authoritate Bart. in .l. filius fam. §. diui num. 9. verſ. 1. & aliorum probat Moli. d. lib. 4. cap. 8. num. 2. vbi nullo vnquam iure ſibi videri probabile hoc cõſilium affirmat, & rectè, imo inſpecta diſtinctione Bart. in d. l. ſi quis in tantam reſpectu fiſci dicerem nullum ex hoc preiudicium generari ſucceſſoribus legitimis, ad quod facit .l. ſæpe de re iudicata cum ibi notatis.

60 Octauò reſtringe, non habere locum in præſcriptione: de quo per eundem Molin. d. cap. 10.

61 Nonò limita quando pro debito in carceribus detineretur, vel pro alimentis, ita Paul. Caſtrenſ. docuit per illum tex. in authen. ſi captiui num. 6. infra de Epiſ. & cleri. & de alimentis proſequitur latè Berous in cap. in prẹſentia num. 431.

62 Decimò quando res immobilis, infructuoſa, & ſterilis extaret, quia ab hærede poteſt alienari bona fide in emptorem ignorantem fideicommiſſum in illa re, & alienatio valet, pretium tamen eſſet ſubiectum rectitutioni .l. fin. in fine de lega. ſecundo, & probatur in .l. mulier .§. ſed & cum .ff. ad Trebellia. & per Bero. in cap. in prẹſentia num. 425.

63 Vndecimò conſentiente proximo fideicommiſſario ſucceſſuro, quia non poſſet agere ad rem, ex conſenſu etenim ſibi præiudicat vt per Bero. num. 426.

Duodecimò pro redemptione captiuorum Bero. num. 427.

Decimotertiò quando extarent bona mobilia inutilia, & quæ ſeruando ſeruari non poſſent, vt probatur in .l. mulier .§. ſed etenim ad Trebellia. imo hæredi imputaretur, & hoc caſu ſolum pretium ſubiacet reſtitutioni, vt d. l. mulier & dicit benefacere .l. lex quæ cum ſimili. C. de admi. tuto. Bero. ibi num. 433.

SVMMARIVM EX CAP. XIII.

1 *BONA ſubiecta reſtitutioni per ingreſſum inſtituti, in monaſterium transferuntur ſubſtituto excluſo.*

2 *Monaſterium excludit ſubſtitutum per ingreſſum inſtitui etſi teſtator putabat illum laicum.*

3 *Item ſi teſtator expreſſit, ſi ſine liberis deceſſerit.*

4 *Monaſterium habetur loco filij ad excludendum ſubſtitutum.*

Mona-

re, priuatur dominio; vt quando teſtator dixit in caſu quo aliquis inſtitutorum delictum committeret, quia illud verbum non ſignificat actum perfectum, imo idem Moli. in lib. 1. cap. 20. num. 9. voluit nec vſumfructum bonorum expreſsè prohibitorũ, in fiſcum tranſire durante vita delinquentis; & eſt notabilis limitatio ad .l. ſtatius florus .§. Cornelio felici de iure fiſci.

53 Nec tamen huiuſmodi prohibitio ita ampla & lata eſt, vt aliquo caſu non ſit eius poteſtas coarctata; & primo in legitima, prout in id conſuluere Areti. conſ. 19. num. 7. & poſt multos quos allegat Iacob. Menochi. conſ. 57. num. 13. lib. 1. Franciſ. Burſat. con. 162. num. 16. Bero. num. 427. in cap. in præſentia, qui etiam voluit, quòd ſi hæres alienaſſet tot bona quæ compræhenderent trebellianicam, quia in illis videtur elegiſſe trebellianicam, illa non computantur per .l. Marcellus .§. res quę, & ibi communiter omnes poſt Gloſ. ff. ad Trebellia.

54 Secundò limita non procedere quando ipſemet inſtituens reuocat, vel partem detrahit, prout in maioratu plenè probat Moli. lib. 4. cap. 2. 10. & ſequent.

55 Tertiò quando princeps licentiam alienandi concederet, quod legitima ſubſiſtente cauſa id facere poſſe intelligendum eſt, prout idem Moli. latiſsimè & perdoctè tractat in cap. 3. d. lib.

56 Quartò quando in locum bonorum alienari prohibitorum, alia quæ bona vel meliora ſubnecterentur, ita vt vtilis ſit hæc permutatio vt probatur ex .l. ita conſtante de iure dot. ibi ſi mulieri vtile ſit; & hoc optimè & latè perpendit idem Moli. d. lib. cap. 4.

57 Quintò quando cauſa neceſſaria ſubeſſet proueniens ex facto inſtitutoris; Moli. cap. 6. num. 1. poſt multos, qui etiam limitat num. 2.

58 Sextò quando pro dote, vel donatione propter nuptias alienarentur, pro perſonis à prohibente deſcendentibus. Quod intelligendum eſt deficientibus bonis liberis, & fructibus ad id non ſufficientibus. Et hęc eſt notabilis limitatio ad omnes iſtas limitationes: quia dum poſſunt de fructibus debita iſta reparari, de illis primò ſatisfaciendum eſt, non autem ſunt bona alienanda, Auguſti. Bero. in cap. in præſentia nu. 423. & ſequen. & nu. 434.

59 Septimò limita quando ex ſententia bona ab illis qui poſsident euincerentur: in illo etenim caſu vinculum prohibitionis frãgitur prout .l. 3. §. item quęri poteſt .ff. de reb. eorum, ſancitum eſt, per illa verba; nam & hic valebit alienatio propter rei iudicatæ autho-

authoritatem. Et propterea conſulere ſolẽt ſcribentes in hoc caſu, vt quando rem quis voluerit alienare, faciat ſibi litem mouere, & permittit euinci; quod authoritate Bart. in .l. filius fam. §. diui num. 9. verſ. 1. & aliorum probat Moli. d. lib. 4. cap. 8. num. 2. vbi nullo vnquam iure ſibi videri probabile hoc cõſilium affirmat, & rectè, imo inſpecta diſtinctione Bart. in d. l. ſi quis in tantam reſpectu fiſci dicerem nullum ex hoc preiudicium generari ſucceſſoribus legitimis, ad quod facit .l. ſæpe de re iudicata cum ibi notatis.

60 Octauò reſtringe, non habere locum in præſcriptione: de quo per eundem Molin. d. cap. 10.

61 Nonò limita quando pro debito in carceribus detineretur, vel pro alimentis, ita Paul. Caſtrenſ. docuit per illum tex. in authen. ſi captiui num. 6. infra de Epiſ. & cleri. & de alimentis proſequitur latè Berous in cap. in prẹſentia num. 431.

62 Decimò quando res immobilis, infructuoſa, & ſterilis extaret, quia ab hærede poteſt alienari bona fide in emptorem ignorantem fideicommiſſum in illa re, & alienatio valet, pretium tamen eſſet ſubiectum rectitutioni .l. fin. in fine de lega. ſecundo, & probatur in .l. mulier .§. ſed & cum .ff. ad Trebellia. & per Bero. in cap. in prẹſentia num. 425.

63 Vndecimò conſentiente proximo fideicommiſſario ſucceſſuro, quia non poſſet agere ad rem, ex conſenſu etenim ſibi præiudicat vt per Bero. num. 426.

Duodecimò pro redemptione captiuorum Bero. num. 427.

Decimotertiò quando extarent bona mobilia inutilia, & quæ ſeruando ſeruari non poſſent, vt probatur in .l. mulier .§. ſed etenim ad Trebellia. imo hæredi imputaretur, & hoc caſu ſolum pretium ſubiacet reſtitutioni, vt d. l. mulier & dicit benefacere .l. lex quæ cum ſimili. C. de admi. tuto. Bero. ibi num. 433.

SVMMARIVM EX CAP. XIII.

1 *BONA ſubiecta reſtitutioni per ingreſſum inſtituti, in monaſterium transferuntur ſubſtituto excluſo.*

2 *Monaſterium excludit ſubſtitutum per ingreſſum inſtittui etſi teſtator putabat illum laicum.*

3 *Item ſi teſtator expreſſit, ſi ſine liberis deceſſerit.*

4 *Monaſterium habetur loco filij ad excludendum ſubſtitutum.*

Mona-

5 *Monasterium est filius fictus, ciuilis, & improprius.*
6 *Sensus authen. nisi rogati .C. ad Trebellia.*
7 *Testator qui substituit in casu quo sine liberis decesserit, oculos habuit ad filios, & ad monasterium.*
8 *Filius admittitur ad excludendum substitutum secundo loco, in casu quo pater primo loco substitutus erat, & noluit adire.*
9 *Vincencius de Franchis sacri Neapolitani Prætorij præfectus laudatur.*
10 *Substitutus in casu, si sine liberis decesserit, excluditur etiam per ingredientem monasterium capax, quòd assenserat donationi matri factæ.*
11 *Monasterium excludit substitutum vulgariter.*
12 *Monasterium excludit substitutum per ingressum instituti, etiam si dixit instituens, si sine liberis ex corpore decesserit, vel sine filijs legitimis & naturalibus, vel de vero, & non ficto matrimonio procreatis: quod non admittimus ita simpliciter num. 18.*
13 *Testator vbi se glosauit in vita, non est recurrendum ad glosam legis.*
14 *Statuta laicorum in præiudicium ecclesiæ tunc ualent, quando sibi ipsis principaliter prosunt, non ecclesiæ principaliter obsunt.*
15 *Statutum quòd monachus excludatur à successione agnatorum tenet.*
16 *Benefacere nemo cogitur.*
17 *Regula quòd taciti, & expressi eadem sit uirtus, locum habet quando interpretationi legis relinquitur.*
18 *Testatoris expressa uoluntas consideranda est, ut monasterium uel substitutus excludatur.*
19 *In Regno Franciæ monachi cuiusuis ordinis ab intestato non succedunt.*
20 *Promittens aliquid, si sine filijs decesserit, si monasterium ingrediatur tenetur ad promissum.*
21 *Monasterium non excludit substitutum, quando testator expressè declarauit nolle se bona in monasterium transire, licet alij contra.*
22 *Statutum contra monasterium disponens, nullum est.*
23 *Conditio in institutione adiecta ut monasterium ingrediatur, ualida est.*
24 *Testator prohibere potest hæredem, ne aliquam particularem religionem uel monasterium ingrediatur.*
25 *Conditio tenet, si à testatore dicatur, ut ducat in uxorem incertam de certis*
26 *Monasterium incapax non excludit substitutum si institutus ingrediatur, quod uide etiam nu. 46.*
27 *Ingrediens monasterium incapax, potest ante ingressum in pios usus bona distribuere, & substitutum excludit.*
28 *Institutus si efficiatur clericus, non excluditur substitutus, quod fallit duobus casibus.*

Mona-

29 *Monasterium non excludit substitutum, quando pius locus substitutus est.*
30 *Priuilegiatus si cum alio priuilegiato concurrat, conquassantur priuilegia.*
31 *Priuilegiatus in specie, utitur suo priuilegio contra priuilegiatum in genere.*
32 *Pia causa detrahit falcidiam à legato relicto aliæ piæ causæ, sed contrarium uerius arbitramur.*
33 *Monasterium non excludit substitutum, quando alius locus licet minus pius substitutus est.*
34 *Electio facta de idoneo non irritatur, ex quo alius magis idoneus reperitur.*
35 *Substitutus non excluditur per monasterium, quando institutus in fraudem ingreditur.*
36 *Ingressus in fraudem substituti quando dicatur.*
37 *Professio in articulo mortis emissa uires non habet, sed contrarium uerius secundum aliquos.*
38 *Matrimonium in articulo mortis contractum cum concubina tenet, & filij legitimantur.*
39 *Renuntiatio beneficij in infirmitate facta, de qua moritur infra triginta dies, non tenet.*
40 *Substitutus admittitur excluso monasterio, quando institutus dolo fuit inductus.*
41 *Substitutus non excluditur, quando institutus, monasterium, uel ecclesiam hæredem instituit.*
42 *Substitutus non excluditur, quando ingressus instituti non tenet.*
43 *Institutus si apostatando à religione exierit, non efficit ut substitutus admittatur.*
44 *Monasterium non excludit substitutum, cùm filij testatoris substituti sunt.*
45 *Pœna offensi, quæ ex ui statuti uenit applicanda hæredibus illius, si offensus sit monachus, filio si habet, non monasterio applicatur: sed alij aliter distingunt.*
46 *Item admittitur substitutus, quando monasterium noluit hareditatem accipere.*
47 *Monasterium in casu quo substitutus non excluditur, durante uita instituti bona possidebit.*
48 *Item hoc casu succedet in legitima.*

CAPVT

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

1 EX dictis in superiori quæstione infertur, nedum bona quæ alienari prohibita sunt in monasterium per ingressum instituti transire, verùm & illa quæ alicui restituenda ex fideicommisso veniunt, omni penitus nuptiarum, donationis propter nuptias, & restitutionis reiecta conditione, prout expresè traditur per Imperatorẽ in authen. nisi rogati C. ad Trebellia. & in authen. de sanctissimis Episcopis .§. sed & hoc præsenti, vnde dicta authen. sumitur & per sum. Pontif. in cap. in præsentia de probatio. quibus in locis adnotarunt scribentes, cuius authenticæ dispositionem

2 Amplio primò † etiam si testator instituens putasset illũ laicum: quia eo casu monasterium monacho adire volente tres partes habebit, substitutus verò vnam, sicut dicitur in seruo quem testator putabat liberum, cùm eadem sit ratio .l. si pater .ff. de hæred. instit. & dixit Angel. in .l. cum proponas .C. de hæredi. instit. si verò repudiauit monachus, licet si æquiparandus esset seruo, nihil monasterium haberet: tamen per ea quæ supra diximus in præludijs quod æquiparatio fit, prout monasterio vtilius, est illum filio æquiparamus, quo nolente pater adire potest, & sic tantundem monasterium habebit licet Angel. in d. l. cum proponas dicat non esse faciendam extensionem.

3 Quæ conclusio intelligitur secundo, etiam si dictum esset in testamento, vt si decesserit sine liberis bona ad Titium perueniant; nam substitutus eo casu excluditur, & monasterium admittitur, prout testantur Glos. Host. num. 20. Io. And. num. 27. Anchara. num. 25. Anto. Butr. & Henri. Boich. num. 25. Ab. num. 36. Cardi. col. 4. vers. in Glos. Bellam. num. 29. Anan. num. 10. Feli. Dec. & Bero. num. 486. & alij in cap. in præsentia de probatio. Glos. Din. Cin. num. 4. Odoffre. num. 4. Bart. Bal. Paul. Castren. & alij per illum tex. adnotarunt in authen. nisi rogati Bal. Paul. Cast. nu. 3. & Iason. nu. 18. in fine in authen. si qua mulier infra eod. Paul. Cast. in .l. si ita quis .§. fin. num. 2. ff. de leg. 2. Couarr. Var. resol. lib. 1. cap. 19. num. 6. communem dicit Viglialo. lib. com. opi. ver.

ver. monachus num. 189. ex Alex. cons. 121. num. 2. lib. 2. Hyppoli. Mars. sing. 668. num. 2. Ioan. Bos. in tracta. de nupt. lib. 5. num. 6. Hypol. Riminal. Iun. cons. 20. num. 3. Hanc etiam communem, vsuq; receptam testatur Fran. Bursat. cons. 97. num. 23. lib. 1. aduersus Riccardum Malumb. & alios pro contraria opi. vt Cinus & alij referunt in d. authen. nisi rogati; & pro hac opinione videtur esse Alciatus cons. 53. num. 1. & seq. lib. 9. dicẽs in iure istam veriorem esse: superiorem tamen communem atq; vsu approbatam, & ab ea meritò non recedendum.

Pro ista superiori communi quam sequimur opinione, ne longa disputatione verbosus videar, & alienas arbores transplãtare, cùm causam latè disputent Alcia. d. loco, Dec. & Bero. in d. cap. in præsentia, duæ tantùm stringunt rationes vltra tex. in d. authen. nisi rogati in d. §. sed & hoc præsenti & d. cap. in præsentia. Qua
4 rum prima est † quòd monasterium loco filij habetur, ideoq; sicut natiuitate filij expirat substitutio, ita etiam per ingressum monasterij; quod tam in d. authen. nisi rogati. & d. §. sed & hoc præsenti, quàm etiam in d. authen. si qua mulier in hac nostra, & in cap. in præsentia doctores communiter adnotarũt. Ex quorum numero plures hanc rationem reprehendunt, & optimè D. Couar. loco cit. num. 6. qui dixit in iure id non probari, nec ex d. cap. in præsentia colligi, imo ex hac ratione plura sequi absurda. Et primum quod si hoc verum esset, conditio statim censeretur impleta, & sic monasterium propter impletam conditionem succederet, secun-
5 dũ † quia monasterium erit filius fictus, ciuilis & improprius, qui non excludit sub ea conditione substitutum .l. fideicommissum .ff. de condi. & demonstra. l. si ita quis .§. fin. ff. de leg. secundo .l. vltima .C. de his qui ven. ætatis impetra.. Et quòd sit legitimus filius, vltra eos quos adducit, dixit Affli. in cap. 1. de mili. vassal. qui arma bellica depos. sed bene excludit filius naturalis prout communiter hoc receptum testatur Viglialo. dicto. lib. com. opi. verbo filius num. 155. & voluit ante eum Anchar. in cap. in præsentia num. 26. per .l. ex facto .§. 1. ff. de vulg. & pupil. limita vt per Viglialo. d. loco. De huius tamen rationis veritate, in prẽludijs ad hanc quæstionem latè diximus, vbi pro vtraq; parte scribentes cumulauimus.

Secunda ratio est ne professio impediatur, quod fieret cùm iste videret se per ingressum priuari bonis, eaq; in alios transferri. Et hanc rationem prẽter Malumbrium, qui eius videtur author fuisse

approbarunt plures ex ſupra relatis ſcribentes; ſed eodem modo aliqui & Couarr. d. loco impugnant, & recte, dicunt enim: Primò hunc religioſum qui nõ ſuſceptis liberis religionem profeſſus eſt, tantundem eſſe habiturum, ac ſi in ſeculo remãſiſſet, cùm monaſterium eius vita durante bona ſit habiturum. Ideoq; veriſimile non eſſe vt per hanc friuolam rationem ab ingreſſu religionis quis retrahatur; & ſi diceretur quòd abſtinebit ab ingreſſu, eo quòd bona poſt eius obitum non ſint in religione permanſura, dicetur hanc eſſe cauilloſam, nimiamq; ſubtilitatem, cùm plures ſint qui monaſteria abſq; bonis ingrediuntur, quàm qui in illud bona deferant; & in hoc facit quod ingrediens religionem, per profeſsionem priuatur bonis ex voto ſolemni pauperpatis, imo tantundem ipſe ac alius qui nihil in monaſterium defert eſt habiturus, prout ex regula B. Auguſtini deſumitur, vnde paupertatem profiteri volenti hęc non debent impedimento eſſe. Sic ergo parum erit de temporalibus bonis ſolicitus, qui religionem eſt ingreſſurus, quibus omnino vt dixi eſt renuntiaturus, vt voluit ſum. Pontif. in cap. cum ad monaſterium de ſtatu regula. Vnde concludẽdum eſt, neminem ex animo religionem profiteri volẽtem, & qui dulcem audiuit ſonum verborum domini: ſi quis vult venire poſt me abneget ſemetipſum, tollat crucem ſuam, & ſequatur me, ab eius ingreſſu abſtrahendum fore ob huiuſmodi rationem.

6 Qua de re ſuccedit tertio loco ratio, quòd imperator ac ſum. Pontif. allegatis iuribus voluerint fauore religionis id ſancire, eiq; in priuilegium concedere. Quam rationem ex alijs animaduertunt Anchara. num. 18. in ſolu. 3. oppoſi. & Anto. But. nu. 26, in d. cap. in prẹſentia, & hęc mihi placet; vnde licet aduerſarij dicant teſtatoris mentem, quæ de liberis cogitauit, non eſſe ad monaſterium extendendam, inter alias rationes hac reſpondetur, quòd
7 per hoc verbum non conſtat expreſsè, & quòd † teſtator quando ita diſpoſuit, ad duo oculos habuit, nempè ad filios ſi habuerit, & ad monaſterium ſi illud ingreſſus fuerit, vt animaduertunt Bal. in d. cap. in præſentia num. 18. & Paul. Caſt. in authen. ſi qua mulier num. 3. imo etiam ſi monachus noluerit adire, monaſterium ſubſtitutum excludit, quod abundè tractat Bero. in cap, Rainutius num. 381. de teſtam.

8 Neq; videri debet hoc priuilegium religioni indultum mirabile, cùm in fideicommiſſo relicto, quo non adeunte alius eſt ſubſtitutus, patre inſtituto & non adeunte admittatur filius, vt ſubſtitutum

tum excludat, quod voluit Odoffre. in .l. cùm non ſolum .C. de bon. quæ lib. num 3.

Et ex hac quæſtione infertur ad id quod deciſum eſt in ſac. conſ.
9 teſte † peritiſsimo Vinc. de Franchis, nunc eiuſdem ſupremi tribu-
10 nalis meritiſsim. moderatore deciſ. 14. num. 6. quòd ſi † eſt facta ſubſtitutio ſi ſine liberis deceſſerit, & iſte ante ingreſſum religionis donauerit matri, valeat donatio, & non admittitur ſubſtitutus, nam ex quod monaſterium erat capax, poterat renũtiare iuri quod ex illa hæreditate competebat.

11 Amplia tertiò etiam ſi vulgariter fuiſſet ſubſtitutus, cùm enim in hac ſubſtitutione comprehendantur illę conditiones, ſi hęres eſſe noluerit vel non potuerit, ad tex. in .l. ſi pater lib. 2. de vulg. & pupil. & .ſ. fin. inſtit. de vulg. ſubſtit. ſequitur vt expiret ſubſtitutio ſecundum Bero. in prin. d. cap. in prẹſentia, cùm iſte iam adierit hæreditatem, vel ſi non adierit ſit habilis, ſed pupillaris non euaneſcit cum ingreſſus ea ætate non teneat; & ſi poſtea maior factus profiteatur, tunc ex ætate ſuperuenienti, non ex priuilegio ingreſſus expirat.

12 Amplia quartò iſtam concluſionem etiam ſi teſtator vltra verbum liberis aliud ſpecialius adiunxerit, puta ſi dixiſſet ſine liberis ex corpore, vel ſine filijs legitimis & naturalibus, vel ſine filijs de vero & non ficto matrimonio natis, prout docet ante omnes Din. in .l. ſi ita quis in fine .ff. de leg. 2. quem inibi ſequuti ſunt Bart. Alberi. & Paul. Caſtren. idem voluere in cap. in præſentia Ioan. And. num. 21. Anto. But. ſub dubio, Henri. Boich. num. 24. in fine Bellam. num. 42. Ab. num. 48. Dec. num. 227. & ſequen. Feli. nu. 36. verſ. quid ſi teſtator dedit ſubſtitutum, Bero. num. 477. & 486 & qui tres vltimi ad partes diſputant afferentes hanc fuiſſe opinionem Bagaroſi qui ad partes Bononiæ diſputauit, vbi de facto accidit; & eum ſequutum fuiſſe Riccard. Malumb. in authen. niſi rogati voluit Ab. d. num. 48. qui æquiorem putat. Hanc etiam ſequutus ſententiam fuit Alberi. in d. authen. niſi rogati num. 2. Iaſon in authen. ſi qua mulier num. 18. in additio. infra hoc tit. & Bart. conſ. 1. Hanc etiam communem dicunt Dec. conſ. 258. num. 3. 416. num. 5. additiona. ad Alexa. conſ. 121. in ver. contrariam & Viglialo lib. com. opi. verbo monachus num. 190. 191. & 192. Couar. in lib. var. reſol. 3. cap. 19. num. 11.

Sed in contrariam ſententiam abeuntes affirmarunt ſubſtitutum admitti excluſo monaſterio Iaco. Beluis. in d. ſ. ſed & hoc

præsenti Bal. nu. 9. Sali. & Paul. Cast. num. 4. in d. authen. nisi rogati Bal. in .l. si quis posthumos .ff. de liber. & posthum. in .l. Deo nobis infra de epis. & cleri. Bal. & Imol. dicentes hanc partem æquiorem esse in .l. Lutius Titius, qui fratrem .ff. de hæred. instit. Imol. in cap. in præsentia æquiorem dicit, etsi altera religioni fauere videatur, pro qua in dubio esset respondendum, idem Bal. in d. l. si ita quis .§. fin. num. 2. Pet. Ferra. in lib. quo agitur ex substitutione vers. ex suo corpore relatus ab Additi. ad Alexa. d. loco Bal. cons. 23. incip. in quæstione quæ vertitur inter scholam S. Mariæ col. 3. post. med. vers. fallit fauore monasterij vol. 5. Angel. cons. 80. incip. Ioannes Dec. cons. 602. quando constat expresse de voluntate testatoris, M. Ant. Nacta. cons. 602. nu. 4. Hierony. Grat. cons. 111. num. 48. & sequen. lib. 2. Boerius decis. 354. nu. 6. & communem hanc dicunt post. addi. ad Alexa. dicto cons. 121. Viglialo. lib. com. opi. verbo monachus num. 196. & hanc opinionem vsu receptam fuisse testantur Boer. d. decis. 354. & Hierony. Grat. d. cons. 111. num. 51. lib. 2. Hanc etiam defendunt Fulgos. cons. 4. incip. quoniam & And. Barba. cons. 13. incip. clementissimi vol. primo.

Hęc enim quæstio ita dubia est, vt plures ex scribentibus vtrãq; opinionem teneri posse affirmauerint, nec ausi sint alteram ex illis tenere, cùm vtraq; æqua videatur, ita Pet. Anchara. in cap. Rainaldus col. 9. num. 2. quæro de testam. Barba. d. cons. 13. & alij citati per Boer. d. decis. 354. num. 6.

Pro qua plures rationes & iura afferunt, qui eam ad partes disputant, vt Dec. Feli. & Berous loco cita. verùm ego illa tantùm ero contentus, in qua totum eius fundamentum consistit, cui & illę quarum supra meminimus in secunda ampliatione in huius confirmationem addantur; estq; illa communis quam Dinus considerauit, quòd scilicet taciti & expressi eadem sit virtus: ex reg. tex. in .l. 3. de leg. 1. & c. significasti de electio. Cùm ergo superiori quæstione quando de liberis egimus conclusum sit, per tex. in d. §. sed & hoc præsenti, & communiter scribentes statuerint fideicommissum expirare: eadem etiam ratione in hac quæstione vbi illud nomen liberi specificatur statuendum erit, & propterea considerabat Paul. Castr. in authen. si qua mulier num. 3. & in authen. nisi rogati, quem refert, & sequitur Couarr. loco cita. num. 11. testatorem duo in mente habuisse quando substitutionem fecit; primò nẽpe si decesserit sine liberis, & secundò si monast. nõ ingrederetur.

Sed

Sed qui pro contraria sunt opinione, dicunt voluntatem testatoris omnimodo seruandam esse ex reg. tex. in .l. 1. huius tit. qui rebus suis legem potest imponere, quam vult .l. quoties .C. de dona. quæ sub. mo .C. verum de conditio. appos. & facit tex. in authen. excipitur .C. de bon. quæ lib. & cùm testator expressè declarauit & sensit de filijs, non sunt eius verba interpretanda, nam vt inquit
13 Bal. in d. authen. nisi rogati num. 9. † quando testator se glosauit in vita, non est recurrendum ad glosam legis, sed ipsius voluntati standum est, ideoq; plus operatur expressum, quàm tacitum .l. si in diem .§. seruo .ff. de cond. & demonstra. imo testator prohibere potest ne bona in ecclesiam transeant, prout authoritate Iasonis & aliorum quos adducit, affirmauimus in prima limitatione ad tertium casum, in quæstione proxima pręcedenti de prohibitis alienari, & Bal. in d. authen. nisi rogati voluit post Glos. in .l. si ita quis .§. fin. de leg. 3. ecclesiam in contractu inter viuos excludi posse, facta mentione si monasterium fuerit ingressus.

14 Et addunt statuta laicorum valere in pręiudicium ecclesię, vt not. Bal. in cons. 9. inter cons. Pet. Anchara. incipi. factum super quo, & refert Dec. cons. 455. vol. 1. num. 11. col. 2. qui id intelligit, quando laici faciunt statutum bono zelo vt sibi prosit, & non principaliter vt ecclesiæ obsit. Ex quo dicebat Alcia. cons. 53. nu.
15 4. & sequen. lib. 9. † valere statutum quòd monachus excludatur à successione agnatorum, eo maximè si consuetudine est approbatum, de quo tamen satis dubito.

16 Item dicunt neminem esse cogendum ad benefaciendum ca. de Iudeis 45. distinc. cap. sed fidem 23. quæst 5. sic ergo contra voluntatem testatoris bona transire non debent; & sic respondent ad omnia quæ pro contraria opinione adducuntur, & in specie ad ra-
17 tionem Dini, † quòd etiam si vera sit illa regula, tamen locum habet quando relinquitur dispositioni, & interpretationi iuris, prout in casu de quo supra loquuti sumus. Nam dicens de liberis, poterat de adoptiuis, & alijs intelligere; & hic casus videtur comprehensus in d. §. sed & hoc præsenti. Verùm quando expressit de filijs, non est facienda extensio, quia omnes doctores in d. cap. in pręsentia dicunt .§. illum esse exhorbitantem, & meritò non extendendum.

Nec obstat consideratio Paul. Cast. nam est potius diuinatio, quàm ratio, & Alcia. d. cons. 53. num. 8. respondet non habere locum eam rationem in foro conscientię, vbi non procedunt iura quę

præ-

præsumptiuè loquuntur.

18 Sed vt verum sensum habeamus, † puto rectè ponderandam esse testatoris voluntatem; cuius verba si tantùm de filijs legitimis ex corpore concepta sint, à dictis in superiori quæst. nihil differre censendum est. Quòd si expresè appareat voluisse testatorem in familia conseruari, vel alijs verbis expressam voluntatem suam demonstrauerit, hæc bona nullo pacto in monasterium transire arbitror. Quod expresè sensit, & rectè Dec. d. cons. 258. num. 3. qui melius omnibus locutus fuit, & sequitur eum additio. ad Alex. d. cons. 121. vol. 2. in ver. contrariam. Quod eo magis cõfirmatur, si substitutus sit filius testatoris, vt voluit post Bal. in d. authen. nisi rogati Boer. decis. 354. num. 7. & Couarr. d. cap. 15. num. 11. lib. 1. var. resolu.

19 Sed in Regno Franciæ omnes huiusmodi cessant difficultates, cùm monachus ab intestato non succedat in bonis patris, sit religiosus cuiuslibet ordinis secundum Boerium in sępius alleg. decis. num. 8. & Couarr. affirmat in cap. 1. de tèstam. in fine, ideoq; idem Boerius dicebat substitutum fore admittendum.

20 Et eodem modo Ab. nu. 46. Boich. 29. Dec. nu. 254. & Bellam. num. 32. in d. cap. in præsentia voluerunt, † quòd si quis de semetipso loquens aliquid promittit si sine liberis decedat, & postea hic monasterium ingrediatur, tenetur ad promissum, & non expirat conditio: idemq; in stipulatione procedere, quando in istum casum si sine liberis decesserit fuerit stipulatus, vt dicũt Ab. & Boich. d. loco, licet diuersa sit ratio cum casu nostro; nam cum de se ipso loquatur, intelligi debet, vt de naturalibus liberis loquatur: & ita conditio tenaciter sit obseruanda .l. 3. §. conditio .ff. de adim. leg. & sic erit prima limitatio.

21 Ex superius firmata conclusione habemus primã limitationem secundum nos ad propositam conclusionem, quam limita secundò quando testator expresè declarauit nolle se in monasterium bona transire, vel in eum casum instituto substituit, vel instituit ne ingrederetur, quod affirmauit Host. in d. cap. in præsentia num. 20. arg. tex. in .§. penul. ad finem & in .§. nullam verò licentiam in aut. de san. episc. ex eo quod defecit conditio per ingressum; & hoc videtur sentire Paul. Cast. & alij quos pro nostra opi. retulimus in supra proxima quæst. dum asserunt substitutum admitti, quando constat de expressa voluntate testatoris, volentis illum admitti. Et huic sententiæ suffragatur dictum Bart. in .l. fin. cap. de pac.

pac. col. 3. vbi respondendo ad. d. .§. sed & hoc præsenti, dicit illum in iure quęsito loqui, non in quęrendo. Primum etenim ita de facili tolli non potest, & sic affirmat valere statutum, quòd ingrediens non succedat, ex quo agitur de iure quærendo vt refert Dec. in d. cap. in præsentia nu. 195. vers. prima facie, & in hoc cõducunt omnes supradictæ rationes.

Contrarium tamen voluerunt Goffre. Io: And. num. 35. Ancha. Ant. But. num. 63. Bal. num. 18. Bellam. 33. Ab. num. 42. Dec. 196. & 197. Bero. qui communem dicit num. 487. in d. cap. in pręsentia & Angel. in .l. fin. .C. de pact. per tex. in .§. sanctissimas in authen. de non alienan. & .C. fin. 22. quæst. 4. dicentes, talem conditionem, vt turpem & impeditiuam religionis, esse reijciendam, & Dec. in d. cap. in præsentia loco cita. authoritate Mat-

22 thesil. sing. 144. dicit, nec conditionem valere, † nec statutum huiusmodi contra monasterium disponens, & Bart. communiter reprobari in d. l. fin. quod isto casu sic expresso fortasse verius pos-

23 set arbitrari, vnde † valet conditio adiecta in institutione, vt monasterium ingrediatur, licet sit contra matrimonium, vt concludit Paul. Cast. in authen. cui relictum in fine cap. de indic. vidui. tollen. quem sequitur Dec. cap. in pręsentia num. 199. aduersus Bart. cons. 184. retẽta tamen hac posteriori sententia eam limito.

24 Primò quando generaliter & absolutè prohibitio facta est, † secus si in specie dicat, quod non ingrediatur tale monasterium, vel talem religionem, cùm alia multa adsint monasteria, quæ ingredi potest secundum Bal. in .l. cum ita legatum per illum tex. ff. de condi. & demonstra. & Dec, in d. cap in præsentia num. 198. vbi Feli. num. 37. vers. 2. declara. dicens esse dictum originale Bal. & Imol. in .l. hoc modo eodem tit. ex quo infert Feli. † valere matri-

25 monium quando est dictum, vt ducat in vxorem incertam de certis, quia non videtur coarctatum matrimonium, & sic libertas sublata; quod latè tractat ibi num. 37. in d. vers. 2. declara.

26 Secundò limita quando ingressus esset monasterium incapax; nam ex quo cessat ratio exclusionis, cùm monasterium non sit capax, ideoq; dici non possit aliquem retrahi ab ingressu religionis propter bona, & sic ratione cessante contrarium est determinan-

27 dum, prout voluit Augusti. Bero. in d. cap. in præsentia nu. 490. † Quod tamen intelligitur dummodo grauatus bona ante ingressum non distribuisset in pios vsus: tunc enim substitutus excluditur vt idem Bero. num. 491.

Ter-

Tertiò coarctatur hæc concluſio ſi vniuerſaliter ſubſtituiſſet, & in caſu quo monaſterium inſtitutus ingrederetur legitimam, reliquit iure inſtitutionis, reliquum mandans ad ſubſtitutum pertinere, vt dixit Bero: d. loco num. 493. qui contrarium voluit.

28 Tertiò principaliter limita in clerico ſimplici ſeculari, qui ſua non dedicat eccleſiæ, prout voluerunt Gloſ. in cap. in præſentia, vbi Hoſt. num. 19. Ant. But. num. 61. Imol. num. 18. Boich. num. 27. Bellam. num. 3. Ab. num. 43. Dec. num. 200. Feli. num. 31. Bero. 488. Odoffre. num. 4. verſ. nunc ſuper iſta authen. Alberi. num. 2. & Sali. num. 4. in d. authen. niſi rogati, & demum pulchrè Boerius deciſ. 354. num. 1. & ſequen.

Hoc tamen fallit duobus caſibus ex mente ſupradictorum doctorum, primò quando perpetuò eſt manſurus in ecccleſia, eiuſq; bona ad illam ſunt peruentura; & ita communiter ibi recipitur: ſecundò quando ad pias cauſas impendit, quod affirmant ex tex. in d. §. ſed & hoc præſenti. Super cuius intellectu dum verſatur Ab. in d. cap. in præſentia, & intelligit loqui in eo qui religionem ingreditur, vt clericus ibi fiat, reprehenditur à Dec. ibi num. 200. Quorum opi. poſſemus conciliare ex eo quòd hodie non videmus modum practicandi illum tex. cùm nullus clericus ſe ita dedicet eccleſiæ, vt in eam transferat ſe & bona. Quod antiquitus fieri ex d. authen. colligitur, ideoq; poſsumus intelligere in eo qui religionem ingreditur, vel in oblato qui ſe & ſua eccleſiæ dedicat, nec fit monachus, prout latè de eo diximus in quæſt. particulari de oblato, & hoc videtur ſentire Berous num. 506. in d. cap. in præſentia, qui in ſpecie loquitur in oblato eccleſiæ regularis, ſecus verò eccleſiæ ſecularis. Et hoc voluerunt Ant. But. nu. 61. in fine, Boich. nu. 28. in d. cap. in preſentia; quod tamen ex ſupradictis non admittimus, niſi omnia ſua, & ſe eccleſię illi dedicauerit, & videtur voluiſſe Ab. d. cap. in præſentia nu. 48.

29 Quartò limita principaliter quando inſtituto eſſet alius pius locus ſubſtitutus, tunc enim eo monaſterium ingrediente ſubſtitutio non euaneſcit, quod ex authen. niſi rogati & ex d. §. ſed & hoc præſenti, adnotarunt Gloſ. Hoſt. num. 19. Henri. Boich. num. 26. Ab. 36. Feli. nu. 30. & Bero. num. 4. in d. cap. in præſentia, & quæ latè diſputat Tiraquel. tractat. piæ cau. priuile. 76. verſ. ſed his continuo, & hanc dicit eſſe communem Viglialo. lib. com. opi. ver. monachus nu. 195. poſt. com. conſ. 153. num. 5. lib. 4.

30 Verùm huius occaſione Ab. & alij induçunt ad quæſtionem† quod

quòd priuilegiatus ſi cum alio priuilegiato concurrit; conquaſſantur priuilegia per tex. in d. §. ſed & hoc præſenti, & l. ſed & milites vbi Bart. in priu. ff. de excuſa. tuto. Si tamen hic priuilegiatus habet idem priuilegium, non vtitur ſuo priuilegio aduerſus pariter priuilegiatum, ideoq; cum eſſet hæc ratio propter quam admittitur monaſterium, in caſu quo alius eſſet ſubſtitutus, dicebat non expirare ſubſtitutionem. Eum tamen reprehendunt inibi Feli. Dec. & Bero. qui aliam aſsignant rationem: quòd nempe pia
31 hæc cauſa ſit † priuilegiata in ſpecie, ac propterea contra priuilegiatum in genere ſuo vtatur priuilegio; & eſt vna ex limitationibus quam dedimus ad hanc regulam in repeti. l. fin. de conſtitu. Princ. in ſecunda part. legis cap. 8. vbi de hoc latè egimus, & ideo non repeto.

32 Ex hac deciſione doctores inibi inferunt ad deciſionem quòd † pia cauſa detrahat falcidiam à legato relicto aliæ piæ cauſę, qua ſi concurrant, & ſic reddatur res ad ius commune, quod voluit Ab. d. loco, aduerſus quem inſurgit Roman. in authen. ſimiliter in 4. ſpeciali in vlt. voluntate verſ. aduerte num. 101. cap. ad leg. falcidiam, & eum ſequuntur Dec. & Bero. loc. cita. aſſerentes eccleſiam non detrahere falcidiam à legato pię cauſæ facto, quia in ſpecie priuilegiata eſt pia cauſa ne ab ea detrahatur, & tamen reperitur quōd alia pia cauſa ſit priuilegiata vt detrahat, quod optimum videtur.

33 Et extende iſtam concluſionem, † etiam ſi alius locus minus pius monaſterio quod intrauit ſubſtitutus eſſet ſecundum Ant. But. & Abbatem in d. cap. in præſentia, quos ſequitur Dec. ibi num. 192.
34 qui infert num. 193. ad deciſionem, † quòd electio facta de idoneo non irritatur ex quo magis idoneus eligi potuiſſet, vt voluit Gloſ. quam Ab. & alij ſequuntur in cap. quoniam in quibuſdam verſ. qui maioribus de iure patro. Hoc tamen, vt inquit idem Dec. nu. 195. non procedit, quando facienda eſſet electio de aliquo loco: tunc enim pauperior debet eligi; ſed hic iam facta reperitur vt ex reg. l. patre furioſo, cum concord. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. tenet.

35 Sextò principaliter reſtringe regulam d. §. ſed & hoc præſenti, quando ingreſſus eſſet in fraudem ſubſtituti; tunc enim fidei commiſſarius admittitur ex dolo inſtituti, hoc voluit Gloſ. in d. authen. niſi rogati, quam inibi ſequuntur ſcriben. & poſt Abbatem antiquum Io. And. num. 36. Panorm. num. 45. Henri. Boich. num. 21.

Bellam. num. 4. & com. dicunt ex doctor. in d. authen. niſi rogati Dec. num. 204. Feli. 34. & Bero. num. 500. in d. cap. in præſentia; idem voluit Odoffre. in .l. ſi ita quis .§. fin. de leg. 2. & Moli. de primog. lib. 2. cap. 5. num. 29. quia fraus & dolus ei patrocinari non debent ex reg. tex. in c. ſedes de reſcri. c. in noſtra de ſepul. c. requiſiſti c. officij & c. fin. de teſtam. & ſic dicunt præfati ſcribentes, monaſterium reuocatoria teneri argumento .l. omnes .§. Lutius .ff. quæ in frau. credito. quem tex. ponderauit inibi Henr. Boich. maximè quãdo habet cauſam lucratiuam Ant. Roſel. tract. de legiti. lib. 1. quem ſequitur Angel. Aret. in .§. fin. inſti. de nupt.

Sed ſi hoc verum eſt, difficultas maxima vertitur circa practicam huius quæſtionis; nam videtur difficilis probationis eſſe, vt quis dicatur ingreſſus in fraudem ſubſtituti, cùm religioſa vita non poſsit abſq; particulari monitu, & impulſu domini eligi, & ſequi. Et propterea inquit Dec. num. 209. circa probationem huius fraudis valde eſſe cogitandum, vnde circa hoc exemplum variant doctores.

36 Primò ergo † exemplificant in eo qui minatus eſt ante ingreſſum, dicens velle ſe religionem ingredi, vt ſubſtitutus fraudetur, & hæreditatem non conſequatur. Quod probari volunt ex cap. 2. de renuntia. lib. 6. Io. And. Boich. & Bellam. & Ab. loco. cita. qui addit ad confirmationem huius deciſionis tex. in c. fin. 3. quæſt. 3. ibi inductio facta cauſa bonorum ipſorum, & hoc etiam tenet Sali. in authen. niſi rogati num. 5. Moli. d. cap. 5. lib. 2. num. 28. hoc tamen exemplum Dec. non admittit num. 209.

37 Secundum eſt quando profitetur in articulo mortis; † quam profeſsionem vires non habere dixit Bal. in authen. ſi qua mulier col. penul. verſ. 7. quæro, quod & nos diximus in verbo ingreſsi: & ſic addunt non excludi ſubſtitutum ex huiuſmodi profeſsione, quia facta in fraudem videtur argumento .l. filię meæ .ff. ſol. mat. vt affirmauit idem Bal. in d. cap. in præſentia num. 31. vbi Anan. num. 10. in fine & Moli. loco citato.

Verùm Alberi. in authen. niſi rogati num. 2. verſ. item quęrit Gloſ. dicit ingreſſum in articulo mortis tenere, & ex conſequenti bonorum dedicationem, nec fraudem in hoc poſſe conſiderari. Dec. tamen d. num. 209. dicit quòd aut ingreſſus non tenet, & tunc neq; bonorum dedicatio, & ſic neq; ſubſtitutus excluditur: aut tenet, & non poteſt præſumi in fraudem ipſum facere tempore quo debet de ſalute anime ſuæ cogitare; & hæc Decij opinio placet mihi.

Et ſic

Et ſic Berous d. num. 500. exemplificat tertio in eo qui ante ingreſſum alienauit bona. Sed rogo ad quid neceſſarius eſt ingreſſus ex fraude, cùm ex ipſa ſola alienatione poſsit reuocare ſubſtitutus, cùm dominium non tranſeat, ſeruata diſtinctione quam ſuperiori quæſtione tradidimus; vnde placet mihi primũ exemplum & ſecundum quoad id, vt non teneat ingreſſus, & quod dicit Dec. optimè conſiderandum eſſe circa hoc.

38 Et ex eo exemplo de profeſsione in articulo mortis facta, inſertur † quòd matrimonium in articulo mortis contractum cum concubina tenet, & filij legitimantur: tex. eſt in cap. tanta qui filij ſint legitimi & per Cin. in .l. nuper. C. de natura. liber. Io. And. in Reg. ſine culpa de reg. Iur. in ſexto; hoc tamen ſi fiat in fraudem ſubſtituti non tenet ſecundum Angel. in .l. ſed & quæſitum de lib. & poſthum. in .l. nuper C. de natura. liberis, cum Addit. per Dec. in d. cap. in præſentia num. 206. qui dicit hæc de plano procedere, quando conſtat de fraude, quod mirabile dictum eſſe voluit Feli. ibi num. 36. qui id intelligit quoad præiudicium aliorum, hoc eſt venientium ab inteſtato, vel ex fideicommiſſo; dubitat tamen de hoc dicto in moriente, namq; potius ſalutis timor imminere videtur (vt dixi) quàm fraudis cogitatio. Et ex hac opinione ſequeretur maximum abſurdum, quòd filius naturalis, vel aliàs incapax, legitimatus non excluderet ſubſtitutum, quod eſt contra com. opi. docto. in .l. generaliter .§. cum autem C. de inſtitu. & ſubſtitu. De matrimonio & clericatu in fraudem facto, videndus Dec. latè de his agens conſ. 130. col. 2. in fine.

39 Ex hac deciſione de profeſsione in articulo mortis facta infert Feli. ad reg. cancellarię 33. † quòd renuntiatio beneficij facta in infirmitate non tenet, ſi moriatur renuntians ante 30. dies. Cuius regulę immemor quidam doctor cùm eſſet Auditor Reuerendiſſ. Archiepiſcopi Amalphiæ, Nuntij pro beatiſsimo Sixto V. in hoc regno ſententiam protulit, per quam declarauit ad Reuerẽdam Cameram ſpectare mancipium quoddam, ab Illuſt. & Reuerend. D. Bernardino de Figueroa Archiepiſcopo Brunduſino donatum † D. Io. Figueroę eius nepoti quinquaginta dies ante eius interitum, non obſtante & quod per fidem medicorum & teſtes conſtabat non ex illa infirmitate qua tenebatur, dum donauit mãcipium, quę erat podagre, ſed ex alia quæ poſt multos dies ſuperuenit deceſsiſſe. Imo quòd plus erat, affirmabant poſt illud tempus D. Archiepiſcopum ſacra celebraſſe, & clericos ordinaſſe. Quem erro-

rem & alios qui in eâ ſententia continebantur, aduerſus quam conſului cùm eſſem illius cauſæ patronus, cùm animaduertiſſent Reuerendiſsimus D. Marcus Antonius Piezonus Epiſcopus Fulginatenſis, vir equidem peritiſsimus & vitæ integerrimæ, eiuſq; eruditus Auditor Ioſeph. de Rubeis, non obſtante quòd ſententia culpa procuratoris fecerat tranſitum in rem iudicatam, de ordine & voluntate ſum. Pontif. admiſerunt d. Dominum Ioannem ad tranſactionem.

40 Addo tamen prędictis † idem fore dicendum, quando ad religionem quis fuit inductus fraude, & dolo Abbatis; nam cùm monaſterium bonis priuetur propter auaritiam monachorum, prout latè probauimus in quæſtione de dolo per tex. in c. conſtituit 20. quæſt. 3. ad ſubſtitutum ſpectare apertiſsimè conuincitur.

42 Septimò non procedit illius .§. diſpoſitio, † quando inſtituiſſet aliquam eccleſiam vel monaſterium non ingrediendo; nam tunc ſubſtitutionem firmam remanere nec expirare, dixerunt Gloſ. Io. And. num. 34. dicens hanc eſſe communem ſententiam, Anchara. num. 28. Anto. But. num. 62. Ab. num. 41. Bellam. num. 32. Feli. num. 33. & Berous num. 497. in cap. in præſentia de probatio. quam omnes communem, & æquiorem fatentur. Quod idem probarunt Gloſ. Odoffre. num. 5. Alberi. num. 2. allegans Cin. in ſuis quæſtionibus quęſt. 103. & Sali. num. 5. in authen. niſi rogati C. ad Trebellia. qui vno ore fatentur nõ eſſe faciendam extenſionem d. §. cùm ſit exorbitans, & contra ius commune, licet eadem videatur ineſſe ratio, fauor ſcilicet religionis. Nam per identitatem & maioritatem rationis, non inducitur diſpoſitio contra ius, ita not. in authen. quas actiones C. de ſacroſ. Eccleſ. & in .l. 1. C. quæ ſit longa conſuetu. & ſic vt inquit Fel. poſt Bal. d. loco per extenſionem d. §. daretur occaſio peruertendi fideicommiſſa. Quapropter Anto. & Abb. loco cita. dicunt non eſſe mentem teſtatoris ſpoliandam, vt conferatur eccleſiæ, Arg. c. fin. 11. quæſt. 4. quicquid in cõtrariũ voluerit Hoſt. in d. cap. in præſentia num. 19. quem ſequi videtur inibi Henri. Boich. num. 27. motus ex ratione d. §. ſed & hoc præſenti, vel quòd habeatur loco filij, vel quòd fauore monaſterij, aut eccleſiæ ſit hoc ſtatutum; ergo idem ius erit ſtatuendum, vt in cap. translato de conſtit. l. 1. C. de lib. præter. cum alijs adductis per Hoſt. loco cita. Hanc tamen opinionem magis congruere canoniſtis, vt æquiorem, & magis fauorabilem in fauorem Eccleſiæ, teſtantur plures, ex ſupra relatis ſcribentes: tamen ſubti-

ſubtiliſsimus Bal. in d. cap. in præſentia num. 30. conſiderauit optimam rationem cur dicta extenſio non ſit facienda, nam facilius homines inducuntur ad donandum, vel legandum Eccleſiæ, quàm ad ingrediendum monaſterium.

43 Octauò non habet locum † quando ingreſsio non tenet, vel quando ingreſſus moritur ante profeſsionem ſecundum Ab. antiquum Argu. c. ſtatuimus de regular. quem ſequitur Io. And. n. 36. & Anto. But. num. 61. in d. cap. in præſentia, vel ſi exeat à religione infra tempus probationis, vt dixerunt Henri. Boich. nu. 20. & Bellam. num. 40. in d. cap. in præſentia & Salic. in authen. niſi rogati num. 5. vel tertio ſi non teneat ex aliqua ex cauſis ſupra ſcriptis vt voluit Gloſ. quam ſequitur Ab. qui etiam de alijs duobus caſibus ſupra narratis loquitur in d. cap. in pręſentia num. 44.

44 & idem voluere Dec. num. 200. & Bero. num. 499. ibidem. † Hoc tamen non procedit in apoſtata, qui licet à religione exeat, ſubſtitutionem tamen non facit vires ſuas ſumere, ita voluit ſingulariter Bal. in d. cap. in pręſentia num. 15. per tex. in cap. 1. §. 1. de feu. fœmi. & ſecundum nos poteſt eſſe ratio quòd ius ſemel extinctum amplius non reuiuiſcit, ita quod delictum monachi non debet monaſterio obeſſe, vt ſupra diximus in quæſtione de fugitiuo.

45 Nonò limita quando ſubſtituti eſſent filij teſtatoris, nam eo caſu monaſterium excludi voluerunt Berous in d. cap. in præſentia num. 458. poſt Soci. in .l. cum auus 73. col. verſ circa ſecundum de condi. & demonſtra. & idem voluit num. 492. & Boerius poſt Bal. quem allegat deciſ. 354. num. 3.

46 Atq; hinc infertur † quòd ſi extaret ſtatutum vt pœna offendẽtis applicaretur hęredibus offenſi, ſi iſte offenſus eſſet monachus pœna non applicabitur monaſterio, ſed filio ſi habeat prout voluerunt Feder. Sene. conſ. 174. Anto. But. num. 63. in cap. in præſentia & Feli. ibi num. 36. Ab. tamen num. 47. diſtinguit, aut inſtituit monaſterium & filium hæredes, & tunc applicabitur pœna pro hęreditarijs portionibus: aut filium tantùm in totum inſtituit hæredem, & tunc filio: aut monaſterium in totum & filium in certa parte, & tunc monaſterio applicabitur: nam filius inſtitutus in certa parte pro legatario habetur .l. quoties C. de hæred. inſtituendis, & tandem applicabitur ei qui eſt hęres & ſuccedit in ius defuncti, & ille proprie dicitur hæres .l. hæredis appellatione de verb. ſignifica. Dec. tamen latè diſputat à n. 215. vſq; ad numerũ 223. & demũ tenet monaſterio applicari, & idem voluit ibi Auguſt. Bero. n. 423.

Deci-

47 Decimò limita quando ingreditur monaſterium incapax; cùm enim ipſum admitti nequeat, fit locus ſubſtituto prout arg. l. vir. cum vxor .§. ſed ſi promiſſor de donat. int. vir. & vxo. in .l. cum quis .§. ſi debitorem de ſolutio. & .l. nec vtilem .ff. ex quib. cau. maio. dixerunt Bal. num. 13. Boich. num. 22. & cæteri ſcribentes omnes in ſæpius alleg. cap. in præſentia, Bart. in .l. cum pater .§. hæreditatem de leg. 2. idem in tracta. minor. lib. 4. Imol. in .l. ſi ita quis .§. fin. de leg. 2. Angel. conſ. 80. & communem ex Alex. dicit Ripa. in .l. ex facto col. 3. num. 12. verſ. præmiſſa faciunt .ff. ad Trebellia. Viglialo. com. opi. lib. ver. monachus nu. 144. & Dominus Vinc. de Franchis deciſ. 14. num. 7.

Roman. tamen ſingul. 439. fuit in noua opinione, & voluit iſto caſu nec ad monaſterium, neq; ad ſubſtitutum bona pertinere: ſed in pios vſus fore diſtribuenda. Sed contrarium communiter recipi vltra prædictos ex Alex. conſ. 13. lib. 3. & Dec. 258. voluit Gab. Saraina additio. ad d. ſingulare & Catellia. Cotta. in memoriali ver. conditio adiecta; quod tamen dictum Rom. intelligi poteſt ſecundum aliud Auguſt. Bero. num. 490. de quo ſupra meminimus, vt quando ante ingreſſum in pios vſus diſtribuiſſet bona, excludatur ſubſtitutus.

48 Vndecimò ceſſat quando monaſterium noluit hæreditatem accipere quod facere poteſt vt voluit Bal. in d. cap. in præſentia nu.

49 13. † Quibus omnibus caſibus duo ſunt præſupponenda, alterum quod monaſterium durante vita monachi habebit bona, vt per tex in .l. Statius Florus .§. cornelio felici de iure fiſci, concludunt Bal. in d. conſ. 77. dicens id communiter receptum, Boerius deci. 354. num. 4. Moli. de primog. Hiſp. lib. 1. cap. 3. nu. 50. & Anch.

50 in d. cap. in præſentia num. 25. †.

Alterũ verò, quod in caſibus quib° ſubſtitutus admittitur, in legitima ſuccedat monaſterium; nam cùm ſit iure naturæ debita, non poteſt eum pater grauare, de quo latè ſupra egimus in quęſtione de filio qui ingreditur, & de patre.

Veniunt etiam applicanda monaſterio alimenta, quæ debentur ex conſuetudine, prout in ciuitate Neapolitana per conſuet. quod ſi aliquis, quę voluit alimenta fore præſtanda à patre filijs, qui cum ipſo nolunt habitare. In qua conſuet. Napod. num. 40. voluit quòd debeantur etiam filio monacho, nam alimentorum præſtatio durat per totum ſpatium vitæ .l. item mela. de alim. leg.

SVM-

SVMMARIVM EX CAP. XIIII.

1 FEVDVM *in monaſterium an tranſeat quinque ſunt opiniones.*

2 *Feudum regulariter in monaſterium non tranſit, ſed reuertitur ad dominum vel agnatos.*

3 *Feudum tranſit in monaſterium quoad commoditates durante uita monachi.*

4 *Militans Deo non debet ſecularibus negotijs ſe immiſcere.*

5 *Monachus armis honeſtè uti non poteſt.*

6 *Monachus eſt mortuus mundo.*

7 *Filius ciuilis non ſuccedit in Feudo.*

8 *Feudum tranſit ad manus mortuas, cùm tranſit in monaſterium.*

9 *Vaſſallus ſex tenetur præ oculis habere.*

10 *Beatus Ioannes de Capiſtrano cauſa fuit uictoriæ quam in Vngaria Chriſtiani obtinuerunt.*

11 *Leo quartus uictoriam à Mauris obtinuit.*

12 *Feudum eccleſiaſticum non tranſit in monaſterium.*

13 *Monaſterium non ſuccedit in Regno, ducatu, & alijs feudis titulatis.*

14 *Item nec in oppidis & caſtris iuriſdictionem habentibus.*

15 *Vouens ingredi religionem ipſo facto amittit feudum, ſed contrarium tenemus.*

16 *Feudatarius eo ipſo quòd fit monachus, amittit feudũ, nec recuperat ſi exeat: ſed contrarium eſt uerius, diſtinguitur tamen in eo qui non habebat feudum cùm ingreſſus eſt.*

17 *Conuerſi ſunt inhabiles ad feudi ſucceſſionem.*

18 *Feudum non poteſt eccleſiæ donari.*

19 *Milites Hieroſolymitani militantes non ſuccedunt in feudis, cuius contrarium tenemus.*

20 *Fabius de Anna laudatur.*

21 *Clericus non admittitur ad ſucceſſionem feudi, ſed alij contra, diſtinguitur tamen.*

22 *Clericus in minoribus ordinibus conſtitutus ſuccedit in feudo.*

23 *Clericus in minoribus ordinibus conſtitutus, non ſuccedit in feudo, quando habitum non dimiſit.*

24 *Filius primogenitus qui poſt mortem patris feudo ad ipſum delato efficitur clericus, uel monachus, non ſuccedit in feudo.*

25 *Clericus qui ante quàm ſit delatum ſibi feudũ laicatur, ipſo delato ſuccedit.*

Cleri-

26 *Clericus qui delato ſibi feudo laicatur, ſuccedit ante motam ſibi quæſtionem de feudo à proximo ſucceſſore.*
27 *Res integra quando eſſe dicatur.*
28 *Clerico cui delatum eſt feudum, ſtatuendum eſt tempus ad deliberandum an uelit laicari uel clericus remanere.*
29 *Clericus qui efficitur animo non renuntiandi feudum, non eſt inhabilis ad ſucceſſionem illius.*
30 *Clericus ſuccedit in feudo, quando agnati fecerunt illum effici clericum in fraudem.*
31 *Monaſterium non ſuccedit in feudo, quando ſeruitium incertum debetur.*
32 *Feudum in regno non tranſit in monaſterium; fallit ſi ſit redditus minus quã untiarum uiginti.*
33 *Feudum ubi præſtandum eſt iuramentum fidelitatis non tranſit in monaſterium ſecundum Afflictum: ſed contrarium tenemus.*
34 *Feudum tranſit in monaſterium, quando poteſt præſtari licitè ſeruitium per monachum.*
35 *Feudum francum in monaſterium tranſit.*
36 *Item feudum quod eſt tranſitorium ad omnem hæredem, licet contrarium teneamus.*
37 *Item tranſit feudum in quo fœmina eſt habilitata, ſed contrarium uerius.*
38 *Idem eſt ſi poſt clericatum uel monachatum eſſet monacho feudum conceſſum.*
39 *Succedit etiam quando eſſet aliqua conſuetudo particularis loci, quòd monaſterium ſuccedat.*
40 *Aut quando eſt datum ſub conditione ut clericus ſuccedat.*
41 *Vel ſi monachus ex diſpenſatione Papæ factus eſt comes.*
42 *Admittuntur etiam ad ſucceſſionem milites Hieroſolymitani.*
43 *Item canonici regulares, ſed nos contra.*
44 *Fratres tertij ordinis S. Franciſci ſuccedunt in feudo.*
45 *Idem quoq; dicendum eſt in monacho effecto Epiſcopo uel Cardinali.*
46 *Monaſterium ſuccedit in uita, militiæ quæ ex feudo debetur.*
47 *Vita militiæ quæ debetur pro feudo, datur ex fructibus feudi.*
48 *Feudum quotieſcunq; in monaſterium tranſit, intelligitur durante uita monachi, exceptis quibuſdam caſibus.*

CAPVT

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

SEQVITVR nunc vt videamus, quid in bonis feudalibus ſit dicendum circa quæſtionis deciſione doctorum varia aſſertia re ſententias † & vt refert cap. decil. Io. quinque fuerunt, alij enim dixerunt tranſire in monaſterium, nonnulli id negarunt, alij qui diſtinxerunt, quidã affirmarunt commo ditates tantùm in monaſterij tranſire, dummodo non ſimus in feudo, quod non vadit niſi ad hæredes ſanguinis, & vltimi concluſerunt feudum in quo fœmina eſt habilitata tranſire. Verum hæc altius nobis ſunt repetenda; qua de re omiſſa diſtinctione, quę fit per doctores communiter facio regulam cum extenſionibus & limitationibus.

Diſtinctio autem qua doctores vtuntur eſt, aut poteſt per monaſterium præſtari ſeruitium commodè, & honeſtè; & hoc caſu tranſit: aut non & ad dominum ſiue agnatos reuertitur, cuius author fuit Inno. in cap. in præſentia num. 5. de probatio. quem inibi receperunt Hoſt. num. 8. Io. And. num. 16. Anchar. 21. Antõ. But. num. 22. Boich. num. 15. Ab. num. 69. qui ſeruitium quod per monaſteriũ expleri poteſt in annua præſtatione exemplificat. Hanc etiam diſtinctionem receperunt in hac authen. Odoffre nu. 10. Cin. num. 22. qui addit quòd quando ſeruitium eſt incertum, tranſit in eccleſiam, Bart. num. 44. Sali. in fine qui dicit communem, Luc. apen. in .l. nullus num. 1. C. de decurio. lib. 10. Archidia num. 4. & Bellam. num. 6. in cap. ſi qua mulier 19. quæſt. 3. Hanc etiam probat Capic. deciſ. 31. & poſt Deci. in d. cap. in præſentia communem dicit, atq; teſtatur Viglialo. lib. com. opi. ver. monachus num. 179. & hanc probat Affli. deciſ. 320. Hac etiam diſtinctione vtitur Anchar. in cap. fin. de reb. eccleſ. alien. vel non num. 7. dum quærit an feudum poſsit eccleſiæ relinqui, vbi Imol. num. 13. & in cap. quæ in eccleſiarum de conſti. num. 14. ita etiam diſtinguit Calderi. conſ. 2. de feud. Silueſt. in ſum. ver. feudum nu. 10. & ver. religio. ſexto num. 21. qui omnes dicunt, eo caſu quo in monaſterium tranſit feudum per ſubſtitutum ſeruire poſſe pro quo adducũt in argumentũ .l. quis quis & .l. ad ſimilitudinẽ infra de epiſ. & cleri. verũ his ommiſsis vt propoſitũ ſequamur ordinem.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

Dico regulam esse feudum in monasterium non transire, quod probatur expresse in cap. 1. §. qui clericus si de feu. defunct. contro. fuerit int. domin. & agna. & in cap. 1. de vassal. mil. qui ar. belli. depos. Faciunt etiam cap. 1. an mut. vel. surd. & cap. 1. de benef. fem. & cap. 1. §. 1. de alien. feu. & extat constitu. Regni errores: vbi scribentes; quibus in locis expresse alienatio feudi in ecclesiam prohibetur. Quibus iuribus freti, ad dominum vel agnatos reuerti dixerunt Pet. Bellapert. hic col. 8. vers. sed pone habeo feudum, Alberi. & Paul. Castr. num. 27. inspecto iure feudorum Bart. in .l. si finita .§. si de vectigalibus .ff. de dam. in sec. num. 3. Io. Fasolus de Pisis in sua summa, quem refert Bal. in cap. 1. §. qui clericus num. 2. si de feu. defunc. contro. idem Bal. in .l. de quibus .ff. de legi. num. 14. And. & Affli. in cap. 1. num. 2. de mil. vassal. qui ar. belli. depos. Anchara. in cap. ceterum nu. 3. de iudi. Imol. in d. cap. in præsentia num. 20. vbi Dec. num. 289. & Feli. num. 44. sic firmant regulam Ana. in cap. iudei loc. secundo num. 11. de iudeis, Capic. in inuestitura ver. feudatarij habiles vers. clericus an succedat, qui decisum ita testatur, Thom. Mari. tracta. feud. de feu. ex pacto & prouid. tit. secundo lib. 1. num. 85. Matthesil. cōs. 507. num. 3. & 508. num. 2. lib. 3. & communiter scribentes omnes in d. cap. 1. §. qui clericus, qui non admittunt vt seruiat per substitutum: regulare enim est vt non possit admitti substitutus in feudo, vt dicit Odoffre in .l. nullus cap. de decurio. lib. 2.

3 Verùm vt supra tetigi, † plurimi ex scribentibus relatis, etiam voluerunt transire feudum in monasterium, quoad commoditates, id est vt fructus capiat durante vita monachi, ita voluit Bal. in authen. nisi rogati C. ad Trebellia. num. 35. in d. cap. 1. de mil. vass. qui ar. bell. depos. & alij per Capic. relati decis. 31. in principio.

Pro opinione quòd in monasterium non transeat feudum, plurimæ faciunt rationes, quas summatim ponam vt collegi, ex dictis omnium scribentium adductorum.

4 Prima ratio est † quòd militans Deo, non debet secularibus negotijs se immiscere cap. 1. & toto titu. ne cleri. vel mona. cap. placuit & cap. ciprianus 21. quæst. 3. qua propter Affli. in cap. 1. de vass. mil. qui ar. bell. dep. num. 2. voluit extingui ratione causæ finalis.

Secunda est quòd monachus non potest seruire in feudo Bal. in
5 d. l. de quibus num. 14. de leg. † nam armis vti honestè non potest, nec

nec aliquem percutere, quia clerici inhabiles sunt ad pugnum c. ex multa .§. de clericis de uoto .l. repetita infra de epis. & cleri.

6 Tertia quia est mortuus mundo, & sic inhabilis ad seruiendum Bal. in d. l. Deo nobis infra titu. proxi. & in .§. distrahuntur in authen. de nupt. & sic dicebat Bellaper. in hac authen. col. 8. manum mortuam seruire non posse.

Quarta nam feuda deferuntur ad hæredes sanguinis, præcipuè titulata vt inquit Bal. in d. l. Deo nobis & Feli. in d. cap. in præsentia num. 46. post Glos. in cap. scripsit 27. quæst. 2. & in cap. præsens 20. quæst. 3. cum alijs per eum adductis.

7 Quinta quia filius ciuilis prout est monasterium adnot. in authen. nisi rogati, & quæ diximus in quæstione de fideicom. non succedit in feudo, prout Feli. animaduertit d. loco & Alexan. cons. 2. num. 3. lib. 1. quam rationem approbat & communem dicit esse Affli. in d. cap. 1. num. 2. de mil. vass. qui ar. belli. depos.

8 Sexta quia transit ad manus mortuas, nec potest vnquam sperare Dominus ad se deuolui. Verū quòd dicitur ad manus mortuas reprehēdit Luc. à Pen. in .l. si qui cap. de diuers. prędi. lib. 11. asserens rectius dici ad manus perpetuas, ecclesia enim nunquam moritur c. liberti loc. 12. 12. quæst. 2. & c. si gratiose de rescri. lib. 6.

Septima quia cum vassallus iurare debeat fidelitatem cap. 1. de forma fidelitatis, & ipse teneatur personaliter ad præstandum iuramentum, quod monachus prędare non poterit, ergo &c. Et hoc considerauit Affli. in cap. 1. §. ex hoc illud num. 6. de benefi. fem. & idem decis. 320. num. 1.

Mihi autem in quæstione tam vasta, tantæq; controuersię, de iure communi verior sententia videtur, vt in monasterium perpetuo feudum non transeat, maximè attento iure feudorum quod seruari debet etiam in feudis ecclesiasticis, vt voluit Alex. d. cons. 10. vol. 5. num. 4. quod intelligo etiam quando personale seruitium vel incertum debetur, prout hic Cin. docuit, quod tamen infra limitabimus. Sed quando præstari potest seruitium æquè per monasterium, ac per laicum præstaretur, nullam video rationem cur non debeat in monasterium trāsire. Vna tamen obstare videtur, quæ est de iuramento, quod non videtur posse monachus prędare, quia
9 personaliter vt dixi tenetur. In quo aduertendum puto, † quòd sex sūt quę tenetur vassallus in iuramēto cōsiderare, scilicet tutū, honestum, vtile, necessarium, facile, possibile; quorum meminit tex.

in cap. 1. de form. fideli. quas conditiones quis non videt posse per vassalum monachum rite expleri? & si dicatur quòd non potest in bello seruire; iam dixi hoc de quo nos loquimur procedere in seruitio reali, eo maxime quia vt Præpos. latè differit in cap. 1. §. & quia vidimus qui feu. dar. poss. num. 19. monachus consilijs, & orationibus quę magis iuuant, quàm arma, seruire potest. Legitur
10 enim † B. Ioannem de Capistrano ex familia minorum virum sanctissimũ in Vngaria monitis, & suasionibus suis, ita Christianos, dum in actu bellandi essent hortasse ad prælium, vt fuerit author victoriæ, quam à Turcis obtinuere. Item non omittam pręclaram victoriam, quæ frena posuit Mauris, tunc ferociter totam Europam vastantibus, ita vt ad mœnia vsq; Romæ peruenerint: quam
11 obtinuit maxi. ille Pont. † Leo quartus circa annum 850. qui eius meminit in c. igitur & c. scire 23. quæst. 8. & in eius vita refert Iglies. in sua histo. Pontificali, & alia multa exempla adducere possem, quę passim apud Historicos legi possunt. Quid autem sit dicendum in hoc regno, infra in ampliationibus videbimus; sed vt verum fateamur, credo nullo pacto feudum in ecclesiam transire, quia præiudicium domini, quod maximum est consideratur, ideoq; contra eius voluntatem transire non debet, & hæc est vrgens ratio.

Retenta igitur sententia, quòd in monasterium feudum non transeat; ideo feudatarius monachus effectus feudo priuetur, vel
12 ad illud capiendum incapax habeatur; amplio multis modis, † & primò in feudis ecclesiasticis, quę si ingrediens obtineat ab ecclesia non transeunt in monasterium quod ex Feli. colligitur in d. cap. in præsentia num. 44. vers. & non dicas prope finem.

13 Secundò extende in Regno, Ducatu, Marchionatu, & Baronia ita docuit Specula. titu. de sta. mona. nu. 15. de facto. seuari, licet post Alan. quem refert dicat de iure ordinario in monasterium transire, in monasterium, sed quod diximus ad hæredes sanguinis transire constanter affirmarunt Bal. in d. l. Deo nobis. §. hoc etiam num. 4. infra de epis. & cleri. & Petrus de Vergnia in addi. ad Butrig. in d. l. Deo nobis Idem Bal. in .l. data opera num. 29. C. qui accus. non poss. Prępos. in cap. 1. §. & quia vidimus nu. 5. qui feud. dar. poss. Affli. in cap. 1. num. 2. de mil. vass. qui ar. belli. depos. Anan. in cap. Iudei num. 12. de iud. Feli. num. 44. & Dec. 289. in d. cap. in præsentia, & Cardi. Turrecrem. in cap. statutum in fine 28. quęst. 1. Glos. Archidia., & alij in cap. scripsit 27. quęst. 2. qui dixit

dixit hæredibus sanguinis deferenda esse huiusmodi feuda. Hanc etiam opi. receperunt Angel. cons. 268. Alex. cons. 10. lib. 5. n. 4. capi. in inuestitura ver. feudatarij habiles vers. regnum &c. Iaco. ver. dux. col. 1. & idem capi. deci. 31. num. 4. Greg. Lop. l. 2. tit. 13. part. secunda verbo siendo hombre para ello, & alij multi quos in id refert Moli. de primog. hisp. lib. 1. cap. 13. num. 81.

14 Tertiò amplia † vt nec in oppidis, & castris iurisdictionem habentibus succedere possit tex. est in cap. recolentes de sta. mona. qui loquitur in monachis Cistertiẽtibus, & apertius probatur per tex. in .l. 27. tit. 7. part. 1. per quę iura id determinauit Moli. loco proximè cita. num. 83.

15 Quartó intellige ne dum in monacho, verùm in eo qui totũ ingrediendi religionem emisit, pro quo facit tex. in d. §. qui clericus si defeci. fue. contro. int. dom. & agna. ibi aut votum religionis assumit, est namq; obligatus ad ingrediendum religionem .l. 2. §. voto .ff. de policita. ad quod faciunt quæ supra diximus in ver. ingressi in principio; peccat enim si votum non implet ex illo Psal. vouete & reddite; & alibi vota mea Domino reddã. Qua propter Dominus posset dicere nolle hunc vassalum in mortali peccato existentem, & maxime in prelio vt dicimus in illo qui non potest esse in curia propter delictum sine dedecore cap. 1. an ille qui interfecit fratrem dom. sui nam nullo magis in eo qui in peccato mortali est, qui cum maximo dedecore esse dicitur c. faciat 22. quæst. 2. & hoc voluerunt And. in d. cap. 1. §. qoi clericus in prin. si de feud. de func. militi. & Affli. nu. 12. Mihi tamen videtur And. non se firmare in hoc, sed intelligere de eo qui perpetuo est obligatus voto, & sic intelligere debemus in professione solemni, non in voto simplici, prout latius diximus in d. ver. ingressi, & pro hoc bene considerabat Affli. quòd licet quis teneatur religioni ex voto emisso, nec possit matrimonium contrahere, illud tamen contractum tenet, licet peccauerit, prout sum. Pontif. determinauit in cap. statuimus de regular. & in cap. 2. eod. tit. lib. 2. Nec aduersatur ratio illa de peccato, quia si hoc esset, omnes feudatarij priuari statim possent feudis, cùm septies in die cadat iustus, vt dicit Glos. institu. de iust. & iur. & Affli. loco cita.

16 Quinto amplia, vt feudo priuetur statim ac religionem est ingressus; nam etiam si postea exeat non recuperat, prout ex tex. cum Glos. expressè colligitur in cap. 1. in fine de benef. fem. & ratio est, quia cùm primum religionem ingreditur, desinit seruire domino

mino, prout And. considerabat in d. §. qui clericus num. 5. quam dicit esse communem Affli. in d. §. qui clericus num. 11.

Sed contrarium voluit Præpos. in d. cap. 1. §. qui clericus nu. 2. quem sequitur Affli. ibi num. 11. & Thom. Mari. tracta. feud. lib. 1. tit. 2. de feu. ex pac. & prouid. num. 139. id verum intelligens quando est omnino clericus vel religiosus, ita vt exeundo, in apostasiam incurrat per c. porrectum de reg. & cap. 1. de voto lib. 6. post Aluar. Bal. & Præpos. in d. §. qui clericus & Iacob. in ver. quibuscunq; secunda col. & hanc dicit ipse receptiorem esse sententiam, pro qua facit illa optima ratio, quia cùm iste iure permittente exeat, quod illum non adstringit nisi in casu voti vt c. consulti de regul. & cap. 1. de voto pœnam non meretur arg. l. Graccus C. ad leg. Iul. de adult. ille enim videtur ea itentione ingressus, vt si religio non placuerit, liberè infra annum egrediatur arg. l. si cui de seruitu. & l. quamquam de ritu nuptiarum. Sed And. in d. §. qui clericus aperit mihi viam ad distinguendum in hac quæstione, per illa verba iure alij quæsito: per quæ videtur excipere casum, in quo iste exiret post quæsitum ius proximo successori, & illũ excludere vellet. Distingue tamen in hoc prout infra in ampliatione de clerico, nam in eo propriè reperio plures doctrinas, scilicet quòd aut exit patre viuente, & recuperet: aut eo mortuo statim, & similiter recuperet; aut verò acquisito iure proximo, & non recuperet, quod docet etiam Affli. in d. §. qui clericus n. 10.

17 Sextò amplia in conuersis, qui in propria significatione dicuntur secundum And. in cap. 1. de mil. vasl. qui ar. belli. dep. & in c. 1. §. fin. de benef. fem. vbi Affli. not. 3. & Capi. ver. feudatarij habiles, vers. conuersi.

18 Septimò vt nec pro anima feudum possit Ecclesiæ donari sine speciali consensu domini tex. & ibi scriben. in cap. 1. §. inde potest de alien. feud. & cap. 1. §. donare quali. olim feud. poterat alienari Capi. ver. feudatarij habiles, vers. ecclesiæ nõ potest, Io. Imol. in cap. quæ in ecclesiarum de constitu. num. 14. Anchara. num. 7. & idem Imol. num. 13. idem tenent in cap. fin. de reb. eccles. alien. vel non.

19 Octauò extende ad milites Hyerosolimitanos nuncupatos Melitenses, qui cùm verè sint religiosi, ac tria essentialia vota religionis emittant, vt ceteri regulares sunt habendi, ideoq; omnia quę in alijs supra diximus, ad ipsos etiam pertinere dicendum est quod docuerunt Bal. cons. 33. vol. 1. quẽ sequuti sunt Brun. cõs. 17 Rub.

Rub. cons. 80. Iacob. Menoch. cons. 54. nu. 14. Thom. Mar. tract. feud. lib. 1. tit. 2. de feu. ex pac. & prouid. num. 141. & doctissimus causarũ patronus Io. Vinc. Anna in singulari. suis sing. 207. post multos quos adducit, & inibi in nouis additionibus peritissimus ac humanissimus eius filius † Fabius Anna.

20 Sed contrarium videntur affirmare Prępos. in cap. 1. de vassal. mil. qui ar. bell. depos. & post eum inibi Affli. nu. 13. & in d. §. qui clericus num. 9. alijq; multi quorum meminit Menoch. d. cons. 54. num. 1. & nouissimè Petrus Calefatus acutissimus Iurium explanator in Pisano gymnasio in tracta. de equest. dignitate num. 33. quem adducit, & sequi videtur prædictus Fabius Anna loco cit. & huic sententiæ subscribere se videtur Pet. Duen. reg. 107. .6. limita.

Et in hanc sententiam descendere non dubito, cùm etsi verum sit eos propriè esse ac verè religiosos ex vi professionis quam faciunt, nihilominus omnes in illis cessant considerationes, quas in monacho supra considerabamus post Alex. cons. 10. vol. 5. hęc enim religio ad pugnandum instituta, in ea viget obseruantia; quod impedimentum si rectè iura, & authoritates relatę ponderantur, videntur magnifacere: qua de re illo cessante sequitur vt ad feuda sint omnino admittendi, prout animaduertit inibi Menoch. n. 3. immo videmus eos actu multis regibus, & principibus strenuè deseruire in bellis. Pręterea licet ipsi paupertatẽ profiteantur, quoad vsum tamen, immo & vsumfructũ illam non seruant, cùm splendidis ornatissimisq; vestibus, & domibus vtantur, quod tamen ab eorum instituto longe esse alibi demonstrauimus; tolerantur tamen ab ecclesia ratione militaris disciplinę. Qua de re quoad cõmoditates saltim non debet eis negari feudi acquisitio, nam si id magis cõmunis & numero & authoritate doctorum sententia monacho tribuat, quando seruitium per substitutum præstari potest, quanto magis id militi, equiti, & strenuo, prout plurimum isti sunt, concedendum est. A qua opinione recedendum esse minimè arbitror, nec videtur mihi Menochius, qui nouissimè hac de re egit, huic rationi, & alijs quę pro hac parte adducũtur respondisse.

21 Nonò extende ad clericum, quod probatur in d. §. qui clericus si de feu. defun. mil. cont. fue & in cap. 1. de benef. fem. alijsq; iuribus supra adductis in propositione de monacho, vbi per And. Bal. Aluarot. Præpos. & Affli. latè tractatur. Idem scripsit Præpos. in cap. 1. §. & quia vidimus qui feu. dar. poss. licet distinguat quando feu-

do feudum præstat seruitium reale vel personale, prout supra dictum est, & simpliciter, quod non succedat voluit And. in cap. 1. num. 13. qui sue. teneant Napod. in Proem. consuet. num. 300. vbi Camil. Saler. in addi. ad eum & adducit integram allegationem D.10. Felicis scalaleonis doctissimis consiliarij Capi. in inuesti. ver. feudatarij habiles, & Thom. Mar. dicto tracta. feudo. de feu. ex pac. & prouid. tit. 2. num. 139. facit pro hac reg. l. 6. tit. 26. par. 4. & alia multa quæ adducit Pet. Duen. in reg. 103. qui dat plures limitationes, quas & alias infra describemus.

Contrarium verò affirmauit per plures rationes Iacob. in inuesti. ver. & quibuscunq; num. 4. dicens posse seruire per substitutum, verum Iul. clar. §. feudum quęst. 78. vers. de clerico, dicit communem esse, vsuq; receptam sententiam, vt clericus succedàt, dummodo seruitium reale præstetur: sed contrarium tenet si personale seruitium est præstandum idq; locum habere in clerico in sa
22 cris ordinibus constituto, † secus verò de constituto in minoribus prout docuerunt Io. Fasolus de Pisis in sua sum. Bal. in d. §. qui clericus num. 1. Præpos. in d. cap. 1. §. & quia vidimus num. 51. com. dicit Affli. in ca. 1. de mil. vass. qui ar. belli. dep. num 10. & in d. §. qui cleeicus num. 20. Thom. Mar. num. 140. d. tracta. feud. qni tres in hoc refert opiniones, & Pet. duen. d. reg. 103. limita secunda & quod in minoribus constitutus succedat dtxit Iul. Clar.
23 communem esse in .§. feudum quęst. 78. vers. & hæc omnia † sed quod dicitnr ab aliquibus, quod etiam in minoribus constitutus non succedat, intelligit Præpos. loco citato quando habitum non dimisit clericalem, sed illum retinet licet And. in cap. 1. de benef. fem. Affli. & alij ibi dicant, clericum iam factum non succedere, etiam si habitum dimictat quod supra diximus in monacho quia seml. iuri suo renuntiauit, quod tamen intelligit Thom. Mar. loc. cita. num. 140. vers. 3. & rectè in eo, qui si habitum dimicteret, esset apostata. Verùm in hac re clarissime processit distinguendo per casus accuratissimus cõsiliarius Io. Felix. scala leo in ea quam fecit allegatione pro D. Aloysio Caietano contra D. Nicolaum Caietanum quam vt dixi ad literam retulit Camil. saler. in addi.
24 ad Napod. in proemio consuet. num. 500. † Primum casum dicit esse quando moritur feudatarius superstite filio laico, & habili tempore mortis qui post eius obitum clericatum assumpsit, vel religionem est ingressus & tunc feudum ammittit, & aperitur domino, & ita intelligit C. primum de benef. fem. secundum And. in c. 1. de

cap. 1. de mil. vass. qui ar. belli. depos. & ratio est, quia ad iura renuntiata non datur ingressus .l. quæritur .§. si venditor .ff. de edili. edicto, cùm satis dicatur renuntiatum iuri suo, cùm quis facit actum incompatibilem cum illo .l. voluntarie C. de excusa. tuto. & cùm magis dicatur renuntiari facto, quàm verbo .l. Paulus .ff.
25 rem. rat. hab. † Secundum casum ponit, quando quis erat clericus in vita patris, & antequam sit delatum feudum per mortem ipsius laicatur; & tunc secundum And. cap. 1. de vass. mil. &c. dicit quòd acquirit feudum, non enim dicitur perdidisse quod non habuit, nam quando erat clericus, non erat dominus feudi, & quod non habetur non perditur .l. deniq; cum .l. sequen. ff. ex quibus cau.
26 maior. † Tertiũ dicit esse casum quando mortuo feudatario successor proximus reperitur clericus, & vult succedere. Quo casu distinguendum est, aut ante motam sibi quæstionem de feudo dimittit habitum re integra, & tunc poterit in feudo succedere, & hoc voluit etiam Capi. decis. 115. num. 11. aut vero post motam quæstionem de feudo ab alio proximo successore, & sic re non integra, & tunc dicit non admitti ad successionem feudi secundum Ardizo.
27 in sum. † Res autem integra dicitur quando non est mota quæstio de feudi successione, vt ibi per eum, qui per hæc dicit se obtinuisse contra D. Nicolaum Caietanum clericum. His tamen addendum puto, quòd si quæstio mota fuit statim post obitum feudatarij, nullum illi prejudicium generetur, nec dici potest res non integra, vbi
28 adhuc † tempus non habuit ad deliberandum an velit esse clericus, vel laicus argumento .l. 2. C. qui admitti, quod tempus credo statuendum esse, vt res non possit dici integra, quo transacto si remaneat in habitu, res non dicetur integra, & meritò erit à successione excluśus, & in hac resideo opinione.

29 Limita quòd diximus non recuperare feudum etiam si desinat esse clericus, non procedere quando fecit se clericum non animo renuntiandi, vt si ex quatuor fratribus vltimus factus esset clericus secundum Bal. in d. cap. 1. in fine de benef. fœm. aduersus quẽ voluit Affli. ibi num. 3. eum non admitti.

30 Limita quod diximus clericum non succedere † quando âgnati feciśsent eum in fraudem effici clericum, & hoc vt in feudo succedere non possit Iacob. Beluis in cap. 1. de fœeu. fm. Bal. & Affli. ibi & Pet. Duen. dicta reg. 103. limita 3.

31 Decimò amplia hanc conclusionem † quando debetur seruitium incertum pro feudo quod voluit notabiliter Cynus in hac authen.

num. 22. post Mart.Silim. & eum sequitur Ab. in d. cap. in præsentia num. 69.

32 Vndecimò amplia in Regno isto,in quo indistinctè tenendum est non transire , ex quo seruitium personale pro feudo debetur , & licet nunc reale præstetur, in electione tamen domini est , an alterũ velit ex ipsis , quod docuit And. in cap. 1. in fine quis dicatur Dux. & in cap. 1. §. similiter de cap. qui cui vendi. Affli. in d. cap. 1. §. fin. de feu.fœm. & decisio. 320. num. 9. & Cap. decis. 10. num. 14. cum sequen. & decis. 32. num. 1. & nos diximus in repet. rub. de constitutio. prin. c. 4. num. 69. ibiq; etiam post alios affirmauimus contrarium esse de iure communi per capitulum Imperialem .§. firmiter de prohi. feu. alien. per Federi. & per .l. 1. in fin. vbi Aluaro. & alij de pac. iura. firm. & dicit Affli. ita se vidisse seruari & decisum esse in Regno. Quod etiam affirmauit Capi. in inuestit. verbo feudatarij habiles vers. clericus an succedat & decis. 32. quòd in regno non potest seruitium præstari per substitutum , & hoc docuit Io. Felix. Scalaleo in sua alleg. in addi. ad Napod. in proem. consuetudin. Ciui. Neap. num. 300. in nouiter impressis.

Fallit hæc ampliatio in Regno , quando iste ingressus non possideret feudum integrum,quod tunc dicitur quando est redditus untiarum viginti , vt voluit And. d. cap. 1. §. similiter potest , quod latè persequitur Mari. Fre. lib. 2. sub feud. cap. 1. & pro isto feudo dicit inibi And. quòd non tenetur personaliter seruire , sic ergo non integrum dicetur, quòd non erit tanti valoris . In eo etenim casu vassali coadunabant se,& vnum militem pro dictis 20. vntijs domino mittebant , & ab hoc adunamento dicta est adhoa , quod est seruitium quod præstatur in Regno vt dicit And. in cap. 1. num. 9. vers. & quantum ad adohamentum , de controuers. feu. apud par. termi. & nos loco citato diximus , & per hoc est cap. Reg. Roberti incip. habuit feudatariorum nostrorum & aliud incip. Comiti. In hoc igitur feudo , quia vel si personaliter prestatur seruitium illud , fit per substitutum , vel si reale debet præstari , potest illud per monasterium expleri,dicendum erit in monasterium trãsire , prout dicunt Affli. in d. cap. 1. §. ex hoc illud de feu. fem. & Capi. decis. 32. num. 3. & seq.Sed obstat adhuc ratio quòd dominus directus successione priuatur propter mortem felloniam , & culpam vassali,cui non inueni adhuc responsum congruum .

Hæc autem limitatio secundum Affli. in d. cap. 1. §. ex hoc illud
33 de feu. fœm. num. 7. & in decis. 320. num. † 10. non intelligitur quando deberet præstare iuramentum fidelitatis,& sic dat solùm casum in feudo sine fidelitate , quod est tunc quando iuramentum est remissum , de quo loquuti sunt Aluaro. & Præpos. in prælud. feud. & latè per Thom. Mar. tracta feud. tit. de feu. sine fidelitate num.3.Non tamen censetur remissa fidelitas per illud pactum, sed tantùm illa solemnitas iuramenti quod latè præfatus Author prosequitur loco citato . Verùm per hanc limitationem nunquam daretur casus , in quo feudum transiret in monasterium ; qua de re teneo non habere locum hanc declarationem Affli. sed istud iuramentum , vel per substitutum præstari , sicut fit in feudis quæ ecclesiæ possident , vel remitti postquam non est de substantialibus feudi , sed naturalibus , & ad omnia teneatur in iuramento contenta, prout idem Thom. Mar. citato loco voluit, sed pro hoc non recedo à firmata opinione .

Limita primo supradictam principalem conclusionem quòd
34 non transeat feudum , † non procedere , quando pro feudo posset præstari tale seruitium , quod per monachum licitè posset expleri ; quod latè supra ostendimus ex communiter dictis , tam hic,quàm in d. cap. in præsentia Capi. dicto verbo feudatarij habiles vers. monachus si efficiatur & Thom. Mari. d. tract. feud. tit. 2. de feu. ex pac. & prouid. num. 145. Iul. Clar. §. feudum quæst. 78. in prin. vnde quando præstatur seruitium reale,dixit eleganter hic Cin. quem sequitur Rom. in .l. etiam filios .ff. solu. matri. non esse propriè feudum,& voluit Moli. de primog.Hisp. lib. 1. cap. 13. n. 76.

35 Secundò restringe in feudo francho,quod ex sui natura in monasterium transit , prout docuerunt Bal. in authen. nisi rogati nu. 35. Affli. d. §. qui clericus num. 5. si de feu. fue. contro. & in cap. 1. el. 2. vers. item si nullum de mil. vass. qui ar. bell. depos. idem decis. 320. num. 4. Dec. 293. & Feli. num. 45. in d. cap. in præsentia post multos quos adducunt Capi. ver. feudatarij habiles vers. francum Curti. tract. feud. prima par. 8. quæst. num. 29. vbi plures effectus ponit feudi franchi & Pet.Duen. d. Reg. 103. 7. limit. Natt. cons. 600. num. 7. lib. 3. & ratio est secundum Bal. ibi , quòd de hoc feudo testari potest,aliaq; plura facere sicut de re libera,& sic poterit alienare illud , irrequisito domino, quod post Bal d. loco affirmauit Dec. in c. ceterum num, 34. de iudi. vbi etiam num. 32. voluit quòd & si ratione feudi ecclesiastica persona seculari foro subiaceat c. solitè de maior. & obedi. ex quo tex. communiter id asserunt doctores vt testatur Dec. in d. cap. ceterum num. 20.

& firmat Anchar. in c. verum de foro compt. id tamen locum non habet in feudo francho & libero.

36 Tertiò non habet locum in feudo, quod est transitorium ad omnem hæredem, ita mirabiliter dixit Bal. in c. quę in ecclesiarum num. 20. de constitu. & in c. inter delictos de fide instrum. & Feli. ita dicit, & communem affirmat in d. c. in præsentia num. 48. In huius etenim successione veniunt personæ feudi incapaces Nat. cons. 682. num. 26. lib. 3. quamuis ipse contrarium statuat optima ratione, dicens monasterium non haberi pro filio, nisi quando est expressum. De cuius rationis veritate in quæst. de fideicommisso latè egimus, & est aduertendum quod hoc casu dicunt qui huius opinionis sunt sectatores, transire feudum in monasterium in perpetuum, quod ego non admitto simpliciter, nisi ea habita distinctione de seruitio reali, vel personali, & in hanc contrariam videtur stare Pet. Duen. d. reg. 103. limita 10.

37 Quartò fallit in feudo, de quo esset fœmina inuestita, vel aliàs habilitata, quia cum fęmina non possit personaliter seruire ad not. per Andream & alios in cap. 1. §. & quia vidimus de his qui feud. dar. pos. sequitur vt admittatur substitutus, sic ergo poterit monasterium seruire, ita concludunt Dec. num. 291. Feli. num. 47. in cap. in præsentia & in isto casu consuluit Alex. cons. 10. vol. 5. Pet. Duen. post Curt. in dicta reg. 103. 4. limitatione, atq; ita affirmauit esse tenendum Capi. decis. 10. & decis. 31. in qua id intelligit quo ad vitam tantum monialis, sed Affli. d. decis. 320. num. 7. contrarium tenuit dicens quod licet sit habilitata fęmina per constitutiones Regni, tamen non est habilitatus monachus: quapropter non est facienda extensio, & hoc verius arbitror.

38 Quintò non procedit quando post clericatum vel monachatum de nouo esset concessum feudum, vel sibi, vel contemplatione ecclesiæ, & ita intelligitur tex. in c. 1. de cleri. qui inuestituram fecit & in c. 1. §. etiam si clericus de cap. corra. atq; ita voluit And. in c. 1. §. ex hoc de benef. fœm. qui dicit omnia iura, quæ loquuntur quòd clericus aliquem inuestiuit vt c. 1. de cleri. qui inuest. fec. & alia intelligenda esse vt habuerint feudum ex concessione & gratia particulari Regis. Affli. in d. cap. 1. §. qui clericus si de feu. fue. contro. & alij per Duen. addu. d. reg. 103. limita. 8. idem voluit in monacho Affli. d. decis. 320. num. 8. & Capi. in clerico ver. feudatarij habiles, vers. clericus & quicunq;, quod etiam intellige secundum Affli. d. decis. durante vita monachi, sed hoc dictum Affli. intellige quando prin-

princeps dispensasset cum monacho, qui est legitimus successor, secus verò cùm ipse ex liberalitate sua concesit, tunc enim attenditur forma inuestituræ; & hæc est ratio differentiæ; cur hoc casu possit succedere quia princeps eum habilitauit, qui potest disponere contra ius ciuile, vt diximus in Rub. de constit. Prin. c. primo num. 40. & hanc rationem consideraut Affli. in d. c. 1. §. qui clericus num. 4.

39 Sextò coharetatur quando esset consuetudo aliqua particularis illius loci, quia specialis derogaret generali, ita post Bal. cons. 170. num. 2. vol. 2. dixit Pet. Duen. reg. 103. in quæst. limita. cui adde Thom. Mari. in titu. de feu. ex pacto & prouid. lib. 2. num. 144.

40 Septimò intellige dummodo non sit datum ea conditione vt clericus succedat, eo enim casu succedere potest ex vi & forma inuestiturę sicut in fęmina dicimus c. 1. de gradi. & c. 1. §. filia de succes. feu. & c. 1. de nat. succ. feudi; & ita voluit And. in c. 1. in fine de benef. fœm.

41 Octauò limita in monacho, qui ex dispensatione Papę factus est Comes, quia succedit in feudo aperto, postquam est Comes effectus, ita notabiliter tenet Bal. in cons. 275. num. 7. quem sequitur Curt. Iun. tracta. feud. quęst. 10. num. 28. & Pet. Duen. loco cita. 5. limitat.

42 Nonò cessat in militibus religiosis vt sancti Iacobi, Alcantaræ & aliorum ac etiam Hyerosolimitanis vt supra conclusimus, & dicit Pet. Duen. loco cita. sexta limi. & Thom. Mar. num. 141. sępius alleg. tracta. feud. dicit inspiciendas esse eorum constitutiones.

43 Decimò limito non procedere in canonicis regularibus, prout voluit Curt. sen. cons. 61. & 62. cuius cõtrarium teneo ex identitate rationis, cùm isti sint veri religiosi.

44 Vndecimò non habet locum in fratribus tertij ordinis S. Francisci vt docuerunt Panorm. & Barba. in c. ex parte de feud. Curt. Iun. secunda part. tracta. feudali. quæst. 20. Præpos. in d. cap. 1. §. & quia vidimus num. 19. qui feud. dare pos. Affli. in d. §. qui clericus num. 9. Capi. decis. 10. num. 3. & Pet. Duen. d. reg. in fine.

45 Duodecimò limita in clerico, vel monacho effecto Episcopo, vel Cardinali ratione excellentiæ suæ dignitatis, sunt enim personæ illustres, quod longè ad partes disputauit Præpos. in d. c. 1. §. & quia vidimus Bal. & Affli. in d. c. 1, num. 8. de mil. vass. qui ar. bell. depos. Bal. in d. c. 1. de feu. fœm. qui addit quando esset eo tem-

tempore factus Episcopus, quo non sperabat succedere Capi.ver. feudatarij habiles vers. clericus si efficiatur & nonnulli alij adducti per Pet. Duen. d. reg. 12. limita. idq, communiter obseruari dicit Iul. Clar. §. feudum quæst. 78. vers. & hæc omnia: sed contrarium voluerunt Anan. in d.c.Iudæi nu. 12. de Iudæis & Thom. Mari.
46 d. tracta. eod. tit. num. 142.

Decimo tertio cessat in vita militia quæ ex feudo, & pro feudo debetur iuxta constitutionem Regni Comitibus, & hoc voluit
47 Affli. ind. constit. n. 7. Nam licet vita militia detur pro feudo, tamẽ non datur ex bonis feudalibus, † sed ex fructibus feudi, qui non sunt ligati vinculis feudalibus, & ibi dicitur quòd de bonis patris detur; sed etiam fructus qui perueniunt de bonis patris, dicuntur bona paterna secundum Bal. in l. cum oportet col. 2. vers. quæro pater dedit filio n. 5. c. de bon. quæ lib. & quæ fuerũt paterna nunc fraterna dicuntur mutatione personæ. l. Paulus. ff. de acquir. hęred. verum monacho mortuo ad fratrem reuertitur, ut ipse videtur affirmare num. 10. nam prædicta debentur ratione alimentorum, quæ monachis non sunt deneganda vt ibi per Curt. num. 11. licet cõtrarium dicat And. in d. constit. comitibus.

Quibus omnibus addenda sunt, quòd dum supra diximus feudum ad dominum reuerti, intelligendum est in feudo nouo, secus verò in feudo antiquo, quod ad agnatos deuenit c. 1. de mil. vass. qui ar. belli. depos. voluit Bal. in d. §. qui clericus. vbi Glos. & Affli. num. 2. qui feu. dar. poss. qui expresit And. in d.c. 1. de mil. vass. qui ar. bel. depos. dicens reuerti feudum in hoc casu ad dominum, vel agnatos, quorum causa potior est, & idem affirmauit Thom. Mari.
48 dicto tracta. num. 146.

Item est aduertendum dum dicimus feudum transire † intelligendum esse durante vita monachi, Affli. in d.c. 1. de mil. vass. qui ar. bel. depos. nu. 8. in fin. Feli. in d.c. in præsentia num. 46. Affli. d. decis. 320. num. 8. quod non intelligitur quando feudum est à Principe concessum post monachatum, uel ipsi monasterio, vel ex consuetudine vt diximus.

Item & tertiò quòd omnia iura loquentia de personis ecclesiasticis quæ habent dantq; feuda, intelliguntur de ipsis feudis ecclesiasticis pro vt docent And. in c. 1. §. ex hoc de benef. fœm. & Thom. Mar. sępius alleg. loco num. 149.

SVMMARIVM EX CAP. XV.

1 *Emphyteusis & feudum in quo differant.*
2 *Valet argumentum de emphyteusi ad feudum.*
3 *Emphyteusis transit ad monasterium.*
4 *Monasterium petere potest renouationem emphyteusis finitæ.*
5 *Emphyteusis ab ecclesia concessa in monasterium transit.*
6 *Emphyteusis ecclesiæ donari non potest.*
7 *Emphiteusis quo casu transeat in fiscum, vide remissiue.*

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

1 ET licet feudum & emphyteusis differant, nam ista datur pro annua pensione, feudũ verò pro homagio, vel aliquo honesto seruitio, prout concludit Par. de put. de re integra c. 1. num. 6. per tex. in c. ex diligenti de sim. licet quando feudum datur pro annua pensione, sit simile cum emphiteusi, ut
2 idem ait verb. an res particularis feudi lo 2. num. 3. † tamen argumentum valet de emphyteusi ad feudum, nisi contrarium inueniatur de iure communi dispositum, prout ex specu. tit. de feu. §. quoniam uers. 40. nu. 63. in fin. & ex Soci. cons. 167. par. 2. num. 24. commu. dicit Viglialo. verbo emphyteusis num. 80. Ideo post quæstionem de feudo, hanc subnectam, in qua vt ordinem inceptum prosequamur, dicendum erit ex mente omnium doctorum supra relatorum tam hic, quam
3 in c. in prȩsentia de probatio. † emphyteusim transire in monasterium, & hanc esse commu. dicit Viglialo. in ver. monachus n. 180. Angel. in sum. ver. religiosus nu. 54. Siluester. in sum. ver. religio 6. num. 1.
4 Ideoq; voluit Anchar. cons. 165. † monasterium posse petere renouationem emphyteusis finitæ in eo qui illud ingressus fuerat.

Hoc tamen intelligerem de illa emphyteusi, quæ potest transire ad hæredes extraneos, vel in casu quo sic potest, prout in fisco dicimus, in quem emphiteusis isto casu transit, prout docuit notabiliter Bart. in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de dam. infect. num. 6. verùm si est alia species emphyteusis, arbitror per ea quæ supra

dixi in quæſtione proxima non tranſire in perpetuum, quia directi domini ius remaneret inutile. Poſſet tamen & hoc caſu decerni prout infra quæſt. 17. in vſufructu diximus, qui ſi legatur ciuitati per centum annos, intelligitur eius commoditas eſſe apud illam ex reg. tex. in. l. an vſufructu. ff. de vſufru. & ſic in iſta emphyteuſi poſſet dici.

5 Amplia iſtam concluſionem † vt idem ſit in emphyteuſi conceſſa ab eccleſia, quæ nihilominus in monaſterium tranſit, & pro hoc eſt tex. in authen. de alien. & emphyteuſi. §. 1. & poſt alios, quos allegat, tenet Auguſti. Bero. in c. in preſentia num. 152. de probatio. qui aſsignat rationem, quia tranſit cum vniuerſitate bonorum cum qua multa tranſeunt, quæ aliàs non tranſirent, ut patet ex .l. quędam. ff. de acquir. rer. dom. l. in modicis de cõtra. emptio. c. cum ſeculum & c. ex literis de iure patrona cuius contrarium teneo, ne
6 deterior ſit eccleſia quàm laicus, † tamen emphyteuſis eccleſię do-
7 nari non poteſt Imol. in c. potuit n. 40. de loca. † & quo caſu poſsit in fiſcum tranſire hęc emphyteuſis eccleſię Rub. conſ. 154. nu. 4. & quia de emphyteuſi multa dicunt Iaſ. in .l. 2. de iure emphyteuſi & Couar. lib. 3. var. reſol. c. 12. ideo breuiter tranſeo.

SVMMARIVM EX CAP. XVI.

1 *Maioratus, & primogenium differunt, & nu. 4.*
2 *Primogenium quid ſit.*
3 *Maioratus quid ſit.*
4 *Primogenitus iure diuino duas partes conſequitur.*
5 *Primogenitus in Hiſpania nil plus habet cęteris fratribus niſi ex teſtatoris diſpoſitione, vel antiqua præſcriptione.*
6 *Fideicommiſſum, & maioratus æquiparantur.*
7 *Maioratus, & fidei commiſſum in pluribus differunt, & conueniunt.*
8 *Maioratus qui habet iuriſdictionem annexam, vel dignitatem, in monaſterium non tranſit.*
9 *Maioratus qui nec iuriſdictionem aut dignitatem annexam habet, monaſterio acquiritur.*
10 *Maioratus qui continet familiæ ac memoriæ teſtatoris conſeruationem, in monaſterium non tranſit.*
11 *Maioratus inſtitui poteſt ea conditione ne monacus vel clericus ſuccedat.*
12 *Monachus exiſtens in monaſterio incapaci in maioratu non ſuccedit.*

C A-

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

EX ſuperiori deciſa quæſtione ad aliam correlarie infertur, an ſcilicet maioratus bona in monaſterium tranſeant cum ingreſſo, vel ille ſit poſt ingreſſum ad ſucceſsionem admittendus. In qua ne ſuper incognito procedamus, agimus enim de nomine,
1 quod apud Hiſpanos tantũ notum eſt: †nã differentia maxima eſt inter maioratũ & primogenium, licet prima fronte idem ſignificare videantur, pro vt omnes Hiſpani iuriſtæ affirmant teſte
2 Moli. in tracta. de Hiſp. primog. c. 1. nu. 7. lib. 1. † eſt namq; primogenium ius prioris ætatis honorificum, & vtile, cõpetẽs filio, quia primus eſt in ordine naſcendi, prout definiuit Io. Lecirier tracta. de
3 primog. lib. 1. quæſt. 1. nu. 4. † At maioratus, de quo apud Hiſpanos agi diximus ius eſt ſuccedendi in bonis ea lege relictis, vt in familia integra conſeruentur, & proximo cuiq; primogenito ordine
4 ſucceſsiuo deferantur, prout optimè definit Moli. d. loco nu. 22. † & hęc eſt differentia quòd in primogenio licet iure diuino duas partes conſequi debeat primogenitus, multaq; alia ex Galliæ conſtitutionibus illi concedantur, prout affirmat Io. Lecirier. d. tracta.. de primog. lib. 2. q. 4. cũ ſequen. & Tiraquel. eod. tracta. in præfat
5 num. 3. † in Hiſpania tamen nihil primogenito competit filio inter alios fratres, niſi ex diſpoſitione præambula teſtatoris, vel ex antiquiſsima præſcriptione deferatur, adeo ut ceſſante dicta maioratus inſtitutione, ſeu ſuccedendi iure primogenituræ ex præſcritione, filius primogenitus ex hęreditate parentum nihil præcipuum præter alios filios capiat. Itẽ alia eſt differẽtia, nã illud quod ex iuris diuini diſpoſitione, ſeu cæterorum regnorum lege, ſeu cõſuetudine primogenitis competit, liberè illis defertur, nec reſtitutionis vinculo, ſiue conditionibus, aut prohibitionibus ſubiacet, cuius contrarium in Hiſpanis maioratibus ſeruatur.

Ex quo Hiſpani iuris ciuilis profeſſores vnanimes, arbitrati ſunt
6 † fideicommiſſum perpetuo familiæ relictum cum conditionibus de quibus ſupra in definitione tradita, maioratus poſſeſſorem æquiparari, prout hæc omnia eleganter poſuit Moli. d. loco num. 5.
7 6. & 7. licet † plures ſint differẽtiæ inter maioratũ, & fideicommiſ-

sum de quibus Moli. ibi qui ĕt addit; nullo iure nostro cautũ reperitur, vt in fideicommisso debeat succedere vnusquisque primogenitus, masculusq; minor natu, fœminæ in eodem gradu existenti, ĕt maiori prę̃feratur, quod in maioribus seruatur.

Conueniunt tamen in pluribus & pr. quòd bona fideicommisso subiecta alteri relinquens, potest eidem apponere omnes substitutiones, vincula, conditiones, grauamina, & onera quæ sibi placuerint, dummodo onus non excedat emolumenta. l. ab eo. C. de fideicom. cum simili. & hoc in maioratu seruatur. Item secundò quòd plures ex conditionibus, quæ in maioratu apponi solent, de quibus in definitione actum est, in fideicommissis poni solent, & idẽ Moli. dicto loco scripsit num. 8.

Nec oberit si dicatur fideicommissum in vltima voluntate relinqui, maioratum verò in ultima voluntate, & contractibus institui. nam ut plurimum vim vltimæ uoluntatis obtinet, ut idem voluit num. 9. qua de re idem num. 16. docet maioratum quod in contractu inter viuos fit, & uerè maioratum, siue primogenium dici, & donationi æquparari factæ sub modo, siue conditione, ut defuncto ordine successiuo succedãt, & sic erit maioratus iuxta tradita pro l. quoties cum simili. C. de donatio. quæ sub modo. illum uero qui in ultima voluntate fit, quandam esse hęredis institutionem, legatũ siue prælegatum factum primo successori, continens ut eo mortuo hęreditas, legatum, vel prælegatum sequentibus successoribus primogenitis ex familia extantibus, procedentibus ordine successiuo perpetuo deferatur, iuxta tradita in l. fin. C. de verb. signifi. & in l. fin. C. de leg. & in l. ueto. §. fratre de leg. 2.

Quibus sic cognitis ad decisionem præfatæ quæstionis facilius possumus accedere, in qua duo capita principalia formabimus de mente eiusdem peritissimi Moline. d. tracta. de primog. Hisp. lib. 1. c. 12. num. 20. in fine.

8 Primum erit in maioratu habente iurisdictionẽ, seu dignitatem annexam. In quo ipse ad partes disputans à num. 71. usq; ad numerum 95. concludit post multas rationes quas adducit, nullo pacto admittendum fore monachum ad huius maioratus successionem; & præter alias id ex communi Hispaniæ consuetudine firmat, qua nunquam admissum esse monachum in huiusmodi maioratus successione testatur: imo num. 95. id decisum fuisse affirmat.

9 Secundum erit in maioratu, quod non habet iurisdictionem, seu dignitatem annexam: sed tantùm ex bonis patrimonialibus simplicibus

plicibus constat, io quo ipse affirmauit monachum admitti, ex eo
10 quòd de bonorum tantũ patrimonialium successione agitur. † Dubitat demum de eo maioratu, qui in se habet familiæ, ac memoriæ conseruationem, & cuius vocationi monachatus repugnat, cũ insignium, & nominis præceptum iniũctum est successoribus, & propterea dicit fore deliberandum cùm casus euenerit. Ego tamen in hoc decisiuè loquor, & teneo monachum non admitti in eo maioratu, qui istas conditiones habet annexas, & hoc decisum postea reperi per Illustrissimum Dominum Didacũ Couarruuias in lib. var. resolu. lib. 1. c. 19. nu. 11. dicentem non obstare eam rationem quòd per hanc prohibitionem à religione retraherentur ingredi volentes, nam hæc non uidetur in hunc finem adiecta, sed vt bona in familia testatoris conseruentur, etiam quòd istæ conditiones in maioratu adiectæ, statui monachali repugnent, & ita tenet post Io. Lup. in rubr. de dona. §. 16. num. 4. & 14 & alios quos allegat. Qua ratione motus idem Moli. lib. 2. de primog. Hisp. c. 12. num. 54. vo-
11 luit † maioratum institui ea conditione posse, ne in eo monachus aut clericus succedat.

Et hæc intellige in monacho existente in monasterio capaci, vel illud ingrediente: quia si monasterium incapax ingrederetur, nul-
12 la esset difficultas, prout voluit Moli. d. loco cap. 12. lib. 1. nu. 64.

SVMMARIVM EX CAP. XVII.

1 *Susfructus quem ingrediens habet tempore quo profitetur in monasterium transit.*
2 *Quod intelligitur durante vita monachi.*
3 *Vsusfructus cedi non potest, nec transferri de voluntate, secus de necessitate.*
4 *Vsusfructus transferri non potest quo ad ius, secus quo ad commoditatem*
5 *Mors ciuilis & naturalis quando æquiparentur.*
6 *Vsusfructus finitur cùm ciuilis mors per pœnam imponitur.*
7 *Vsusfructus quem pater habet in bonis aduentitijs filij, ipso ingresso in monasterium transit.*
8 *Vsusfructus quem pater habet in bonis maioratus filij, trãsit in monasterium.*
9 *Pater non habet vsumfructum in bonis filij post ingressum quæsitis.*
10 *Pater non habet vsumfructum in bonis filij à Principe donatis.*
11 *Item quando à testatore, vel donatore prohibitum est, ne vsusfructus transeat in patrem.*

12 *Item in bonis filij clerici.*

13 *Vsusfructus relictus monacho existenti in monasterio in illud transit, & morte finitur monachi, secus si relictus esset contemplatione ecclesiæ.*

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM

1 VSusfructus etiam in monasterium transit ;in quo de duobus est videndum, & primo an † ille vsusfructus transeat, quem habet ingrediẽs tempore quo religionem profitetur.Qua in re communi scribentium omnium calculo receptum est in monasterium transire, quod affirmarunt Innoc. num. 5. Host. num. 8. circa fin. Io. And. nu. 16. But. 23. Bellam. num. 16. Ab. 72.Dec. 257. & Augusti. Bero. num. 530. in sæpius alleg. c. in præsentia de probation.Glos. Pet. Bellaperti. col. 8. Cin. num. 19. Odoffre. num. 10. Bart. 42. Alberi. 23. Bal. 31.Salice.num. 10. Paulus Cast. num. 26. Iason. num. 48, & Dec. 27. in hac authen. Azo in sum. ff. quibus mod. vsufru. amitta. num. 1. Glos. & alij scriben. in authen. idem est infra de bon. quæ libe. Glos. Archidia. & Bellam. in cap. si qua mulier 19. quæst. 3. Henri. Boich. in cap. cum constet. num. 5. de pignori.Alex. cons. 139. col. 2. lib. 2. cons. 10. col. fin. lib. 5.Mar. Socci. cons. 10. in 6. quæst. qui dicit esse communem & Ab. in c. fin de pignori. in prin. in cap. cum ad monasterium de sta. mona. Bal. in cap. 1. §. qui clericus num. 3. si de feu. fue. cont. int. dom. & agnatum Hipol. Mars. sing. 668. num. 1. Imol. in l. cum filio nu. 8. de lega. 1. & com. dicit Viglialo. ver. monachus num. 178. lib. com. opi. Silues. in sum.ver. religio. 6.num. 7.Napod. in consuet. si quis vel si qua num. 256. & ibi Cam. Salern. in addi. Nauarr. de regul. commen. secundo num. 38. & pro hac sententia faciunt optime .l. corruptionem C. de vsufru. & .§. vsus etenim institu. de acquis. per arroga. quibus iuribus cauetur non amitti vsumfru-
2 ctum per minimam capitis diminutionem; † quod intelligendum est vt durante vita monachi tantum penes monasterium resideat, nam alias proprietas redderetur inanis, vt dicitur in.l. an vsufructus .ff. de vsufructu in ciuitate, cui æquiparatur ecclesia .l. fin. infra hoc tit. & etiam imperio, quod est perpetuum authen. quo opere Epis. & ita declaratum reliquerunt Pet. Cin.& alij hic Inno. Hosti.

Hosti. & reliqui in cap. in præsentia & Alex. d. cons. 139. num. 4. lib. 2. & Sil. loco cita. ad quod faciunt §. mortuo insti. de acquis. pro Arrog. & .§. finitur insti. de vsufru. l. statius florus .§. Cornelio Felici de iure fisci .l. cum pater .§. hæreditatem de leg. 2.& .l. si adoptauero ff. de præcar.

3 Nec obstat † quòd vsusfructus cedi vel transferri non possit .l. si vsusfructus .ff. de iur. dot. & .§. fin. inst. de vsufructu, nam vt inquit Odoffre. hic num. 10. id intelligendum est de voluntate, secus vero quando de necessitate, & in consequentiam personæ fit, & sequitur Bart. in prima lectu. huius authen. & Paul. Cast. num.
4 26. † item quod intelligitur quo ad ius, secus, quo ad commoditatem, vt inquit Host. in cap. Rainutius num. 47. de testa.

Nec secundo refragatur quòd monachus proprium habere non possit, vt latius supra diximus,nam id procedit quoad monachum; secus, quoad monasterium, cui vsusfructus quæritur, vt respondet Bart.& Ant.loco cita. & propterea supra relati scribentes post vltramontanos distinguebant, vt ius vsusfructus personæ monachi cohæreat, vtilitas & cõmodum ad monasterium spectat arg.l. si postulauerit .§. de eo quoq; de adult. & l.si vsusfructus .ff. de iur dot.

Nec tertiò repugnat, quòd dicunt aliqui, monachum haberi pro mortuo d. l. Deo nobis infra tit. proximo & latius probauimus in præfationibus huius verbi,& sic morte finiri per .l. 3.§. fin.
5 .ff. de vsufru. cum alijs concord. † nam ciuilis & naturalis mors tũc æquiparantur, quando ex vtraq; idem progreditur effectus secundum Din. in .l. si constante .ff. soluto matri. & Bart. hic num. 40. Item hæc æquiparatio fieri debet in casibus, quibus id est à iure dispositum secundum Glos. not. in cap. placuit 16. quæst. 1. & in c. susceptum de rescri. lib.6.& Bart.num. 41.& Alberi.num.23.in hac
6 authen.vnde tunc † vsusfructus ciuili morte finitur, sicut, & naturali, cùm illa ciuilis pœnalis est prout voluit Odoffre. hic n. 10. & facit tex.in .l. corruptionem C. de vsufru.nec ad hoc refragatur si dicatur quòd idem est effectus, ac si naturaliter esset mortuus, cum per ipsum non possideatur: nam ille vsusfructus donec viuit monachus habetur loco alimentorum, & illi quo ad vsum videtur esse concessus, & tamen quoad alimenta non est incapax vt arg. l. legatum .ff. de capi.dimin.& .l.seruos ad custodiam .ff. de alim. & cib. leg. dicunt Bart. num.40.Alberi.num.23.in hàc authen.& Bal. in authen. excipitur C. de bon. quę lib.

Am-

7 Amplia hanc concluſionem ad † vſumfructum quem pater habet in bonis aduẽtitijs filij, quo ingreſſo vſusfructus etiam in monaſterium tranſit, prout firmant Gloſ. in authen. idem eſt C. de bon. quæ lib. quæ ſecundum Bart. eſt not. & ſignanda, nam ponit omnes caſus in quibus pater non habet vſumfructum Gloſ. & Bal. in d. authen. excipitur eod. tit. quem in hoc ſequitur Dec. in d. c. in præſentia num. 256. & Bero. num. 530. & alij per Couarr. addu. in c. 2. de teſta. num. 8. Arius Pinel. in .l. 1. infra de bon. quæ lib. prima par. num. 47. & Nauarr. loco proximè cita. ea potiſsimùm ratione, quia vſusfructus, vt probauimus, in monaſterium tranſit, & nullam ſpecialem in hoc caſu reperio differentiam, quæ opinio æquitatem in ſe continet; nam ex actu probabili non debet pater ſentire dam num. Et hac ratione conuincitur opi. Mart. Silim. Cin. Bart. in d. authen. idem eſt Abb. in d. c. in præſentia num. 57. & aliorum per Couarr. adductorum loco relato, qui dicunt non tranſire vſumfructum, cùm illud proprio facto non amittat; nam & ſi poteſtas extinguatur ius tamen vſusfructus non extinguitur, vt not. Bal. in .l. quod ſcitis infra de bon. quæ liberis in fine & in .l. 2. poſt Gloſ. per illum tex. C. de bon. mat. Item reſponderi poteſt dum dicitur patriam poteſtatem extingui, illud non facto patris, ſed fictione quadam iuris, fauore religionis intelligi; imo & quo ad odium tantùm, non quo ad fauores videtur extincta, per ea quę not. idẽ Bal. in .l. item in poteſtate in fine .ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iur. Alberi. in .l. nepotes eodem tit.

8 Amplia hanc ampliationem ad bona maioratus in quibus pater habet vſumfructum, vt dicit Moli. prima par. ſui tract. de primog. c. 19. lib. 1. num. 18.

9 Fallit hæc ampliatio in bonis poſt ingreſſum quæſitis, quæ monaſterio pleno iure quæruntur ſecundum Bero. in d. c. in prę ſentia num. 528.

10 Item fallit † in bonis à principe donatis, quorum vſusfructus patri non quæritur .l. cum multa infra de bon. quæ liberis & faciunt dicta Bal. in .l. cum oportet num. 18. eod. tit.

11 Item limita † tertiò quando expreſsè eſſet prohibitum à teſtatore, vel donatore, ne vſusfructus in patrem tranſeat d. authen. excipitur. Et voluit Moli. d. loco num. 3.

12 Limita quartò in bonis filij clerici, nam in illis non habet pater vſumfructum, quod etiam in maioratus bonis extenditur, vt colligitur ex tex. in c. quia nos de teſtam. vbi. Hoſt. & Abb. nu. 5. & communem dicit Moli. d. loco num. 25. extendens etiam ad clericum primæ tonſuræ qui num. 28. limitat in bonis ante clericatum quæſitis.

13 Secundò principaliter eſt videndum an † vſusfructus relictus monacho iam exiſtenti, transferatur in monaſterium, quod affirmarunt Gloſ. & Archidia. in d. c. ſi qua mulier 19. quæſt. 3. & poſt eos Henri. Boich. in cap. cum conſtet num. 7. de pignori. & hic vſusfructus morte etiam monachi finitur, vt voluit Boich. d. c. in fine; quod tamen intelligerem, quando legatum eſſet factum contemplatione monachi, ſecus verò ſi contemplatione eccleſię per ea quę ſupra diximus in quæſt. de tranſitu de vna ad aliam religionem; tunc enim dicerem centum annis durare vſumfructum, quia tanto tempore durat vſusfructus ciuitati relictus per tex. in .l. an vſusfructus .ff. de vſufructu, & ciuitas vt dixi eccleſiæ comparatur.

SVMMARIVM EX CAP. XVIII.

1 *Monaſterium tenetur alere monachum.*
2 *Monaſterium tenetur ex contractu monachi, & ad debita ante ingreſſum contracta, quatenus ad illud peruenit.*
3 *Item tenetur monaſterium ſatisfacere debitoribus de bonis poſtea quæſitis.*
4 *Monaſterium regulariter non tenetur ad debita contracta à monacho poſt ingreſſum.*
5 *Abbas poteſt monaſterium obligare pro neceſſitatibus monaſterij.*
6 *Monaſterium obligatur pro mutuo quod accepit monachus, qui eſt in ſcholis de licentia Abbatis, dummodo non excedat quantitatem aſſignatam pro expenſis.*
7 *Monaſterium non obligatur pro mutuo monachi quando Abbas mittit ſolitam impenſam.*
8 *Creditor debet eſſe curioſus quo vertatur pecunia ſua.*
9 *Monaſterium obligatur pro mutuo quando verſum eſt in vtilitatem ipſius.*
10 *Monaſterium tenetur ſubminiſtrare expenſas monacho agenti pro confirmatione ſuæ electionis.*
11 *Monaſterium tenetur ſubminiſtrare expenſas monacho accuſanti Abbatem & ipſi accuſato.*
12 *Monaſterium tenetur pro debito monachi contracto ex cauſa infirmitatis*
13 *Mutuans pecuniam monacho pro infirmitate, habet electionem repetendi à monaſterio, vel à patre naturali ſi habet.*

Mona-

14 *Monachus ad ſtudium miſſus poteſt agere, & omnia alia facere quæ ad illum attinent.*
15 *Monachus non poteſt libros obligare pro debito ſcholaris.*
16 *Monaſterium tenetur ex contractu monachi quando monaſterium ex illo factum eſt locupletius.*
17 *Monachus naturaliter & ciuiliter obligari poteſt.*
18 *Monachus non admittitur ad ceſſionem bonorum.*
19 *Monachus fideiubere non poteſt.*

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

1 POſtquam igitur ſuperioribus concluſionibus actum, expreſſumq; eſt in monaſterium omnia ingrediẽtis bona transferri: ſequitur vltimo loco videndum, ad quę monaſterium pro ipſo obligetur † omiſſa ſubſtentatione, quæ tanquam filio naturaliter debetur de quo in cap. 1. de infan. & langui expoſ. & de hoc ſupra diximus, cùm egimus de monacho fugitiuo, & tenuit Bero. in c. in prę ſentia num. 283. & de actione qua monaſterium agat, diximus in verbo ipſo ingreſſu nu. 19. cùm verè ſit dominus, & illi competant omnes actiones quæ monacho ante ingreſſum competebant.

2 Sic ergo dicimus † monaſterium teneri ex contractu monachi ad debita ante illius ingreſſum contracta, de eo quod ad monaſterium peruenit quod voluerunt hic Gloſ. Bar. num. 33. & in prima lectu. num. 13. Alberi num. 7. Paulus Caſt. num. 22. & alij ſcribentes licet Iaco. Butrig. reprehendat Gloſ. in eo quòd dicit monachũ teneri, aſſerens monaſterium non monachum teneri. Sed eius pace ſalua, hæc fuit intentio Gloſ. quam ſequitur & communiter approbatam teſtatur Affli. in cap. 1. num. 26. qui ſucces. tene. licet Iaco. Are. dicat in authen. ſi qua in fine infra eod. teneri monachum at exequutionem fieri in bonis, quæ in monaſterium detulit Inno. num. 5. Hoſt. num. 8. & cęteri in cap. in præſentia de proba. Feli. in cap. cum I. & A. num. 10. verſ. 1. pro obligatione contracta de rẽ ſud. facit. l. 10. tit. 2. part. 3. vbi Grego. Lop. in ver. deuela fazer à ſu maiora & poſt Iaſ. hic dicit com. Io. Baptiſta Viglialo lib. com. opi. ver. monachus num. 184. † & non ſolùm tenetur de bonis quæ in ingreſſu peruenerunt, ſed etiam de alijs poſtea

3

ſtea quæſitis, vt voluit Inno. in cap. 1. de oblig. ad ratioc. non ord. quod ſi monachus debitor ſit, ac bona non habeat, voluit Abb. in d. cap. cum Inno. & And. col. 8. verſ. ſed alij contra nu. 27. quòd teneatur illis ſatisfacere de aliquo honeſto opere, ſi verò exeat à religione quocunque modo tenetur ſoluere debita antiqua ſecundũ Bart in. l. adulteri. §. nupta. ff. de adult. quem ſequitur Ioannes Vincentius An. ſing. 343. etiam in redempto ab hoſtibus.

Ad ea verò debita quæ contraxit monachus poſt ingreſſum, ſermonem conuertamus; & in hoc † regulare eſt monaſterium non
4 teneri, prout omnes animaduertunt in d. cap. in præſentia.

5 Hoc tamen fallit, primò ſi monachus eſſet † Abbas qui pro neceſsitatibus monaſterij poteſt illud obligare, vt voluit accuratiſſimus Io. Vincentius Anna. in ſing. ſuo primo, aliàs autem non poſſet ſicut nec filius pro patre vt in Rub. & nigro C. ne fil. pro patre
6 latè Socci. conſ. 271. lib. 2. fallit ſecundò † in pecunia quam mutuam accepit monachus, qui eſt in ſcholis de licentia Abbatis, dũmodo non excedat illam quantitatem, quam ſolet ei dare pro expenſis ſingulis annis, ad ſimilitudinem patris qui filium habet in ſcholis, nam ille poteſt pecuniam accipere mutuam, & macedonia-
7 num nõ obſtat. l. ſed Iulianus. §. quod dicitur. ff. ad macedo. † ſi verò Abbas mittit ſolitam impenſam, non obligatur monaſteriũ, niſi
8 probetur verſam in vtilitatem monaſterij c. hoc ius 10. quæſt. 2. † debet enim eſſe creditor curioſus quò vertatur pecunia ſua. l. quòd ſi ſeruus. ff. de in rem verſo & hoc voluit Archidia. in cap. cum paſtoris num. 6. quæſt. 3. quem ſequuntur AEgid. Bellam. Cardi. Turrecrem. num. 11. & Præpoſ. num. 9. Cardinalis Zabar. in Clemen. religioſus num. 10. de procura. Abb. in cap. cum contingat num. 24. de foro compet. Phili. Fran. in cap. 2. num. 3. ne cleri. vel mona. lib. 6. Bal. in. l. cum filius num. 2. ff. ſi cert. peta. & com. dicit Mari. Socci. in cap. ex parte num. 10. de accuſa. Quod etiam intelligunt Archidia. & Phili. Fran. d. locis, quando ſtaret ibi expenſis monaſterij, & quando eſſet actum vt per alium ſubminiſtrentur; quod vltimum admitto, & de primo dubito, cùm ſit expediens monaſterio monachum eſſe doctum, ad ſimilitudinem filij cuius ſciẽtia lętitia eſt patris in Authen. conſtitu. quæ de dignitatibus. §. generaliter; & ex hoc voluit Bal. in cap. ex reſcripto num. 3. de iureiur. † monaſterium obligari pro mutuo quando eſt verſum in mo-
9 naſterij vtilitatem, quod neceſſe erit probari niſi Abbas & capitulum ſe obligaſſent Authen. hoc ius porrectum infra eod. atq; hinc

10 est † quòd tenetur monasterium impensas subministrare monacho agenti pro confirmatione suæ electionis, quia etiam seruo subministrantur proclamanti in libertatem arg.l. fin. C. de ordi. cognit. cap. super his 2. quæst. 7. & hoc voluit per hæc iura Archid. in d.c. cum pastoris num. 2. licet com. dixerint Innoc. in d. cap. ex parte de accusat. Innoc. & Host. in cap. ex parte de arbi. in ver. & ideo
11 iuxta principium † imo etiam tenetur subministrare expensas monacho accusanti Abbatem, & ipsi accusato secundum Mar. Socci. in d. cap. ex parte num. 5. de accusa. quia vterq; agit de vtilitate monasterij, monachus vt malus pastor repellatur, Abbas vt si bonus est confirmetur, ex quo ego infero quòd si monasterium tenetur ad expensas, tenebitur etiam ad pecuniam pro dicta causa ac-
12 ceptam.

Fallit tertiò si ex causa infirmitatis pecuniam mutuam accepisset, quod patet in d. cap. 1. & ibi not. de infan. & langui. & dum esset in studio ex causa infirmitatis debita contraxit, voluit Card. Turrecrem. in d. cap. non dicatis, monasterium teneri, etiam si excedat ãnuas expẽsas mitti solitas. Ex quo voluere Mar.Socci.in d. cap. ex parte, & Phili. Fran. in d. cap. 2. ne cleri.vel mona.lib.
13 6. post Io. And. & Lap.ibi, † quòd si quis illi subministrauit expensas in hunc casum, repetat a monasterio, vel patre naturali,si habeat, quia videtur vnius cuiusq; negotium gerere. Sed animaduertendum fore censeo cuius contemplatione egerit, cùm in dubio qualitas personæ sit consideranda cap. requisisti de testam. verum Phili.Francus citato loco, licet in fine hanc sequatur sententiam, affert duas rationes, per quas ego teneo monasterium, non patrem teneri. Prima est quia ibi est de licentia Abbatis; ideo onus monasterij erit: secunda quia per ingressum ius patriæ potestatis soluitur cap. 1. 20. quæst. 1. & voluit Glos. in .l. si ex causa §. pomponius in ver. cum statu .ff. de minor. quibus & addo tertium; nam cũ hic monachus post ingressum omnia ex industria, aliaue causa monasterio quærat, quòd sentit commodum, necesse est etiam vt ad onus alimentorum teneatur.

Ex quo voluerunt Archidia. in d. cap. cum pastoris num. 6. 2. quæst. 7. Bal. in d. l. cum filius & Phil.Fran. in d. cap. 2. † monachũ
14 ad studium missum agere posse per Glos. in .l. si longius .§. 1. in fine .ff.de iud. imo subdit Phil.Fran. omnia posse illum facere quæ ad studium sunt necessaria: & sic ex contractu agere, mutuare, esse in iudicio, & accusare, eleemosinam moderatam etiam facere.

Hoc

Hoc tamen limitat Zaccarias in addi. ad Abb. in cap. cum contingat de foro compet. num. 24. de mente Card. Zab. in Clem.prima de vit. & honest. cleri. & Gem. in c. non dicatis, non posse monasterium obligare nisi haberet mandatum, vel administrationem,
15 quod non admittimus. † non tamen poterit libros vel alias res obligare pro alio scholari, sicut nec seruus potest res peculiares .l. 1. §. 1. ff. quæ res pigno. obli. poss. Archidia. & Præpos. in d. cap. cum pastoris & Phili.Fran. loco cita.

16 Fallit quartò si monasterium ex cõtractu monachi factum esset locupletius secundum Card. in Clemen. 1. vers. quia verò in 6. q. de sta. monac.

Et ex eo quòd supra diximus monasterium obligari pro monacho, infertur † quòd monachus potest naturaliter & ciuiliter obli-
17 gari de consensu Abbatis; quod voluerunt Bal. in c. ex rescripto per illum tex. num. 3. de iureiuran. & quod naturaliter obligetur Ab. cons. 104. num. 3. licet contrarium defendat Ias. in .l. naturaliter .ff. de condi. indeb. Hinc est quòd monachus tenetur depositi, prout dicit post Inno. in cap. cum olim el secundo de priuileg. Greg. Lop. in .l. 3. tit. 3. par. 5. verbo religioso, & subdit quod poterit contra eum agi rei vendicatione furti, vel depositi, & alijs competentibus actionibus: monasterium verò dicit non teneri per c. 1. & cap. quod quibusdam de fideiusso. Abbatem verò eo casu teneri, si sciuerit, vel viderit furari res depositas & non impediuerit.

Si verò monachus soluere non possit pecuniam quam mutuam
18 accepit, † non admittitur ad cessionem bonorum Rot. decis. 1. de pen. num. 1. in Antiquis.

19 Non tamen poterit monachus fideiubere, sicut nec seruus prout argumento .l. si seruus alienus, & l. sed si serui .ff. de fideiuss. dicunt Archidia & Phili. Fran. proximo cita. loc. & Boich. in cap. 1. de fideiussoribus.

DEDICANT DEO.

Summarium Ex Cap. I.

1 *RES Deo consecrata non potest in alienos vsus conuerti.*
2 *Sũmus Pontifex an possit dispensare in voto castitatis, & paupertatis latissimè disputatur, & prima est opinio quòd non possit, altera contraria num. 7.*
3 *D. Mattheus noluit permittere vt Efigenia virgo Deo consecrata nuberet Regi, promittenti sui ipsius, ac dimidi Regni conuersionem ad Deum.*
4 *S. Pont. non potest dispensare in matrimonio rato non consumato.*
5 *Matrimonium ratum non consumatum professione dissoluitur.*
6 *S Pontifex non potest dispensare in matrimonio consumato.*
7 *In quolibet voto inest tacita conditio, nisi Deo aliud placeat.*
8 *Maius bonum, minori preferendum est.*
9 *Matrimonium tenet post votum simplex.*
10 *Conuersus ad fidem, potest aliam vxorem ducere, si cum prima commorari non potest sine periculo.*
11 *Contraueniens voto voluntate superioris, non dicitur contrauenire voto.*
12 *Prælatus in dispensatione non considerat personam, vt personam, sed vt membrum Ecclesiæ.*
13 *Homo non potest per votum se obligare ad id, in quo tenetur alteri obedire.*
14 *Dispensatio voti solennis vnde procedat.*
15 *Institutio facta pro charitate, non debet contra charitatem militare.*
16 *Solennitas voti est ab ecclesia instituta.*

CAPVT PRIMVM

1 FIT autem ista dedicatio ex triplicis voti solenni professione, qua Deo promittit obedientiam, castitatem, & paupertatem & Prælato, vt Dei ministro: † ex quo fit vt cùm sit semel dicatus Deo, nulla ratione possit amplius in alios vsus cõuerti. Leuit. vltimo. *Omne quod domino consecratur, siue homo fuerit, siue animal siue, ager, non ueniet, nec redimi potest; quicquid semel fuerit consecratum, sanctum sanctorum erit domino* .l. si quis sepulcrum .ff. de relig. & sum. fun. l. ædes sacræ .ff. de contra. emptio. l. in tantum .§. sacræ .ff. de rerum diuisione & .§. locus insti. eod. titu. Authen. præterea infra hoc eod. titu. cap. quæ semel 19. quęst. 3. cap. ligna & cap. vestimenta de consecratione dist. 1. & reg. semel Deo de regulis Iur. lib. 6.

2 Hinc infertur ad quæstionem difficillimam, & valde dubitabilem an S. Pont. possit dispensare ex aliqua vrgẽti causa in huiusmodi substantialibus religionis, & à castitate, & paupertate ad nuptias, & proprium reuocare. Et non posse quacunque causa subsistente summum Pontificem dispensare, affirmarunt Rayn. in sum. de uoto Glo. in cap. proposuit de concess. præben. & in cap. sunt quidam 25. quæst. 1. & in cap. cum ad monasterium Glos. fin. de sta. mona. Altisiod. lib. 3. tract. 22. Albertus Magnus in quarto sent. dist. 34. art. 17. Alex. Hales in tertia part. suæ summæ, D. Thom. 2. 2. quæst. 88. art. 11. D. Bonauentura in quarto dist. 38. art. 2. q. vltima, Card. à Turrecrem. in c. non dicatis num. 2. 12. quæst. 1. Iacobus Almain. in tract. de potest Papæ cap. 15. Silu. ver. votum 4. §. 5. Fabiensis verbo dispensatio. §. 7. Dom. Sot. lib. 7. de iust. & iur. quæst. 4. art. 2. Amb. Cather. lib. 6. cont. Caiet. cap. 2. Rober. Arbori. Episcopus in tract. pro tuendo sacro cæliba. tomo. 4. Clictoueus 2. lib. propugnacul. Eccles. cap. 13. Campobius in quarto dist. 33. quæst. 2. & Mantio in scriptis 2. 2. quæst. 88. art. 11. Fran. Turri. de uot. mona. lib. 2.

Huius opinionis præcipua fundamenta sunt hæc, & primum ex superius Leuitici loco adducto, quo probatur id quod Deo semel consecratum est, non posse amplius in alios vsus conuerti. Sicut ergo non potest aliquis prælatus facere, vt calix consecratus desinat esse consecratus, dum integer permanet, eadem ratione multo minus potest fieri, vt homo professione Deo consecratus, desinat esse professus.

Secundò adducitur Clementis tertij constitutio in cap. cum ad monasteriũ in fine de sta. monacho, nec existimet Abbas (inquit S. Pont.) quòd super habenda proprietate possit cũ aliquo monacho dispensare, quia abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis, ita est annexa regulæ monachali, vt contra eam nec etiam S. Pont. possit licentiam indulgere.

Tertiò si religiosus posset ad seculum reuerti ex dispensatione, non esset firma ratio, vt per professionem religionis matrimoniũ ratum non consumatum dirimeretur; si enim maritus ante copulam

lam religionem profiteretur, eiusq; vxor alteri nuberet, & demum ex dispensatione huiusmodi religiosus ad secundas nuptias transiret, sequeretur absurdum, quod post ratum matrimonium de presenti viro, liceret habere aliam vxorem, & vxori alium virum.

3 Quartò probatur exemplo D. Matthei qui noluit † permittere vt Efigenia virgo Deo consecrata, nuberet Regi promittenti conuersionem sui, & dimidij Regni ad fidem.

4 Quintò si non potest summus Pontifex dispensare in matrimonio rato non consumato, quod minus est: ergo multo minus poterit in professione; maior probatur authoritate Magistri in quarto sent. dist. 26. quem frequentius recepit Theologorum schola, nempe D. Thom. dist. 33. quæst. 2. art. 2. Pet. Palud. 27. quæst. 1. art. 2. Ab. in cap. ex publico num. 16. de conuers. coniug. Card. à Turrecrem. in cap. sunt qui dicunt 27. quæst. 2. num. 4. ad tertium, Iacob. Almain. de potest. Ecclesiæ cap. 15. Ioan. Lup. Segob. in tract. de matrimonio num. 3. Dom. Sot. in quarto sent. dist. 27. quæst. 1. art. 4. D. Couarr. in epitom. de sponsa, secunda part. cap. 7. §. 4.

5 num. 14. Quòd autem minus sit matrimonium ratum non consumatum, professione, ex eo colligitur quòd huiusmodi matrimonium tanquam debilius fortiori professionis vinculo dissoluitur cap. ex publico de conuers. coniug. cum adductis supra in concluss. an coniugatus possit ingredi religionem.

6 Sextò quia si non potest sum. Pont. dispensare vt diximus in matrimonio non consumato, multo minus in matrimonio consumato: quia si posset, permitteretur ob sterilitatem vxoris diuortium, quod nullo modo fieri potest, vt vidimus in Clemente 7. Pontifice max. qui noluit dispensare cum Henrico VIII. Rege Angliæ, vnde multo minus poterit dispensare in voto solenni religionis.

7 In contrariam sententiam abierunt frequentius iuris diuini, canonici, & ciuilis interpretes, D. Thom. in quarto sent. dist. 38. quæst. 1. art. 4. Duran. quæst. 2. Ricar. art. 9. quæst. 1. Pet. Palud. quæst. 4. art. 4. concluss. 11. & Ioan. Maior. quæst. 14. Henric. Gand. quodlibet 5. quæst. 25. & 26. Aug. de Ancona, Heruet. & Ioan. de Neap. quos adducit Siluest. verbo votum 4. §. 5. D. Anton. in 3. part. tit. 22. cap. 7. Angel. ver. dispensatio num. 3. verbo votum 4. num. 9. & verbo matrimonium 3. num. 2. Caiet. 2. 2. quæst. 88. art. 11. Claud. Spenceus lib. 5. de contin. cap. 4. & seq.

Inno. quartus Pontifex in cap. cum ad monasterium num. 2. & 4. de sta. mona. vbi Host. num. 30. 31. & 32. Ioan. And. num. 29. Hen-

Henric. Boich. num. 9. & 10. Ant. But. num. 28. Ioan. Anna. num. 11. & Abbas num. 21. Idem Inno. in cap. fin. de sacram. reite. vel non Host. sum. de voto. §. qualiter, Ioan. Fribur. in sum. conf. lib. 1. tit. 8. de voto quæst. 72. post Vgonem Card. & Ioan. Theut. quos adducunt Aften. in sum. lib. 1. quæst. 20. art. 11. Archidia num. 5. & Aegid. Bellam. num. 7. in 2 quæst. in cap. sunt quidam 25. quæst. 1. Host. in sum. qui cleri. vel vouen. §. fin. num. 5. Idem in cap. 1. de voto num. 4. 9. & 10. vbi Ioan. And. num. 6. Henric. Boich. num. 2. Ant. But. num. 7. Abbas num. 8. Aegidius Bellam. Card. à Turrecrem. Gem. & Præpos. in can. de illo 32. dist. Ioan. And. & Philip. Fran. in reg. semel Deo de reg. iur. lib. 6. Glos. Card. prima oppositione Ab. & Imol. primo nota. & Bonifa. in fine in Clem. prima de consangui. & affin. Ab. in cap. ne Dei ecclesia in fine de simo. Anchara. in Clem. 1. nu. 8. de pœnit. & remiss. & in cap. 1. vers. alterius de constitu. Card. in Clem. 2. quæst. 8. num. 13. de ætate & qualita. Præpos. post Calderi. in cap. sicut ex literis num. 11. de sponsali. & cap. non dicatis num. 11. & seq. 12. quæst. 1. Pet. de Monte. tracta. de Papa & concil. vers. quarta conclusio colu. 46. Iacob. Zoccus in cap. 2. quæst. 4. qui cleri. vel vouen. Felin. in cap. si quando col. 3. de reseri. Dec. in Rub. de appellat num. 9. & in cap. quæ in ecclesiarum num. 47. de consti. Guliel. Benedict. in cap. Rainutius ver. qui cum alia num. 27. D. Couar. in cap. 2. num. 10. & 12. de test.

Specul. in tit. de leg. §. 6. num. 44. quæst. 49. Bal. in cap. 1. num. 8. de milit. vassal. qui arma belli. depolu. in .l. si tibi filius num. 3. ff. de adoptio. & in .l. si pater .§. in arrogationibus eodem tit. Imol. in .l. in substitutione num. 4. de vulga. & pupilla. Iason. in .l. si arrogator num. 5. de adoptio. & in hac Authen. num. 11. & in .l. fin. num. 2. & 3. de transactio. idq; responderunt Aegid. Bellam. conf. 28. col. 3. Anchara. conf. 339. Socc. conf. 13. num. 19. lib. 1. Dec. conf. 112. num. 4. Paris. conf. 68. num. 148. lib. 4 Anto. Rub. cõl. 147. & Marc. Anto. Nacta. conf. 33.

Pro hac opinione ex omnibus relatorum doctorum scriptis plures adducemus rationes. Mouetur primò Inno. huiusmodi ratio-

8 ne; † in quolibet voto tacita conditio inest, nisi deo aliud placeat, prout in voto beatæ Virginis, quę diuinæ dispositioni se subiecit, dum proposuit virum non ducturam nisi Deus aliter ei reuelaret Aug. in cap. Beata 27. quæst. 2. sed videndum est quòd Deo aliud placeat si vtilitas publica subest, vt quis votum commutet, ergo

&c.

&c. placere autem magis Deo colligitur, nam si tota christianitas, aut aliqua eius pars periclitaretur si monachus nõ crearetur Rex, nonne dicendum est, id permittendum esse, cùm quilibet debeat se totum in holocaustum offerre Deo; vt in eo quod sibi plus placet præeligat seruire, sed præ omnibus placet ei quod creaturam suam rationabilem, & temporalem conseruet, pro qua etiam ipse animam suam posuit, ergo dicendum est summum Pontificem posse dispensare.

6 Secundò quia † maius bonum minori præferendum est cap. licet in fine de regula. & cap. si quis 11. quæst. 3. & communis vtilitas præfertur priuatæ cap. scias & cap. mutationes 7. quęst. 1. ergo vnius monachi contemplationi, & castitati debet præferri publica vtilitas.

10 Tertiò quia matrimonium tenet post votum simplex cap. rursus qui cleri. uel vouen. cap. Gonsaldus 17. quęst. 2. cap. placet de conuers. coniug. ergo in voto solenni poterit dispensare.

11 Quartò sicut permissum est conuerso ad fidem dimissa prima vxore cum qua non potest commorari absq; iniuria Creatoris, ea viuente aliam ducere cap. gaudemus. §. penul. de diuort. eadem ratione, imo maiori permittendum est dimissa vxore spirituali, nempe religione, quæ hoc casu impediret creatoris pietatem, qui vult homines saluos fieri, aliam accipere.

12 Quintò cõtraueniens voto authoritate superioris, nõ dicitur venire contra votum, sicut in matrimonio cap. inter corporalia de transla. Episcopo; Ergo &c.

13 Sextò mouetur Hugo Card. quia quãdo Prælatus vult dispensare, non debet considerare hanc, vel illam personam, sed vt membrum ecclesiæ: & si videat magis expedire vt membrũ ecclesię contrahat, poterit dispensare nullo obstante impedimento.

14 Septimò non potest homo per votum se obligare ad id in quo tenetur alteri obedire, ne fiat præiudicium suo Prælato, sicut ergo potest talis imminere necessitas, in qua iustè prohiberi posset ne continentiam aut religionem vouеat, sic etiam eadem necessitate occurrente poterit dispensare D. Thom. in quarto senten. loco cita.

15 Octauò arguit Duran. huiusmodi ratione, si in voto solenni continentiæ dispensari non posset, aut perueniret hoc ex excellentia materiæ, aut ratione solennitatis adhibitę, ratione excellentiæ materiæ verum esse non potest, vt D. Thom. fatetur quæst. 88. art.

art. 11. & omnes post eum, ergo solùm ratione solennitatis, quæ non obstat quod in voto possit dispensari, cùm solennitas voti solùm addat quandam perfectionem, & decorem accidentalem; ergo omnis oblig. voti ex ipso tantùm voto, non autem ex solennitate procedit. Quòd si solennitas nihil operatur, nec substantiale aliquid addit: sicut potest in voto non solenni, ita etiam in solenni poterit dispensare.

16 Nonò pro charitate institutum, contra charitatem militare non debet, author est D. Bernard. tract. de prece. & dispens. sed in hoc casu professio pro charitate instituta, cõtra charitatem militaret, impediendo pacem multarum Gentium; ergo non debet esse impedimento.

17 Decimò secundum Palud. solennitas voti est ab ecclesia instituta, vt notant omnes in cap. 1. de voto lib 6. ergo potest etiam ab ecclesia & summo Pontif. auferri, qua sublata cùm remaneat simplex votum, libera est in eo S. Pont. dispensandi potestas.

Vndecimò sic arguit Henric. Gand. omnia humana facta, quæ ex suo genere non repugnant legi naturali, aut diuinæ, vt continentia virginalis, matrimonium, proprietas, & dominium rerum, sunt indifferentia, ideoq; possunt omitti & amplecti, nec sunt mala prętерquam si aut lege humana, aut voto, vel iuramento prohibita sint, nec debent prohiberi, aut suscipi nisi sint, aut euitatio mali, aut promotio boni. Ideoq; cùm pro loco, & tempore sint occasio mali, & impedimentum boni, tunc non solùm potest, sed etiam debet in eis dispensare, imo cogi possunt, nec solennitas quidquam operatur, cùm res non cesset esse de genere indifferentium.

Duodecimò mouetur Riccard. ea ratione, quòd omne votũ earum rerum, quę supererogationis sunt, dispensabile sit, cùm in quolibet voto huius generis causa rationabilis dispẽsationis inueniri possit, nempe profectum melioris boni, vel euitatio mali: ergo &c.

18 Quid ergo dicendum in hac tam sublimi, & ardua quæstione, cuius decisionem sapientissimis viris, ad quos eius cognitio spectat relinquere melius esset, submittendo tamen & quæ dixi, & quæ dicenda nobis erunt Iudicio S. Romanæ Ecclesiæ, eiusq; Principis summi Pontificis, cuius amplissimam esse potestatem profiteor, & agnosco. Dico huius quęstionis decisionem ab illa dependere, an ista solennitas voti, quæ reddit monachum inhabilem sit de iure diuino, quod fit mihi difficillimum, quicquid probari

posset per illa Petri Apostolorum Principis verba ad dominum, professionem fuisse solennem, emissam sui ac religiosorum omnium nomine, dum ait: Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te; in quibus, & paupertatis primum ac obedientiæ & castitatis votum continentur, nam ex scribentibus nullum reperio, qui id affirmare sit ausus: sed tantum professionis hanc formam à D. Benedicto, & ante à Basilio cœpisse, vt ex eorum regulis patet, quæ postea ab Ecclesia fuit approbata, vt diximus. Quapropter si verum est, quòd in decimo argumento diximus, quòd iure positiuo sit introducta voti illius solennitas, facilis esset decisio, vt sum. Pontif. tanquam superior posset contra illud statuere, cùm aduersus ius diuinum dispensare nequaquam possit, & iuri positiuo sit superior vt latè comprobat D. Couarr. in Epitome de spōsali. parte secunda. §. 9. num. 3. 4. & sequen. Imo si votum religionis, vel continentiæ simplex per matrimonium postea sequutū dissoluitur, vt ait Siluester verb. votum primo in fine, & diximus in tertia ratione, pro hac vltima opinione: quanto ergo magis: dicendum est per sum. Pontif. posse dispensari, qui Christi est vicarius in terris.

Dicendum tamen arbitror non quamlibet licet iustam causam sufficere, ad hanc dispensationem obtinendam: sed eam tantùm, quæ continet expressum, imminens, atque maximum Christianæ religionis periculum; vt si regnum ad aliquē perueniret, de cuius religione & fide dubitaretur, vel quòd maxima bella imminerent, quæ totius boni, ac regularis obseruantiæ sunt perditio, imo hæresum, & malorum omnium introductio, vt ex Historijs apertissimè videre licet. Quadere contrarijs oppositionibus vt possum respondeo; ex corde tamen displicet mihi aduersus D. Thom. sententiam iudicare, cui hac in re humiliter veniam peto, eo magis, quia si ipse in facto habuisset, fortasse ita respondisset, quia Christi Vicarium in ijs quæ ad fidem aut Christianæ reipublicæ attinēt regimen, nihil perperam, aut quod fidei catholicæ non sit consentaneum facere, & credere debemus & iudicare, cùm à Spiritu Sancto ducatur.

Non obstat primum quòd de consecratione dicitur, nam verum est quod dum res consecrata in suo statu manet, non potest esse nō consecrata: sed si frangatur calix, & iterum commisceatur, non est amplius consecratus, ergo idem in monacho, qui non potest dū est monachus nubere, sed extractus per sum. Pontif. à monasterio, & ha-

& habilitatus ad nubendum non est amplius monachus.

Neq; ita obstat secundum d. cap. cum ad monasterium, nam vt omnes animaduertunt, non sequitur; Castitas est annexa ordini monachali, ita vt sum. Pontif contra eam non possit licentiam dare, ergo sum. Pont. non potest facere vt aliquis religiosus non sit religiosus. Nam vt diximus, non posset facere sum. Pont. vt monachus remaneret monachus, & non seruaret continentiam, sed potest facere vt non sit monachus & absoluere eum ab obseruantia illorum votorum. Et ad hoc facit quòd diximus votum simplex dirimi per matrimonium postea contractum.

Nec obstat tertium; nam vt diximus, non permittitur cuilibet religioso ad seculum redire, & vxorem ducere: sed alicui maximā eum causa. Quo casu si iste iam contraxisset matrimonium, ita vt dicitur, ratum non consumatum, & hic secundò nuberet, non dicerentur secundæ nuptiæ, quia iste tamquam nouus homo est habendus, cùm primum matrimonium per professionē fuerit extinctū.

Nec etiam quartum, nam D. Matthæus non erat ita tutus de cōuersione illius Regis, vt potest esse tutus de securitate alicuius Prouinciæ, vel Regni sum. Pontifex; imo dicendum est optimè eum feciſſe; fortasse enim diuino instinctu videbat Regem illum, hoc promissum obtinendæ illius virginis gratia offerre, non autē id postea facturum animo habere, imo erat virginem illam periculo exponere. Quòd si ipsius, & Regni conuersionem vidisset, absq; dubio credendum est per eum factum iri quod petebatur, eo maximè quod illo (vt diximus) tempore professionis, hæc solennitas adhuc introducta non erat, sed tantùm simplex dedicatio.

Nec aduersatur quintū, nam & si dicatur non posse sum. Pontif. dispensare in matrimonio rato non consumato: illud intelligendum est ex quo matrimonij præceptum est de iure diuino & naturali, dicente domino Matthæi xix. *Vir adhærebit vxori suæ & erunt duo in carne vna*. Cùm non possit aduersus ius diuinum dispensare, sequitur vt propterea hoc casu sit eius potestas limitata. Præterea in hoc dico non posse absq; causa, nam videmus quotidie dispensari per sum. Pontif. quando alter ex coniugibus est inhabilis ad matrimonium contrahendum, vt toto tit. de frigid. & malefic. Et ita etiam respondetur ad V I. addendo tamen quòd præter diuinum præceptum, hęc dispensatio contra matrimonium continet publicam honestatem. Qua de re optimè sanxit Max. ille Pontif. Clemens V I I, negando huiusmodi dispensationem; Prauus enim

Rex ille qui & ſucceſſorem in Regno habebat (quæ fuit religioſiſſima Regina Maria, noſtri Regis Philippi vxor) volebat repudiare, vt poſtea fecit, Caroli Imperatoris inuictiſsimi ſororem, & concubinam in vxorem ducere, quod nec de iure, nec de honeſtate fieri permiſſum erat. Quapropter ſummũ Pontificem ex cauſa vrgenti diſpenſare poſſe affirmo, ſub correctione tamen ſanctæ Romanæ Eccleſiæ. In voto autem paupertatis non video cur S. Pontif. poſsit diſpenſare, cùm abſq; diſpenſatione poſsit monachis vſum bonorum concedere per aliam viam, imo etiam dominij acquiſitionẽ, quę ratione rei, cuius vel vſusfructus vel vſus conceditur, habeat omnia iura, quæ competunt illius rei & ab ea dependentium defenſione, & recuperatione, iuxta not. in cap. cum olim. de priuileg. & in cap. in præſentia. Et huius ſententiæ inueni poſtea Nauarrum in Apolog. de reddi. Eccleſiaſt. benef. quęſt. 1. moni. 9. num. 3.

IDEOQ

IDEOQVE NEC DE HIS TESTANTVR VTPOTE nec Domini Rerum.

Summarium Ex Cap. I.

1 MONACHVS *regulariter teſtari non poteſt, Nec proprium habere, nu. 2. nec velle, aut nolle num. 3.*
4 *Monachus non poteſt cauſa mortis donare, aut legare etiã de licentia Abbatis.*
5 *Monachus non poteſt in pias cauſas diſponere.*
6 *Neque poteſt teſtari ratione conſuetudinis, quod Nauar. non admittit.*
7 *Milites religioſi teſtari non poſſunt.*
8 *Pius V. reuocauit omnes gratias, & licentias militibus regularibus conceſſas.*
9 *Conuerſi profeſſi teſtari non poſſunt.*
10 *Monachus habens filios teſtari poteſt & quomodo, etiam ſi filij ſint legitimati, & filijs ſubſtituere num. 11. non tamen poteſt inter naturales, & ſpurios diſponere num. 16.*
12 *Filius legitimatus eſt verè filius, & ſuus hæres patri.*
13 *Filius legitimatus in teſtamento præteritus, habet ius dicendi contra tabulas, & teſtamentum nullum.*
14 *Filius naturalis ſuccedit patri in duabus vncijs, & filijs legitimis extantibus poteſt inſtitui in vncia.*
15 *Nouitius teſtamentum poteſt concedere, etiã ſi ſit ex ordine mendicantium.*
16 *Monachus teſtari poteſt abſq; ſolennitatibus à iure requiſitis, ſed nos contra.*
17 *Priuilegia cõceſſa militibus armatæ militiæ extendũtur ad milites inermis.*
18 *Facultas teſtandi alicui conceſſa, non excludit ſolennitatem a iure requiſitam.*
19 *Aequiparatio de milite ad monachum in materia teſtandi, inepta eſt ſecundum Nauarrum.*
20 *Clerici ſeculares cum ſolennitatibus iuris teſtari debent.*
21 *Cardinales in teſtando iuris regulis non arctantur, & poſſunt decedere pro parte teſtati, & pro parte inteſtati.*

Hære-

22 *Heremita vel alius religiosus, qui non emittit vota solennia, testari potest.*
23 *Oblati testari possunt de bonis quesitis post oblationem.*
24 *Monachus testari potest de licentia sum. Pontificis.*
25 *Licentia testandi superueniens post testamentum conditum, confirmat testamentum.*
26 *Monachus de licentia sum. Pontificis testamentum faciens, substitutum excludere potest:*
27 *Sum. Pontifex solus testandi licentiam monacho concedere potest.*
28 *Quatuor religiosorum species distinguntur, quibus licentiam testandi solet, vel non, sum. Pontif. concedere.*
29 *Licentia testandi concessa monacho intelligitur de primo testamento.*
30 *Assensus præstitus vassallo, vt instituat naturalem, in vim dispensationis accipitur.*
31 *Assensus præstitus vassallo testandi de feudo, extenditur ad vltimum testamentum.*
32 *Monachus effectus Episcopus testari potest, sed contrarium verius, etiam in bonis intuitu personæ quæsitis.*
33 *Monachus effectus Cardinalis testari non potest.*
34 *Summus Pontifex qui fuit monachus testari non potest, sed contrarium tenemus.*
35 *Monachus testari potest si aliquid sibi reseruauit: sed dubitamus.*
36 *Clericus effectus Episcopus vel Cardinalis testari potest.*
37 *Clericus de bonis patrimonialibus testari potest.*
38 *Hæres clerici manutenendus est in possessione rerum patrimonialium.*
39 *Bona quæ reperiuntur apud clericum tempore mortis suæ, præsumuntur acquisita de bonis ecclesiæ.*
40 *Clericus potest testari de bonis quæsitis intuitu personę.*
41 *Bona clerici defuncti si ignoratur, vel dubitatur cuius qualitatis sint diuidentur.*
42 *Bona clerici defuncti, si ignoratur an habuerit bona patrimonialia, præsumuntur acquisita de bonis ecclesiæ si habet beneficium, nisi contrarium probetur.*
43 *Actor non tenetur probare intentionem suam, vbi pro ipso præsumitur.*
44 *Hæres clerici & beneficiati tuendus est in possessione mobilium, vbi dubitatur an habuerit bona patrimonialia.*
45 *Bona clerici defuncti præsumuntur de bonis ecclesiæ, si certum est non habuisse patrimonium, vel aliunde quæsisse.*
46 *Hæres clerici tenetur resarcire damnum Ecclesiæ, quod passa est ex administratione*

stratione illius.
47 *Clericus vel Episcopus testari non potest de Iocalibus & alijs ornamentis ecclesię, Modica tamen mobilia donare potest, etiam in infirmitate constitutus.*
48 *Clericus testari potest de fructibus beneficiorum vbi est consuetudo.*
49 *Clericus non habens administrationem beneficij, non præsumitur acquisisse de bonis ecclesiæ nisi contrarium probetur.*
50 *Clericus qui aliquid lucratur ex missis de illo testari potest.*
51 *Pecunia legata clerico pro missis dicendis, ipsi non acquiritur quando contemplatione ecclesiæ legata est.*
52 *Rectores hospitalium, nec in uita, nec in morte donare possunt.*
53 *Clericus de bonis ecclesiæ testari non potest.*
54 *Clericus non beneficiatus, vel coniugatus testari potest.*
55 *Clericus filius familias testari potest.*
56 *Clerico ab intestato decedente, succedunt uenientes ab intestato in bonis de quibus testari potest.*
57 *Ecclesia succedit clerico non habenti hæredes ab intestato.*
58 *Clericus vel Episcopus in vita donare poßunt, dummodo non excedant in donando.*
59 *Donatio à clerico facta suæ concubinæ valet.*
60 *Clericus vel Episcopus in infirmitate donare non possunt.*
61 *Regula Cancellariæ quòd resignatio in infirmitate facta non teneat declaratur.*
62 *Licentia testandi concessa Cardinali, intelligitur vt disponat in pias causas & vsus, & in benemeritos.*
63 *Monachus testis esse potest in testamento.*
64 *Monacha codicillari potest, quod non placet.*
65 *Testamentum factum ante ingressum monasterij, in quo extraneus hæres institutus est, an rumpatur per religionis ingressum.*
66 *Testamentum in quo filius institutus est, per ingressum monasterij non rumpitur.*
67 *Monachus an possit mutare testamentū post ingressum, multę sunt opiniones.*
68 *Monachus an possit maioratum instituere distinguntur tria tempora.*
69 *Monachus maioratum instituere potest antequam ingrediatur monasterium.*
70 *Maioratus institutio reuocatur, quando ingrediens qui instituit, expreßè in monasterium bona contulit.*
71 *Maioratus ex cōtractu irreuocabili institutus, non reuocatur per ingressum monasterij secus si est reuocabilis.*
72 *Nouitius maioratum potest instituere.*

mona-

22 *Heremita vel alius religiosus, qui non emittit vota solennia, testari potest.*
23 *Oblati testari possunt de bonis quæsitis post oblationem.*
24 *Monachus testari potest de licentia sum. Pontificis.*
25 *Licentia testandi superueniens post testamentum conditum, confirmat testamentum.*
26 *Monachus de licentia sum. Pontificis testamentum faciens, substitutum excludere potest.*
27 *Sum. Pontifex solus testandi licentiam monacho concedere potest.*
28 *Quatuor religiosorum species distinguntur, quibus licentiam testandi solet, vel non, sum. Pontif. concedere.*
29 *Licentia testandi concessa monacho intelligitur de primo testamento.*
30 *Assensus præstitus vassallo, vt instituat naturalem, in vim dispensationis accipitur.*
31 *Assensus præstitus vassallo testandi de feudo, extenditur ad vltimum testamentum.*
32 *Monachus effectus Episcopus testari potest, sed contrarium verius, etiam in bonis intuitu personæ quæsitis.*
33 *Monachus effectus Cardinalis testari non potest.*
34 *Summus Pontifex qui fuit monachus testari non potest, sed contrarium tenemus.*
35 *Monachus testari potest si aliquid sibi reseruauit: sed dubitamus.*
36 *Clericus effectus Episcopus vel Cardinalis testari potest.*
37 *Clericus de bonis patrimonialibus testari potest.*
38 *Hæres clerici manutenendus est in possessione rerum patrimonialium.*
39 *Bona quæ reperiuntur apud clericum tempore mortis suæ, præsumuntur acquisita de bonis ecclesiæ.*
40 *Clericus potest testari de bonis quæsitis intuitu personę.*
41 *Bona clerici defuncti si ignoratur, vel dubitatur cuius qualitatis sint, diuidentur.*
42 *Bona clerici defuncti, si ignoratur an habuerit bona patrimonialia, præsumuntur acquisita de bonis ecclesiæ si habet beneficium, nisi contrarium probetur.*
43 *Actor non tenetur probare intentionem suam, vbi pro ipso præsumitur.*
44 *Hæres clerici & beneficiati tuendus est in possessione mobilium, vbi dubitatur an habuerit bona patrimonialia.*
45 *Bona clerici defuncti præsumuntur de bonis ecclesiæ, si certum est non habuisse patrimonium, vel aliunde quæsisse.*
46 *Hæres clerici tenetur resarcire damnum Ecclesiæ, quod passa est ex administratione*

stratione illius.
47 *Clericus vel Episcopus testari non potest de Iocalibus & alijs ornamentis ecclesię, Modica tamen mobilia donare potest, etiam in infirmitate constitutus.*
48 *Clericus testari potest de fructibus beneficiorum vbi est consuetudo.*
49 *Clericus non habens administrationem beneficij, non præsumitur acquisisse de bonis ecclesiæ nisi contrarium probetur.*
50 *Clericus qui aliquid lucratur ex missis de illo testari potest.*
51 *Pecunia legata clerico pro missis dicendis, ipsi non acquiritur quando contemplatione ecclesiæ legata est.*
52 *Rectores hospitalium, nec in uita, nec in morte donare possunt.*
53 *Clericus de bonis ecclesiæ testari non potest.*
54 *Clericus non beneficiatus, vel coniugatus testari potest.*
55 *Clericus filius familias testari potest.*
56 *Clerico ab intestato decedente, succedunt uenientes ab intestato in bonis de quibus testari potest.*
57 *Ecclesia succedit clerico non habenti hæredes ab intestato.*
58 *Clericus vel Episcopus in vita donare poßunt, dummodo non excedant in donando.*
59 *Donatio à clerico facta suæ concubinæ valet.*
60 *Clericus vel Episcopus in infirmitate donare non possunt.*
61 *Regula Cancellariæ quòd resignatio in infirmitate facta non teneat declaratur.*
62 *Licentia testandi concessa Cardinali, intelligitur vt disponat in pias causas & vsus, & in benemeritos.*
63 *Monachus testis esse potest in testamento.*
64 *Monacha codicillari potest, quod non placet.*
65 *Testamentum factum ante ingressum monasterij, in quo extraneus hæres institutus est, an rumpatur per religionis ingressum.*
66 *Testamentum in quo filius institutus est, per ingressum monasterij non rumpitur.*
67 *Monachus an possit mutare testamentũ post ingressum, inultę sunt opiniones.*
68 *Monachus an possit maioratum instituere distinguntur tria tempora.*
69 *Monachus maioratum instituere potest antequam ingrediatur monasterium.*
70 *Maioratus institutio reuocatur, quando ingrediens qui instituit, expreßè in monasterium bona contulit.*
71 *Maioratus ex cõtractu irreuocabili institutus, non reuocatur per ingressum monasterij secus si est reuocabilis.*
72 *Nouitius maioratum potest instituere.*

mona-

73 *Monachus professus an possit instituere primogeninm latè distinguitur.*
74 *Legitima de iure regio Hispaniarum sunt omnia bona paterna, excepta quinta parte.*
75 *Pater potest grauare filios in tertia parte bonorum deducta quinta parte, & aliquem ex ipsis meliorare.*
76 *Monachus maioratum potest instituere in tertia parte bonorum, deducta quinta.*
77 *Monachus non potest ex quinta parte maioratum instituere.*
78 *Monachus non potest maioratum instituere de legitima filios tangente, etiam accedente regio assensu, sed contrarium tenemus.*
79 *Non dominus quare testari non potest.*
80 *Non dominus quo casu testari possit.*

CAPVT PRIMVM.

SVPEREST ergo vt pro huius materię cõplemento videamus an monachus testari possit; pro cuius quæstionis faciliori resolutione regulã cũ suis fallentijs constituamus.

1 Regulare est igitur monachum testari nullo pacto posse, quod primo in hac authen. probatur, & in cap. quia ingredientibus cum seq. in §. è contra Paul. 19. quęst. 3. & in cap. 2. de testam. facit l. 17. tit. 1. part. 6. & l. 11. for. tit. 6. lib. 3. quod expressè receptum est hic & in cap. in prędentia de probatio. in d. cap. 2. de testam. cap. si qua mulier 19. quæst. 3. in c. nulli dubium 12. quæst. 5. per Napod. in consuet. si quis vel si qua num. 256. Nauarr. in tract. de regular. com. 2. num. 43. & 44. Io. Friburg. in sum. confes. tit. de test. quęst. 101. lib. 2. cuius quidem
2 dispositionis tres assignantur rationes, † Prima quod proprium habere non potest cap. nolo & cap. non dicatis 12. quęst. 1. & cap. cum ad monasterium de stat. mona. idq; in declaratione verbi SE
3 latius declarauimus: † Secunda quòd nec velle habet neq; nolle ca. quorundam & cap. si religiosus de electio. lib. 6. & diximus in d. verb. SE. Tertia est quia dicitur seruus cap. multos 54. distinctio. cui ęquiparari monachũ in prędudijs ad verbũ SVA latè diximus.
4 Qua de re nec etiam causa mortis donare aut legare posse monachum

nachum, ẽt de licentia Abbatis affirmant Præpos. in d. c. nulli dubium 12. in quæst. 5. num. 20. in fine, & hic Pet. col. 9. in fine Bart. num. 66. qui limitat in casu quo Abbas & capitulum consentirent mobilia, & modica alienare: immobilia autem nec Abbatẽ, nec totum collegium permittere posse alienare. l. Iubemus & Authen. hoc Ius porrectum supra hoc tit. nam qui alienare prohibetur, nec etiã alienationi cõsentire valet, vt ibi Bart. quod sequitur, & ꝓbat Roderi. Suarez alleg. 20. nu. 27. Imo nec testari posset de licentia Abbatis, vt voluere præter alios Phili. Fran. in rub. de testam. nu. 65. & Nauar. loco cita. nu. 44. nec etiam ipse Abbas testari potest, vt proximè citati doctores asserunt, cùm appellatione monachorũ veniat Abbas, vt superius latè probauimus in præfationibus ad verbum S V A

5 Amplia 2. vt nec disponere valeat in pias causas secundũ Bart. in l. 1. vers. 3. quæro hoc tit. nostro Phil. Fran. in rub. de testam. lib. 6. num. 74.

6 Amplia 3. vt nec ratione consuetudinis possit testari, cùm hęc consuetudo quo ad monachos non teneat, vt inquit Bal. hic num. 5. & sequitur Philip. Francus in d. rubr. de testam. num. 74. Iason. hic num. 8. & Dec. num 11.

Verùm Nauar. Canonistarum nostrę tempestatis princeps loco cita. dicit non valere rationem Bal. quia si verum est Sum. Pont. licentiam testandi concedere, idq; receptum, & communiter idem videtur affirmandum fieri posse per consuetudinem, saltim immemorialem, quod fieri potest per priuilegium hominis arg. l. hoc in re. §. ductus aquæ de aqua quoti. & æsti. acquisibile per prędscriptionem, est acquisibile per priuilegium, vnde restringit hanc ampliationem ad causam, quo Papa iustè concedere licentiam testandi nõ posset; & rectè quidem.

Amplia 4. ad omnes religiosos siue monachos, siue conuersos, siue Prælatos Religionum, vt per Nauarrum d. tract. reg. com. 2. num. 44.

7 Quintò amplia etiam, ad milites Religiosos, qui de bonis, saltim post professionem quæsitis testari non possunt: in his enim nũquã habuerũt, nec habent dominium, etiam si aliqua Sum. Pont. dispensatione vterentur, quibus derogatũ esse voluit per mot. proprium † Pij V. in anno 1565. V. Idus Septembris (quem ibi inserit) Nauarrus loco citato, per quem omnes gratiæ, licentiæ, & facultates testandi reuocãtur. Verùm in hoc duo aduertẽda puto, Pri-

mũ Religionis ſtatuta, ſecundũ vt plurimũ à Sũmo Pont. fuiſſe cõfirmata illorum priuilegia, prout vſu receptum videmus in omnibus his militibus, præterquam in illis qui vulgo Melitenſes nuncupantur.

9 Limita primò in eo qui habet filios, qui etiam monachus factus, inter illos bona diuidere poteſt, dummodo tantundem monaſterio relinquat: ſi autem filijs legitimam vult prẹſtare, reliquum monaſterio competit, ſi vero non diſpoſuerit, legitima filijs ſalua, ad monaſterium quod ſupereſt pertinebit, vt per Iuſtinianum eſt diſpoſitum in authen. ſi qua mulier in hoc tit. & in authen. nunc autẽ infra de Epiſ. & cleri. Quam Imperatoris diſpoſitionem recepit in ſuis decretis Gratia. in c. ſi qua mulier 19. quæſt. 3. & communiter ſcriben. hic & in authen. ſi qua mulier; quam poteſtatem diſponendi, non teſtamentum, ſed diſpoſitionem vocarunt ſpecul. tit. de ſta. monachorum num. 58. Gloſ. Cin. num. 4. Bart. Bal. num. 24. & alij in d. authen. ſi qua & Nauarr. in d. tracta. de regularibus com. 2. num. 45. In iſto igitur caſu tenetur legitimam integram abſq; aliqua diminutione filijs aſsignare, vt per d. authen. ſi qua & .l. 17. part. ſupra allega. affirmat Moli de primog. Hiſp. lib. 2. cap. 9. nu. 58. Io. Fribur. in ſum. confeſſ. tit. de teſt. quẹſt. 101. lib. 2. verùm & ſi dicta authen. loquatur de filijs tantùm, ſitq; communiter receptum, quòd ſi parentes habeat, illos inſtituere, aut legitimam ſaltim relinquere, non teneatur, ex vi dictæ diſpoſitionis, quæ nõ eſt extendenda: in qua opinione fuit Azo. de quo meminit Glos. in d. authen. ſi qua in ver. liberos, & Glos in d. c. ſi qua mulier, frequentiori tamen calamo, vt æquior recepta fuit contraria ſententia, vt ſcilicet parentibus legitimam præſtare teneatur, vt teſtatur doctiſsimus vir Gregorius Lop. in .l. 17. tit. 1. part. 5. ver. *deſçendieſſen*, non adducto Odoffre. in d. authen. ſi qua mulier qui idem voluit, & approbat Nauar. loco cita. num. 46.

10 Cuius quidẽ poteſtatis virtute non ſolùm inſtituere, † verum ẽt ſubſtituere filijs poſſe affirmauit Bal. in .l. humanitatis n. 44. C. de
11 impub. & alijs ſubſtitu. Imo ẽt cõprehẽdit filios legitimatos, †cũ legitimatus ſit verè filius, quãuis nõ ſit legitimè natus c. tãta vbi ſcribẽtes qui Fil. ſint legitimi Bart. in .l. ſi is qui pro ẽptore de vſucap. 15. col. quod tribus medijs confirmat Iaſon in d. authen. ſi qua num. 42. & ſequen. Primò quòd lex permittens aliquid patri inter
12 liberos, vt in hac authen. pmittit ẽt in filijs legitimatis † 2. quia legitimatus ſuus hæres dicitur, & habet iura ſuorũ, vt dicit elegãter Bal.

13 Bal. in .l. eã quã col. 1. C. de fidei. & demũ 3. † quia legitimatus prẹteritus in teſtamento, habet ius contra tabulas dicendi, & nullum, e ſtamentum affirmandi, & querulandi ſecundum Rom. in conſ. 34. voluit Nauar. loco cita. num. 47.

14 Fallit tamen in filijs naturalibus & ſpurijs ſecundum Bal. in d. authen. ſi qua nu. 34. ſed contrarium puto verius in filijs naturalibus; † iſti namq; patri ſuccedũt in duabus vncijs, authen. licet C. de nat. lib. Imo filijs legitimis extantibus poſſunt inſtitui in vncia .l. 2. cum authen. C. de natur. lib. deficientibus legitimis poteſt naturalem filium hæredem inſtituere, vt in d. authen. licet, quod latè proſequitur Couar. in Epito. de ſponſal. c. 8. §. 4. num. 9. 10. 11. & ſequen. & hoc poſtea approbatum reperi per Nauar. loco cita. nu. 47. qui eo maximè ſeruandum dicit in ijs locis, vbi ex conſuetudine deficientibus legitimis ſuccedunt naturales.

15 Secundò principaliter limito non procedere in nouitiò, nam etſi monachali ſit indutus habitu, monachus tamen verè non dicitur, vt per Sum. Pont. in c. ſtatuimus de regula. quod receperunt Inno. in c. 2. de teſta. & inibi ſcribentes omnes Hoſt. in ſum. de teſtam. §. 1. verbo quis poſsit facere teſtamentum verſ. idem puto, Boich. in c. fin. de pecu. cleri. Abb. in c. in preſentia n. 49. Lap. alleg. 25. n. 3. vbi addent. d. num. litera E, & Moli. in lib. 4. de primog. Hiſpa. c. 9. num. 39. Alber. in diction. ver. teſtamentum 1. Phil. Fran. in d. Rub. de teſtam. num. 66. verſ. 2. limita: qui mouentur per diſpoſitiones c. religioſo .§. fin. de ſent. excom, lib. 6. & c. beneficium de regul. eod. lib. c. indemnitatibus in fine de electio. eodem lib. & .§. ſi quis autem verſi. illud quoque in authen. de mona. quæ locũ habent, etiam in mendicantibus, ſiue ipſi ſint in communi bonorum capaces, ſiue ſint Minores, qui habere non poſſunt vt in clem. exiui .§. nos autem & .§. cum vero de verb. ſignifica. quod etiã poſt Bart. & Bal. in authen. ſi qua mulier Phili. Fran. in Rub. de teſta. nu. 67. voluit Nauarrus loco cita. num. 49. qui poſtea optimè reſpondit nu. 51. in fine non obſt. cap. 16. ſeſſ. 25. de reg. conci. Trid. vbi tãtùm videtur adempta poteſtas diſponendi inter viuos, non autem teſtandi ex ratione vt ibi.

16 Ex hoc caſu voluerunt Bart. in d. authen. ſi qua mulier num. 7. Abb. in c. in præſentia num. 49. ibi & Berous nu. 502. & 504. † monachum poſſe teſtari abſq; ſolennitatibus requiſitis, ideoq; priuilegium militibus ad hoc conceſſum, ad monachos extendi in. §. illud in authen. ſi qua mulier & .l. prima .ff. de milit. teſtam. Imo.

17 regulare eſt † priuilegia conceſſa militibus armatę militiæ extendi ad illos, qui ſunt inermis militiæ iuxta Gloſ. in .l. miles .ff. de re iudi. & per ſcribentes omnes in .l. centurio de vulg. & pupil. quod aliàs diximus in .l. fin. de conſtit. Prin. in 2. parte cap. 3. nu. 89.

Aduerſus quam opinionẽ audacter inſurgunt Sali. in d.authen.ſi qua num. 6.Dec. in d.c. in præſentia de probatio.n.236.& Nauarr. in d. l. de regul. commen.2. num.52. & hanc puto veriorem,ſi quidem iura quibus illi mouentur hoc non dicunt, ſed dũ per illa verba mouẽtur, *Quòd vti poteſt bonis ſuis quomodo voluerit antequam ingrediatur*, dicit Dec. num. 238. quòd illa verba intelliguntur, vt diſponat ſecundum ordinem iuris &c. .l. ſi quando C. de inoff. teſtamento,imo obſtat diuerſitatis ratio;nam imperitia militum fuit cauſa vt eis hoc priuilegium concederetur, quæ in monachis conſiderari minimè poteſt, prout ex̃ d.l.1. & .l. quamquam de milit. teſtam. colligi poteſt, & pro confirmatione huius opinionis conſi-
18 derabat Nauar. loco cita. † facultatem teſtandi non excludere ſo-
19 lennitatem iure neceſſariam per.l. 1. huius tit. & amplius † æquiparationem de monacho ad militem ineptam eſſe, tum quia ſi cõſideramus tempus quo dicitur miles,tunc eſſe videtur, cùm factus eſt monachus, & illo tempore non poteſt teſtari vt in alleg.iuribus, & huius cõtrariũ dicimus in milite armatę militię, tũ etiã quia nihil prodeſt, quod quidam aſſerunt eum qui de proximis accingendus eſt haberi pro milite .l. penult.ff. de milit. teſta. quia ſi de proximo profeſſurus haberetur pro monacho, teſtari non poſſet, vnde contrarium eſſet d.§.illud. Qua de re concludendum eſt eum teſtari debere iuris ſolennitatibus ſeruatis; ſed iſto caſu nõ iuris ciuilis,ſed Pontificij ſolennitates ſeruare tenetur iuxta c.relatum de teſtam. & dicit Bero. in c. in præſentia num. 507. & Præpoſ. in cap. nulli dubium 12.quæſt. 5.num. 15.

20 Hæc ergo quæ de ſolennitate diximus, etiam aduerſus clericos ſeculares affirmamus, quia ad ipſos etiam extendunt hanc diſpo-
21 ſitionem relati pro contraria opinione ſcribentes,† licet in Cardinalibus ex Bal. dicat priuilegium militum fore ſeruandum Gregorius Lop.in.l.49.tit.5.part.5.quia militare dicuntur in ſacro Principis Conciſtorio, quod tamen non admitterem, niſi propter excellẽtiam dignitatis Cardinalitiæ, ex quo æquiparantur præfecto Prætorio, vt Gloſ. voluit in.l. 1.ff.de off. Præf. Præto. & ibi ſcribentes Regibus dicunt æquiparari. Quapropter Socci.in l.centurio de vulg. & pupill. col. 2. dubitabat ſatis de quodam dicto Bal. quod poſſet

poſſet † Cardinalis pro parte decedere teſtatus, & pro parte inteſtatus, vt in d.l. 49. refert Greg. Lop.

Hic autẽ nouitius & ſi teſtari non prohibeatur, † eius tamen hæreditas donec profiteatur in pendenti eſſe dicitur, imo etiam poſt profeſsionem vt voluit D. Vinc. de Fran. in deciſ, 14. in fine poſt Io. Crot. in.§. & quod ſi tantum in 2. concluſ. num.29.

22 Tertiò principaliter ceſſat hæc regula in Heremita, vel alio religioſo qui non profitetur tria ſubſtantialia ſolenniter, vt deciſum eſt in alleg. c. per latum.§.contra Paulus 19. quæſt.3.exemplo Pauli primi heremitæ, qui collobium Anaſtaſio Epiſcopo Alexandrino reliquit, & tunicam B. Antonio;ita etiam affirmant Alberi. in dictionario verb. teſtamentum primo, Turrecrem. nu.21. & Præpoſ. num. 22. in c. nulli dubium 12. quæſt. 5. Io. Friburg. in ſum. confeſ. tit. de teſta. quæſt. 102. lib. 2.

23 Quartò principaliter non procedit in oblatis, qui ſi aliquid poſt oblationem acquiſiuerunt, vel reſeruarunt, vt ſuprà in proximo ver. ſua, in quæſt. de oblatis diximus, teſtari de illis poſſunt, ita Pet. de Bellapert. in hac authen. col.7. verſ. ſed pone & Bart.n.12. & Caſt. num.16. Præpoſi. in c, nulli dubium num. 21. 12. quæſt. 5. ex c. vltimo eiuſdem quæſt.& can. quid ſecundum cùm loquitur de quibuſdam monialibus, quæ proprio non renuntiarunt & ſunt canonicæ, potius quã monachæ. Et eſt ratio,quia talis religioſus nõ abdicat à ſe proprium, cùm illud retinere poſsit ſecundum Card. in Clemen. Religioſi num.30. de deci. quod intelligendum eſt in merè oblatis, ſecus in conuerſis profeſsis, de quibus ſupra citata quæſtione diximus Nauar. in dicto com. 2. de regul. nu. 45.

24 Quintò limito ſi de licentia sum. Pontif. teſtamentum faceret, prout Angelicus D. Thom. docuit in 2. 2. quæſt. 185. art.8.in reſp. ad tertium Bal. in .l. fin. num. 31.C. vnde legi. & vnde cogni. Iaſon hic num. 11. & Dec. num. 12. Addiri.ad Butrig. hic verſ. 3. limita. Camera in c. Imperialem fol. mihi 62. col. 4. littera V. Greg.Lop. in .l. 51. tit. 6 part.prima ver. [*Que los ganen con. derecho*] Quicquid in contrarium ſentire videantur Præpoſ. in d. c. nulli dubium 12. quæſt. 5. num. 4. & Moli. de primog. Hiſp. lib. 2. c.9.num. 67. loquens de Inſtitutione primogenij. Verùm nec aduerſantur iſti ſi eorum dicta perpendantur, ſecundum quæ dico intelligendam eſſe ſupradictam ſententiam, quòd ſcilicet in pias cauſas licentia valeat: non vt hæredem ſibi faciat extraneum, ac in vſus particulares conuertat,quia bona dicata Deo ſunt,quorum legitimus adminiſtra-

niſtrator debet eſſe Sum.Pontif. ſed de hoc latius ſupra dixi in verbo dedicant Deo, cùm de poteſt diſponendi egimus. Verùm D. Thom. ſimpliciter loquitur, qui tamen dicit eum non dici poſſe ex proprio teſtamentũ facere, qui ex licẽtia Sum. Pontif.facit, ſed Apoſtolica auctoritate intelligitur eſſe ampliata poteſtas, vt eius diſpoſitio poſt mortem valeat.

25 Qua concluſione ſic ſtante voluit Iaſ. hic num. 11. † ſuperueniẽtem licentiam poſt teſtamentum factum idem operari. Hinc etiam dixit, quod in ſpecie deciderũt Socci. conſ. 89. lib. 2. Iob. conſ. 59. n. 8. & 11. authen. niſi rogati num. 23. C. ad Trebellia non ſolùm te-
26 ſtari poſſe, verum etiam ex † hac licentia excludere ſubſtitutum vel fideicommiſſarium per tex in .l. qui res .§. aream. ff. de ſolut.

In hoc tamen articulo Nauar. loco cit. num. 57. duo tractat diffusè, alterũ an Sum. Pontif. licentiam præſtare poſsit teſtandi, alterum verò an alius inferior à Papa id faciat. Qua in re quoad pri-
27 mum articulum, tenet † Sum. Pontif. poſſe, nec ex huiuſmodi licẽtia dici eum eximere monachum à monachatu. Nam ſicut illo viuẽte poteſt licentiam concedere aliquorum bonorum fructum retinẽdi, de illiſq; diſponendi in pios vſus: ita etiam & in mortis articulo facere poteſt, niſi fuerit ordi. minorum per Clem. exiui .§. proinde & .§. verum de verb. ſignifi. Quo ad ſecundum verò conſtanter affirmat † alium quàm Papam hanc licentiam concedere non poſſe, etiam de rebus monaſterij cum conſenſu prælati & capituli, etiã de illis quę inter viuos poterat diſpẽſare in pios vſus; ſed poſſet cõpelli ad implendum teſtamentum qui hãc facultatem teſtandi incapaci conceſsit, videtur enim ipſe mandaſſe, & ſic ſe obligaſſe ad faciendũ ea, quæ ille vt ſui mandati exequutor facit per. l. qui petitur .ff. mand. & .l. ſi & me & Titium de reb. credi. & quòad hoc ſucceſsiuo ordine quatuor religioſorum ſpecies ipſe diſtinguit.

28 Nam quidam ſunt beneficiarij, alij ſimplices religioſi, qui in cõuentibus perfectę cõmunitatis reſident, nec ullum propriũ habẽt. Tertij ſunt qui beneficia non habent, ſed nec imperfecta communitate viuunt, & cum ſuperiorum licentia quandam habent quantitatem panis, vini, olei, & cęterarum rerum victui ſuo neceſſariarum, ita vt ſi eis deſit aliquid, aliunde quærant, & quod ſupereſt ſuis vſibus ſeruent. Quarti verò ſunt qui cum licentia Sum. Pontif. & alia ſufficienti cauſa extra clauſtra degunt, & aluntur bonis quæ ex induſtria ſua, labore ant eleemoſinis quærũt, quorum nihil reddunt monaſterijs, nec ab idſis quidquam recipiunt.

De Pri-

De primis, ideſt beneficiarijs, vt ſunt milites, & alij qui ea forma viuunt, dicit Nauar. Papam ſolitum eſſe facultatem teſtandi illis concedere, Nam ea non ſolum monaſterio non nocet, verùm etiã prodeſt: illi enim hac ſpe freti parcius viuẽdo multa acquirũt, quæ poſtea morientibus illis ab inteſtato, monaſterij commodis applicantur.

Secundis dicit non eſſe ſolitum Sum. Pontif. hanc facultatem cõcedere; non quòd eos proprietarios faceret: ſed quia nunquam in vita habuerunt rem aliquam de qua poſſent diſponere, ita etiam nec decet, vt in morte habeant, licet ipſe idem optima ratione aſſerat, ſolitos eſſe Prælatos in vita, & Sum. Pontif. in morte illis religioſis qui ex ſua induſtria, vel ſucceſsione parẽtũ magnas adepti ſunt opes, diſponendi de aliqua parte facultatem cõcedere, in amicorum aut conſaguineorum ſuffragium, pauperum tamen, ad eorũ ſolatium, & aliorum exemplum.

Tertię religioſorum ſpeciei Sum. Pontif. concedere ſolet; & in hac ſunt fratres conuentualiter viuentes, quia illud non eſt aliud, quàm bonorum adminiſtrationem prorogare, & quemadmodum habent eam in vita per ſuperiorum licentiam, expreſſam, vel tacitam, ita etiam in morte.

Quartis etiam facilius hanc ſolet facultatem cõcedere; nam etſi eorum bona ſint Eccleſię quòad proprietatẽ & poſſeſsionẽ, vt per hãc authen. probatur, tamen ea quæ tertij habent quærũt ex bonis monaſterij cui ſubsũt, parcius viuẽdo, ex alijs bonis & alijs modis, cui addo quòd tertij ſi quęrãt ex prędicationibus & cõfeſsionibus, vt iſti patres cõuentuales, ęquiparãdi sũt iſtis quartis, & hęc prosũt ad exonerandam conſciantiam iſtorum fratrum conuentualium.

29 Verùm hic opportunè quęrendum eſſet † an huiuſmodi teſtãdi licentia conceſſa, intelligatur de primo teſtamento argumento .l. boues. §. hoc ſermone de verbo ſignifi. vel ad vltimum protrahatur; & pro negatiua parte conſuluit Curt. Iun. conſ. 178. in fine, & Dec. conſ. 512. in cauſa Reuerendiſsimi Cardi. Grimaldi, & in hanc partem inclinare videtur Camer. in c. Imperialem fol. 63. col. 2.
30 litera G. dum loquens in vaſſallo, diſtinguit † aſſenſum vt diſpenſationem accipi, quando licentia datur inſtituendi hęredem naturalem contra cap. naturales ſi de feud. fue. controuer. † & vt gratiã,
31 quando facultas teſtandi de feudo vaſſallo conceditur. Vnde in hac facultate conceſſa vaſſallo, voluit extendi ad vltimum teſtamentũ; ex quo id deduco eius mentem fuiſſe, vt quando perſona inhabilis

habili-

habilitatur, ſtricta ſit facienda interpretatio,quando verò habilis perſona habilitatur ad rem prohibitam ſit gratia ; & propterea litera L, ſubdit ipſe, quòd iſte aſſenſus præſtatur habili. Sic ergo in præſenti caſu concludamus, ex quo perſona aliàs inhabilis, & impotens habilitatur ad teſtandum,de primo teſtamento eſſe intelligendum, & pro hac opi. poſtea reperi conſilium Socci. 89. nu. 29. qui voluit in clerico facultatẽ teſtandi, intelligi de primo, quia dicitur gratia, licet in clerico videatur hæc opi. contraria opin.Camerarij, quia clericus regulariter teſtari poteſt. Sed reſpondetur quia de bonis beneficialibus teſtari non poteſt, quam opinionem in monacho admittimus, non in clerico vt diximus, imo ipſe voluit quod nec poſsit codicillari num. 31. Quicquid tamen ſit, durũ mihi videtur, vt dum Sum. Pontif. habilitauit monachum, vel alium ad teſtandum,voluerit eius coharetare voluntatem quæ deambulatoria eſt vſq; ad mortem, imo ex vi definitionis teſtamenti hoc poteſt decidi ; & in hanc ſententiam conſultus à me deſcendit peritiſsimus,omniumq; virtutũ genere ornatiſsimus, magnæq; expectationis iuuenis D. Diomedes Carrafa Illuſtriſsimi Marchionis Anzij filius.

32 Sextò limito in eo qui effectus eſt Epiſcopus, prout voluit Hoſt. in c. 1. de teſtam. Bal. in additio. ad ſpecula.tit. de ſta. mona. verſ. cui quęritur, & Iaſon num. 13. licet contrarium poſtea teneat nu. 14. qui dicunt ex præeminentia dignitatis, & ex admininiſtratione quam habet id ei permiſſum,ſed contrarium eſt verius authoritate D. Thom. 2. 2. quæſt. 185. art. vltimo in reſp. ad tertium, dicit enim eos per accidens ab obedientia ſolutos, at proprium retinere minimè poſſe; non enim (inquit) paternam hæreditatẽ vẽdicant, tanquam ſuam, ſed quaſi Eccleſiæ debitam. Cuius ſententiam ſequuti ſunt Turrecrem. num. 22. & Prępoſ. num. 23. in cap. nulli dubiũ 12. q. 5. Alberi in dictio. ver. teſtamentũ primo Immo etiam de bonis intuitu perſonæ quæſitis, vt docet Henri. Boich. in c.fin.de pecul. cleri. num. 10. & pro hoc eſt opi. Io. Gloſat. in c.quia ſua Gloſ. pr. 12 quæſt. pr. Gloſ. penult. in c. 1. de teſta. Anchara.in c. cum olim el 2. nu. 8. de priuileg. & poſt Io. And. & Imol. in c. pr. de teſta. tenet idem Phili. Fran. in Rub. eius tit. lib. 6. num. 75. Ioan Fribur. in Rub. de teſtam. quæſt. 103. lib. 2.

33 Amplia iſtam limitationem etiam ſi eſſet effectus Cardinalis,ita poſt Bal.in authen. licentiam C. de Epiſ.& cleri. num.3.tenet Phili. Fran. loco cita. num. 76, quicquid in contrarium dicant Bal. & Angel.in

gel. in.l.ſi quis mihi bona.§. ſeruus.ff. de acquir.hæred. eadem ratione quia à voto non abſoluitur, vt ſuperius diximus in ver. ſua, in quæſt. de tranſitu de vna ad aliam religionem.

34 Amplia 2. ad Sum. Pontif. qui ſi fuerit monachus,non poteſt teſtari ſecundum adducta per Phili. Fran. in d. rub.de teſtam. nu.76. cuius contrarium teneo propter excellentiam, & ſublimitatem dignitatis : non tamen quòd de rebus Eccleſiæ teſtari poſsit, ſed de bon. poſtea vel intuitu perſonę, vel ex patrimonio,aut alia ſucceſsione quæſitis.

35 Septimò limita ſi aliquid reſeruauit, quia de illo teſtari poteſt, Nauar. in d. com. 2. de regul.num. 45. quod mihi difficilimum videtur ex dictis ſupra in ver. ſua, in propria quæſt.de pacto.

Quæ omnia intelligenda ſunt de monachis,qui in communi poſſidere poſſunt, vt latè per Phili. Fran. in d. rub. de teſtam. nu. 65, & Bal. in.l.humanitatis num. 44.C. de Imp.& alijs ſubſtitu.Nauar. loco cita. num.50.quod intelligitur ſecundum Concil. Trid. diſpoſitionem ſeſſ. 25.c.3.vbi omnes mendicantes habilitantur ad proprium,pręter minores obſeruantes & Cappuccinos,& clericos Soc. Ieſu iuxta ſtatuta eorum,in domibus profeſſorum tantùm, ſecus in collegijs.

36 Octauò limita in clerico Epiſcopo ,& Cardinali ſeculari,prout ſcribentes communiter approbant tam in d. c. nulli dubium 12. q. 5. quam in c. 1.& 2. de teſta.& in cap. 1.de peculio clericorum,quorum dicta vt clariora uideantur, breuiter diſtinguo plures caſus, confundens perſonas Epiſcopi, & clerici, quia quæcunq; de vno, hæc de alio quoq; per doct. dicuntur.

37 Primus ergo caſus eſt in † rebus patrimonialibus,de qui bus ſiue ſint ante beneficium quæſitæ, ſiue pòſt,clariſsimum eſt teſtari poſſe c. 1. de teſta. c. ſint manifeſtę 12. q. 1. & c. placuit & c. quicunq; 12. quæſt. 3. authen. licentiam infra de Epiſ. & cleri. c. nulli dubiũ 12. q. 5. vbi Præpoſ. Card. Turrecrem. & cęteri ſcribentes Phili. Fran. in rub. de teſtam. nu.55. Io. Fribur. in ſum. confeſſ. tit de rap. cleri. quæſt. 12. lib. 2. Tobias conſ. 59. num. 2. qui etiam vo-
38 luit † hæredem tuendum in poſſeſsione, & hoc quando certum eſt habuiſſe patrimonium, & de quantitate habetur certa notitia ; & in Epiſcopo quòd poſsit extraneum hæredem inſtituere Viglialo
39 lib. com. opi. ver. Epiſcopus num. 143. † Præſumuntur tamen omnia quæ apud ipſum reperiuntur tempore mortis, de bonis Eccleſiæ quæſita Viglialo d. loco num. ſeq. com. dicit ex Couar. qui aic

relinquendum esse iudicis arbitrio.

40 Secundus casus est in bonis quæsitis intuitu personæ, de quibus nihilominus testari potest c. fin. in fine 12. quæst. 5. & c. quicunq; in quęst. 3. Card. Turrecrem. in c. nulli dubium num. 2. facit .l. 4. tit. 22. par. 1. Io. Fribur. in sum. confess. rub. de rapt. cleri. quæst. 12. lib. 2.

41 Tertius casus est in bonis vel patrimonialibus, vel quæ aliàs ex successione ad eum peruenerunt, aut intuitu personæ. Et dubium est, vel ignoratur qualitas, & hoc casu distinguit optimè Henri. Boich in d. c. si quis sine, de pecul. cleri. n. 7. Phili. Fran. d. rub. de testam. num. 55. aut sumus in clerico quondam seruo, & tunc de bonis eius quatuor partes fient. c. 2. de succes. ab intest. aut de clerico semper libero, & tunc fient partes viriles inter parētes, seu consanguineos, & Ecclesiam cap. pr. 12. quæst. 4. secundum Bernar. & Host. in c. 2. de succes. ab intest.

42 Quartus casus est quando est dubiū an habuerit bona patrimonialia, vel ex alia successione; & tunc si habet Ecclesiam, vt præsupponimus, semper pro ipsa pręsumitur, nisi contrarium probetur c. 1. de pecul. cleri. cum concord. in Glos. sic ergo probatio semper incumbet hæredibus beneficiati, siue sint in possessione, siue non c. 1. de testam. & Henri. Boich. in d.c. si quis sine num. 8. de pec. cleri. per authen. de Eccl. tit. §. interdicimus ubi id firmat Glos. & in authen. licentiam de Epis. & cler. & resp. ad. l. fin. infra. de rei
43 vendi. per quam actor debet probare intentionem suam, † quia locum habet vbi non est præsumptum pro actore: nam eo casu succū-
44 bit reus, nisi actor probet, & hæc de immobilibus. † In mobilibus verò modicis, si reperiatur in possessione hæres, tuendus erit secundum not. per Host. in c. 1. de succes. ab intest. contrarium tenet Henri. Boich. in d.c. si quis sine num. 8. per §. interdicimus in authen. de Eccl. titu. quia semper pro Ecclesia præsumitur, & hoc tutius dicit esse, maximè si non fecit inuentarium.

45 Quintus casus est quando certum est quòd non habuit patrimonium, nec alia bona ex alia successione, & tunc præsumitur pro Ecclesia, quia in certis non egemus coniecturis. l. continuus. §. cū ita de verb. oblig. & ita affirmat Boich. in principio d. nu. 8.

Et quòd diximus clericum beneficiatum de bonis patrimonia-
46 libus testari posse, intellige † vt teneatur hæres de bonis prædictis, resarcire damnum quod Ecclesia passa est ex sua administratione, vt dixerunt Præpos. num. 1. Turrecrem. num. 2. in d.c. nulli dubiū, & Boich.

& Boich. in d. c. si quis sine num. 1. sic etiam si de proprio expenderit in vtilitatem Ecclesiæ, tenetur ipsa reficere, & si ipsa fuerit creditrix fiet debita compensatio c. lator 2. quæst. 7. & Præpos. & alij loco cita. Io. Fribur. loco cit.

47 Sextus casus est in libris, ornamentis, & Iocalibns Ecclesiæ, de quibus nec testari, nec aliàs in vita disponere potest c. nō liceat 12. quæst. 2. Præpos. num. 2. Turrecrem. num. 9. in d. c. nulli dubium.

Septimus casus est in rebus mobilibus suis modicis, etiam quādo constat aliunde non habuisse, & etiam si sit infirmus. Et hoc casu permittitur illi modica dispensatio, non enim idem est testari & dispensare, potest enim de illis eleemosinam facere, sic ergo inter famulos suos ilia diuidere per c. ad hæc de testam. & voluerunt Præpos. num. 5. & Cardi. Turrecrem. num. 10. in cap. nulli dubiū 12. quæst. 5. Phil. Fran. Rub. de test. num. 55. & ratio est quia testatorem oportet esse dominum rerum, de quibus facit testamentum. §. sed aliud vers. contra ibi de proprijs rebus 13. quęst. 2. sed in dispē satore non est necessaria hęc qualitas.

48 Octauus casus est quòd de consuetudine possunt testari de fructibus beneficiorum, quę consuetudo valet secundum Archidia. in ca. testamento 12. quę. 5. Io. Andr. in reg. nemo plus potest, quos sequitur Præpos. in d. c. nulli dubium num. 6. intelligens & optimè de fructibus iam perceptis, secus de percipiendis, & ratio est; nam fructus percepti pertinent ad capitulum ipsius Ecclesię, & sic de illis potest ordinare: sed percipiendi ad successorem pertinent, qui non debet suis stipendijs militare cap. præcarie 10. quæst. 2. licet postea subdat ipse, quòd valet etiam hęc consuetudo, quòd possit de fructibus percipiendis in primo anno disponere, quia successori, qui est persona particularis, magis nocet, quàm Ecclesiæ. Et quòd de fructibus perceptis diximus, tenet Card. Turrecrem. ibi nu. 14. Phili. Fran. in rub. de test. num. 55. licet Archidia. in fine d. cap. testamenta contrarium tenere videatur.

49 Nonus casus est in clerico qui non habet administrationem beneficij, sed tantùm simplex beneficium. Et isto casu nō est pręsumptio pro ecclesia arg. cap. requisisti §. illud de test. quod tamen fallit, quando probatur quòd nihil habens fuit promotus ad beneficiū simplex, nec probatur quod aliunde quæsiuerit, tunc enim pro ecclesia iudicabitur Boich. in d. cap. si quis sine, de pec. cleri. D. Rot. decis. 41. num. 4. de probatio. in antiquis.

50 Decimus casus est in eo qui non habet beneficium, sed aliquid

lueratur ex miſsis, vel quia fuit cappellanus principis; & iſto caſu nulli dubium eſt poſſe teſtari ſecundum Abb. & Imol. in cap. cũ in officijs de teſtam. & in cap. cum eſſes num. 19. eod. tit. Turrecrem. in d. cap. nulli dubium num. 16. Bero. in cap. in præſentia num. 64. diſtinguit tamen Card. Turrecrem. an habuerit reſpectũ ad eccleſiam, ideoq; Abb. in d. cap. cum in officijs, quem ſequitur
51 Præpoſ. in d. cap. nulli dubium. num. 20. dicit † quòd ſi legata fuit pecunia pro miſsis dicẽdis, & habuit reſpectum ad eccleſiam, ita vt illi ſacerdoti non reliquiſſet, niſi quia erat preſbiter parrochialis, non poterit de illa pecunia teſtari: ſi autem nulla qualitas ſuggerit eccleſiam fuiſſe contemplatam, ſed pia tantũ officia, poterit teſtari.

Verùm intelligo quod Præpoſ. dicit de legato, quando vel annuum eſſet, vel magna pecuniæ quantitas, quæ reperiretur tempore quo teſtatur, & non eſſet adimpletum legatum, ſecus ſi modica eſſet & in alios vſus conſumpta, per ea quę ſupra diximus de modicis in ſeptimo caſu.

52 Vndecimus caſus eſt in rectoribus hoſpitalium, qui donare nec in vita poſſunt, nec in morte diſponere, nec de fructibus, aut à ſolo ſeparatis aut pendentibus, vt per clem. quia contingit de relig. dom. affirmant Boich. in d. cap. ſi quis ſine num. 3. & Card. Turrecrem. in cap. nulli dubium num. 7.

53 Duodecimus caſus eſt de bonis eccleſię † de quibus regulariter teſtari non poſſunt cap. 1. & cap. quia nos & cap. relatum de teſtam. Archidia. in cap. teſtamentum 12. quæſt. 5. & item ſi ſint quęſita intuitu eccleſiæ, puta ex ſucceſsionibus extranearum perſonarum, quo caſu in dubio præſumuntur quęſita de bonis eccleſiæ ca. requiſiſti de teſtam. Fallit quando tantundem ipſe dedit eccleſię; iſto enim caſu teſtari poteſt, ita per cap. ſi Epiſcopus 12. quęſt. 5. tenet Phili. Fran. in d. rub. de teſtam. num. 54. Io. Fribur. in ſum. confeſſ. tit. de rap. cleri. quęſt. 12. lib. 2. in quo vide omnes & alios ſupra numeratos caſus Socci. conſ. 89, num. 2. lib. 1. fallit de illis qui eſſent neceſſarij ad eius victum, & ipſe parcè viuendo reſeruaſſet ſecundum Tobiam conſ. 59. num. 1. & 6.

54 Decimus tertius caſus eſt in clericis non beneficiatis, vt coniugatis, & alijs; & iſti pro libito poſſunt diſponere, & teſtari in vita, & morte ſicut ceteri laici .c. nos quidem & cap. quia nos, primo reſponſo cum ibi alleg. de teſtam.

Alios plures caſus ponit Phili. Fran. d. rub. de teſtam. num. 55. cum

cum pluri. ſeq. prudẽtiſsimus tamen Põtifex Sixtus, vt conſcientiæ conſuleret clericorum, eorumq; hæredes à pecatorum periculis, & litium laboribus eriperet, omnibus huius Regni clericis facultatem conceſsit teſtandi, dummodo certam pecuniæ quantitatem ſingulis annis ſoluerent, prout melius cum Reuerendiſsimo Nuntio conuenirent.

55 Et quòd diximus clericum teſtari poſſe, † intellige etiam ſi patriæ poteſtati ſit ſubditus, vt in authen. de ſanctiſſ. Epiſ. §. preſbiteros Præpoſ. & Turrecrem. num. 3. in d. cap. nulli dubium, Dec. in .l. ſenium infra qui teſt. fac. poſs. num. 14. & hanc dicit eſſe cautelam Bartolom. Cepol. in caut. 113. incip. filius familias, & hęc intelligit additiona. ad Dec. in d. l. ſenium, locum habere in bonis quæſitis ratione clericatus per doctri. Bart. in .l. ſacroſanctę infra de Epiſ. & cleri. quæ eſſet magna limitatio, & notabilis

56 Et hæc de teſtamentis dixiſſe ſufficiat, † verùm ſi clericus ab inteſtato decedit, ſuccedunt venientes ab inteſtato, in bonis de quibus teſtari poteſt cap. ſint manifeſte 12. quęſt. 1. cap. quia nos ca. relatum de teſtam. Boich. in d. cap. ſi quis ſane de pecul. cleri. & Cardi. Turrecrem. in d. cap. nulli nu. 4. & habetur in .l. 4. tit. 22.
57 part. 1. † ſi vero hæredes non habet, ab inteſtato ſuccedit eccleſia .l. ſi quis præsbiter C. de Epiſ. & cler. cap. 1. in fine de ſucc. ab inteſt. Præpoſ. nu. 2. & Turrecrem. num. 5. in d. cap. nulli dubium Boich. in d. cap. ſi quis ſine num. 1.

58 Et ne aliquid dictum relinquatur, non omitto clericum ſeculare & Epiſcopum donare poſſe in vita ſua, etiam de fructibus beneficiorum quæ percipit, dummodo non excedat in donando ſecundum Hoſt. in ſum. de dona. §. & quid, vbi dicit ex generali conſuetudine prælatos in vita, & ſui compotes pecuniam, fructus, ac res ſe mouentes & mobiles pro libito voluntatis donare, reprehendi tamen poſſe ſi nimis excederent, nec excuſaret eos conſuetudo vt dicit Archidia. quem ſequitur Præpoſ. in d. cap. nulli dubium 12. quæſt. 5. Tob. conſ. 59. num. 13. ſunt enim in vita vſufructuarij, vt inquit Boich. loco cita. num. 5. & per D. de Rot. deciſ. 41. nu. 2. de probatio. in antiquis & commu. teſtatur Viglialo. lib. com. op. ver. clericus num. 136. quapropter in ſacro Conſ. teſte
59 Capicio deciſ. 102. † fuit deciſum donationem factam à clerico ſuę concubinæ valere.

60 In infirmitate tamen donare nõ poſſunt ob fraudis ſuſpicionem vt per tex. in .l. filiæ meæ ſol. mat. tenent ibi doctores, & pro hoc

eſt

est † reg. Cancellarię quam Feli. in cap. in præsentia num. 51. allegat esse 33. sed est 18. per quam statuitur inualidam esse resignationem, factã à beneficiato de beneficio, dum in infirmitate esset, de qua moritur infra 30. dies.

Et vltimò aduerte notabi. doctri. Card. Alexan. Præpos. Bonon. in d. cap. nulli dubium 12. quæst. 5. num. 14. post longam disputa-
92 tionem,† quòd sum. Pont. licet possit concedere facultatem testandi Cardinali, de bonis intuitu Cardinalatus quęsitis, illa non debet intelligi, vt disponat pręterquàm in pias causas, & vsus, & si habet instituere, necessitatos & benemeritos instituat, quæ sunt multùm notanda pro istis licentijs quæ passim dantur in cur. Romana, & quòd possit licentiam concedere com. dicit Viglialo. lib. com. op. litera C. num. 141.

63 Licet autem monachus testari non possit, tamen † vt testis potest adhiberi authen. de mona. §. cogitandum Bal. hic num. 11. Anan. in cap. & si Christus num. 7. de iure iuran Napod. in cõsuet. huius ciuitatis si quis vel si qua nu. 252.

64 Item noto ex doctoribus vnum dictũ mihi non cõsonans, quòd licet monacha testari non possit, codicillari tamen potest Glos. in d. authen. si qua mulier & Bart. in .l. 2. ff. de leg. 1.

Cùm ergo actum sit monachum testamentum cõdere non posse, & quo casu possit, remanet videndum, an testamentũ prius factum rumpatur per ingressum, & secundò an illud post ingressum mutare possit.

Et quò ad primum reperio multas opiniones, quas refert & disputat Ant. Butr. in cap. in præsentia de probatio. num. 31. ideoq; solum referre contentus ero, & inde veritatem elicere.

65 Primò igitur est in hac quæstione videndum, an † testamentum in quo extraneus hęres institutus est, nulla monasterij facta mentione, rumpatur. In quo prima est opinio Io. Glosatoris, vt testamentum rumpatur, si monasterium in vno saltim denario institutum non est in cap. si qua 19. quæst. 3. Nam si institutus est in vno denario, aget ad supplementum iuxta tex. in .l. sancimus §. repletionem .C. de inoff. testam. quam sequitur Pet. col. 3. Cin. in authen. si qua mulier, & Napod. in consuetud. si quis vel si qua nu. 256. & hæc opi. de mente Anto. est contra §. illud in authen. de mona. vbi liberè disponere permittitur; & quòd necessarium sit instituì monasterium tenet Couar. in cap. 1. de testam. num. 3.

Secunda opi. est quòd indistinctè rumpatur, siue reliquerit monaste-

nasterio, vel ne, tanquam capite minuatur .l. amissione .§. fin. cum .l. sequen. ff. de capi. diminutio. & hanc dicit com. esse Imol. in .l. 1. num. 11. de testam. & Duran. in arte testari. lib. 3. caut. 9.

Tertia est opi. quòd testamentum non rumpatur, sed capiat monasterium legitimam per tex. in authen. si qua, & cap. si qua 19. quæst. 3. & hanc tenent Inno. num. 7. Host. num. 11. & alij in d. c. in præsentia de probatio.

Quarta quòd ingressu confirmetur, ex quo proprio mortuo reputatur, & hæc fuit Iaco. Bel. & sic non reuocetur, & hãc ex Dec. cons. 31. com. dicit Couar. in cap. 2. de testa. & Viglialo. ver. monachus num. 175. & hanc dicit veriorem Angel. in sum. ver. religiosus num. 55. licet ęquiorem iudicet opinionem Antonij Butrij: & huius sententiæ fuit Nauarr. loc. cita. num. 51.

Quinta est opi. Iaco. Arenę in authen. si qua mulier, dicentis testamentum non rumpi, sed confirmari ingressu, verùm bona ad monasterium viuente monacho testatore transferri, & deinde ad hæredes institutos post mortem naturalem; & si morerentur ante mortem naturalem testatoris, tunc monasterium succederet .l. ex facto. §. & facto ad Trebelli. l. statius dorus .ff. de iure fisci .l. sed si mors de dona. inter vir. & vxo. & hãc ex specu. q. 50. & Bal. in eius addi. post Roder. Suar. alleg. 20. num. 7. com. dicit Viglialo. lib. com. opi. ver. monachus num. 175. qui num. 76. subdit quòd nec etiam habebit institutus bona, si testator profiteatur in monasterio minorũ ex Roder. Suarez qui dicit com. post Bart. Bal. Imol. & alios in .l. cum pater .§. hęreditatem .ff. de lega. 2. Viglialo. d. ver. monachus num. 176.

Sextà est opinio Iaco. Butrig. quem sequitur Odoffre. in d. authen. si qua mulier, quòd aut testamentum fit simpliciter, non cogitans de ingressu, & tunc rumpitur, quia hic est actus inter viuos, per quem tacitè, vel expressè reuocatur testamentum: si vero cogitauit de ingressu, fecit testamẽtum, & reliquit legitimam, tenet, & bona in vita trãsferuntur in monasterium, iure collationis, non successionis, quia viuenti non succeditur.

Bart. vero in d. authen. si qua indistinctè affirmat testamentum valere, si de ingressu cogitauit; Imperator enim in d. §. illud liberam tribuit testandi licentiã, Bart. sequuntur Bald. nu. 8. & Paul. Cast. num. 4. in d. authen. si qua mulier Imol. num. 22. Dec. num. 242. in cap. in præsentia, & hanc Bart. opi. frequentiori calculo receptam testatur ex Couar. in d. cap. 2. de testa. num. 5. Viglialo.

lib.

lib. com. opi. ver. monachus num. 175. qui omnes vno ore affirmant testamentum confirmari, si ingrediatur ordinem minorum, atq; ita testatur Abb. in cap. in præsentia num. 50. quo casu tenet hæreditatem ad successorem fore deferendam, cùm iste verè habeatur pro mortuo.

Mihi tamen ex supradictis placet opinio Iacobi Are. quæ quintum locum sibi vendicat; nulla enim forti ratione suadetur testamentum professione infringi. Vnde per hanc decidimus aliam q. quòd hęres non statim capiat hæreditatem, sed mortem expectet naturalem iuxta prędictã doctri. Iacob. Are. per .l. sed & si mors .ff. de don. int. vir. & vxo. & .l. res C. eod. tit. & ita tenent Bart. in d. authen. si qua num. 9. & 10. Anto. But. in cap. in prędentia nu. 58. & ibi Dec. num. 295. & alij relati à Couar. in d. cap. 2. de testa. num. 6. qui eam sequitur, & dicit esse communem Angel. in sum. ver. religiosus num. 55. Nauar. loco cita. num. 54.

66 Si verò inter liberos testatus est, illoſq; vel ascendentes instituit, testamentum non rumpitur, ita in authen. si qua Cin. & Bart. nu. 2. & 3. Sali. num. 6. & cęteri allegati scriben. ac Napod. in consuetud. Neap. consuet. si quis vel si qua num. 256.

67 Quo ad secundum principale caput an possit mutare testamentum, plures etiam sunt opiniones.

Primâ est opinio quòd possit mutare testamẽtũ, dũmodo inter liberos disponat, vel fauore monasterij, non autem extranei secundum Bal. in d. authen. si qua num. 17. & eum sequitur Greg. Lop. in .l. 17. tit. 1. part. 6. verbo *puede partir*. licet Bal. num. 18. & seq. distinguat per 7. combinationes acutissimè de more, huius opi. & Dec. num. 265. in cap. in præsentia.

Secunda est opinio Bart. in d. authen. num. 10. distinguentis, quòd si ingreditur ordinem minorum, mutare non potest, secus si alium capacem ingrediatur arg. l. res vxoris infra de dona. inter vir. & vxo. vbi licet ad vitam reuocare donationem marito, aqua & igni interdicto, & cõfirmatur per .l. sed & si mors .ſ. 1. ff. de don. int. vir. & vxo. & hanc sequitur Anto. But. in cap. in præsentia num. 34.

Tertia est Cin. in d. authen. num. 5. qui tenet eum mutare non posse, & hæc placet, quam probant Dec. hic num. 13. Socci. in .l. Gallus .ſ. & quid si tantum de lib. & posthum num. 2. communem dicit Viglialo. lib. com. op. ver. religiosus num. 31. & Nauar. loco cita. num. 53. & hanc sequimur nisi post testamentum liberos suscepis-

sscepisset, quo casu posset mutare; nam per superuenientiam liberorum rumpitur testamentum.

Quarta est opi. Iasonis in hac authen. num. 17. affirmantis effectum Episcopum mutare posse testamentum antea factum, à quo dissentio per doctrinam D. Thom. 2.2. quæst. 185. art. vltimo ad tertium supra relatam.

68 Ex his quæ dicta sunt, infertur ad quæstionem an monachus possit maioratum instituere, in qua Moli. accuratissimus doctor ex nostratibus distinguit tres casus.

Aut Primogenium instituit antequam ingrederetur.

Aut post ingressum, sed ante professionem.

Aut post professionem.

69 Primo casu valet institutio, siue in contractu, siue in testamento facta, cùm liberè de bonis possit ipse disponere, authen. de mon. ſ: illud autem Moli. lib. 2. cap. 9. num. 39. sed dubium est an reuocetur; ideoq; reiecta distinctione Bart. in authen. si qua mulier,

70 quę est, aut cogitabat de ingressu, aut non, † tenet, quòd aut expressè contulit bona, & censetur reuocatum testamentum, & sic primogenium: aut tacitè ex vi professionis, & iuris, & non reuocatur. Colligitur hæc distin. ex Anto. in cap. in præsentia & Abb. num. 52. Dec. num. 261. & Bero. num. 521. Iul. Clar. lib. 3. ſ. testamentum quæst. 28. vers. sed retenta, Moli. ibi num. 45. & 46. & hoc casu neq; aliqua pars ad monasterium pertinet Bero. nu. 519. quem sequitur Moli. num. 41. ibi.

71 Si verò primogenium ex contractu institutum est num. 51. distinguit, aut est irreuocabile, & non reuocatur non obst. l. si vnquã; si verò ad nutum est reuocabile, idem quod in testamento.

72 Secundo casu quando ante professionem instituitur primogenium, dic vt supra ead. quæst. non dicitur enim ingressus, qui monasterium ingressus non fecit professionem; multos allegat Moli. num. 54. cap. 9. lib. 2.

73 Tertio casu post factam professionem, si non habet descendentes, nec ascendentes non potest per hanc authen.

Si vero habet, distinguit Moli. aut vult instituere primogenium de tertia parte, aut de quinta, aut ex legitima filiorum, prędente

74 regio assensu. Et hoc casu permittendum est † legitimam de iure regio Hispaniarum, de quo sunt introducta primogenia, esse omnia bona paterna, excepta tamen quinta parte, de qua in pias

75 causas, & vsus suos pater disponere potest l. Item potest grauare

filios in tertia parte bonorum, & aliquem ex ipsis meliorare, vt habetur in legibus fori .l. 9. tit. 15. lib. 3. cum .l. 17. & plurib. seq. vsq; ad .l. 30. Tauri. & illa tertia pars intelligitur, deducta quinta parte, vt docet expresse Ant. Gom. in d. l. 17. num. 2.

Secundò præmittamus ex vi d. authen. si qua, teneri patrē absq; diminutione legitimam filio relinquere, Item & tertiò omne quod supereſt teneri monasterio relinquere, vel tantundem quantum alijs relinquit.

Quibus cognitis dicendum est in primo casu, monachum suam tantùm partem posse monasterio relinquere, ex quo infert Moli. n.
76 60 posse tertiam † partem vni ex filijs relinquere, nec illos conqueri posse, cùm illa tertia pars respectu illorum legitima non sit ex .l. 27. Tauri.

Qua de re merito Moli. d. loco nu. 57 in fine reprehendit Greg. Lop. in .l. 17. tit. 1. par. 6. ver. [*vno dellos*] dicentem non posse melioratione tertij inter filios facere, quia esset lædere monasterium, cui non possit pater ex melioratione aliud tertium assignare.

77 In secundo casu tenet & bene Moli. num. 60. non posse ex quinta parte primogenium instituere, cùm id in preiudicium monasterij vergeret, neque posset facere relinquendo tantam portionem monasterio, quia esset tollere à legitima filij, quod nullo iure illi permittitur. imo illa deducta licet monasterio relinquere quod vult.

78 In tertio casu dicit nec regia facultate accedente posse, quoniam illa expirauit per ingressum monasterij, nam habetur pro mortuo, vt superius probauimus: cuius contrarium puto verius per rationem, quam ipsemet assignat. Nam si pater potest primogenium instituere ex tertia bonorum, ex legis facultate, similiter potest ex ui ex concessione Principis. Imo ego addo, quòd hæc concessio non est facultas testandi, sed facultas adimendi à legitima, & sic est in casu valido quo potest testari; ergo & hic, nam ex dispensatione legis videtur habilitatus.

Vltimò pro complemento huius repetitionis, quia hic dicitur non dominum testari non posse, cum qua dispositione concordat
79 etiam .l. conficiuntur .§. si post .ff. de iure codicill. † cuius decisionis fundamentalis causa est priuatio dominij; nam qui nulla bona in Ciuitate reliquit, hæredem habere non potest. Quam aduersus dispositionem affertur .l. cum alienam infra de leg. in .§. si res aliena & .§. si cui fundus cum seq. institu. de leg. quibus iuribus cautum

tum est rem alienam legari posse, & ex legato actionem competere legatario aduersus hæredem. Quapropter ob cōtrarietates euitandas Bart. nu. 63. & Bal. num. 7. hic distinguunt, & eam sequuntur distinctionem scribentes in d. l. cùm alienam ex alleg. per Rom. in .l. quanquam num. 2. infra qui testam. fac. poss. & in d. l. conficiūtur .§. si post factam num. 3.

Quando non est dominus per abnegationem dominij, vt quia
80 nec est, nec esse potest, & tunc testari non potest, † secus si non per abnegationem, sed per facti contingentiam, vt quia pauper, vel aliàs rei illius dominium non habet, nam testari potest alleg. iuribus & sic hæredem instituere, quia hæredis institutio consistit sine vllo corpore, quia habet intellectum iuris .l. hæreditas in prin. ff. de peti. hęredita.

Et sic finen huic authen. imposui pridie idus Augusti 1589. Mōtis fuscoli in prouincia Principatus vltra, vbi eram Regius Auditor, cùm per plures annos, sed paulatim, prout tempus supererat, huic repetitioni insudassem, ad laudem & gloriam sanctissimæ Trinitatis, gloriosissimæ Mariæ Virginis, & sanctorum Francisci, Dominici, Thomæ Aquinatis, & Ianuarij meorum patronorum. Quorum auxilio hæc ad finem optatum perduxi, & imprimenda curaui dū esse Auditor in Prouincijs Principatus citra, & Basilicatæ. Quæ oīa, & me ipsum sub correctione sanctæ Romane Ecclesiæ submitto, pro cuius defensione sanguinem fundere sum paratus; & propterea corrigo hic errorem † impressoris in rub. de constitu. Principum cap. 4. num. 30. fol. 60 dum ibi legitur posse Principē supprimere iurisdictionem Ecclesiarum, quia debuit scribere vniuersitatum, prout allegati à me doctores asserunt. Et quòd ibi subditur posse contra Ecclesias Principem statuere, intelligo in casu de quo loquitur Capicius, quòd possit Princeps assignare Iudicem quem vult in causis ecclesiasticis. Et ita profiteor ego Carolus Tapia I. V. D. minimus.

FINIS.

AD LECTOREM.

QVAE hoc in opere impreſſoris incuria errata candide lector inuenies corrigere nolui, ſed tuæ eruditioni corrigenda commiſi. Id tamen animaduertas uolui ſub Verbo Ipſo Ingreſſu, Verbum Se comprehendi, quod tria continet capita, Obedientiæ ſcilicet, Paupertatis, Caſtitatis. Item etiam In Verbo Monaſteria duo capita ſub numero 43. contineri, quorũ alterum 44. locum obtinere debebat.

INDEX RERVM OMNIVM MEMORABILIVM QVAE HOC IN OPERE CONTINENTVR.

A

ABBAS in receptione monachi tenetur ſolùm requirere conſenſum capituli, non autem ſequi. ver. ingreſſi cap. 5. num. 5. pagina 37

Abbas ſecundi monaſterij ad quod monachus tranſiuit, tenetur perquirere cauſam à Prælato primi monaſterii, cur ſine licentia monachus tranſiuit. ver. ing. cap. 9. n. 65. 91

Abbas eſt proxima cauſa acquiſitionis ibi cap. 13. num. 10. 130

Abbas hæreditatem monacho delatam monaſterii nomine poteſt adire. ver. ipſo ingreſſu cap. un. num. 84. 321

Item & repudiare num. 98. 322

Abbas non poteſt diſpenſare ut monachus habeat proprium. ver. ſe cap. 3. num. 35. 356

Abbas poteſt concedere monacho certam ſummam pro veſtimentis. ibi. cap. 3. num. 58. fol. 356. & adminiſtrationem certarum poſſeſſionum. ibi. num. 37.

Abbas nõ peccat permittendo monachũ habere propriũ ibi. num. 69. 361

Abbas in iure quærendo poteſt monaſterio præiudicare. ver. ſua cap. 11. num. 21. 446

Abbas poteſt monaſterium obligare pro neceſſitatibus monaſterij. ver. ſua cap. 18. num. 5. 505

Abbas & prælati monaſteriorum multa ſuis vſibus deputata habent, & voto paupertatis non contraueniunt. ver. ſe cap. 3. num. 48. 357

Actor non tenetur probare intentionem ſuam, vbi pro ipſo præſumitur. ver. ideoq; Cap. un. n. 43. 530

Actori incedit onus probandi ſi de ætate profeſſi dubitetur. ver. ingreſſ- cap. ſi

ſi cap. 6. n. 3. 41
Actibus profeſſorum ſe immiſcere nouitius quando dicatur ver. ing. cap. 2. n. 31. & ſequenti. 26
Aequiparatio de milite ad monachum in materia teſtamenti inepta eſt vide in ver. Ideoq; cap. un. num. 19. 529
Albertus Auſtriacus Cardinalis laudatur. ver. monaſteria cap. 14. num. 8. 187
Alcantarienſium militum ordo quo tempore cœpit, & quomodo ver. monaſt. cap. 51. n. 1. & ſequenti. 285
Alexãder Perettus Cardinalis cõmẽdatur. ver. monaſt. c. 14. n. 5 187
Alexander Maſtrillus laudatur. uer. monaſt. cap. 34. n. 7. 245
Alienatio rerum perſonam ſequitur. uer. ſua cap. 5. n. 3. 386
Alienatio plura circa hanc materiam uide in uer. prohibitio.
Alienatio prohibita fauore familiæ differt à prohibitione alienationis, ut maneãt in hęreditate pro cõſeruatione familiæ. uer. ſua cap. 12. n. 17. 453
Alienatio prohibita ad certas perſonas, illas non eggreditur. ibi. n. 18. 453
Alienatio prohibita à Iudice impedit tranſlationem dominij. ibi. n. 28. 455
Alienare prohibitus non prohibetur hæredem ab inteſtato ſuccedentem inſtituere. ibi. n. 2. Nec filiam nuptam etiam ſi prohibitus ſit alienare extra familiam. ibi. num. 3. 451
Alimenta legari poſſunt monaſterio pro monacho alimentando. uer. ing. cap. 1. n. 7. 6
Alimenta quæ debentur filio nolenti cum patre commorari ex conſuetudine Ciuitatis Neap. debentur etiam ipſi monaſterium ingreſſo. uer. ſua cap. 4. n. 11. 384
Alfonſus Geſualdus Cardinalis laudatur. uer. monaſt. cap. 14. n. 5. 187
Ambrogianorum ordinis inſtitutio. ibi. cap. 28. n. 1. 239
Amicus amicum magni diligit, ſi per illum alteri ſeruiet, quàm ſi amico. ver. ingreſſi cap. 9. n. 15. 81
Annus integer tunc patri reuocanti filium à religione eſt dandus, cum uſq; ad 14. annum tantum temporis ſupereſt; ſecus ſi minoris. ibi. cap. 6. n. 38. 51
Annus probationis debet peofeſſionem pręcedere, quo finito debet eijci vel recipi ingreſſus. ver. ing. cap. 4. n. 1. & 7. fallit in clericis ſocietatis Ieſu. ibi. n. 8. 32
Annus probationis poteſt conſtitui ex interpellatis temporibus, ſed nos contra. ibi. n. 9. 33
Annibal à Capua Archiepiſcopus Neapol. commendatur. ver. monaſt. cap. 14. n. 9. 188

Anto-

Antonius Calpa congregationis oratorij laudatur. ibi. cap. v. n. 3. 180
Antonius Liſius ſocietatis Ieſu commendatur. ibi. cap. 10. n. 27. 179
Apoſtoli pueros ad religionem Chriſtianam recipi inſtituerunt. ver. ing. cap. 6. n. 43. 52
Apoſtoli fuerunt religionum inſtitutores. ver. monaſt. cap. 1. n. 13. 151
Apoſtoli profeſſi ſunt tria ſubſtantialia. ibi n. 17. 153
Apoſtolinorum ordinis inſtitutio. ibi. cap, 30. n. 1. 240
Appellatione nepotum ueniunt pronepotes. uer. ſua. cap. 12. n. 10. 452
Appellatione liberorum ueniunt deſcendentes. ibi. n. v. 452
Appellatione Eccleſiæ parrochialis non uenit collegiata. uer. ſua. cap. 1. n. 14. 365
Aepellatione monachorum uenit Abbas. ibi. n. 13. 365. Item conuerſi veniunt. ibi. n. 16. 365
Appellatione monachorum ueniunt moniales in materia fauorabili. ibi n. 15. 365
Arctitudo vitę ſolùm conſideratur in tranſitu de vna religione ad aliam, ſecundum Canoniſtas, ſed contrarium affirmant Theologi. ver. ingreſſi cap. 9. n. 18. & 19. 82
Arctitudo vitæ tunc in tranſitu de una religione ad aliam conſideratur, quãdo in eis eſt idem finis, & cætera paria. ibi. n. 34. 85
Argentum, & aurum magis comedijs agendis, quàm humano victui neceſſaria dicebat Socrates. ver. ſe cap. 3. nu. 17. 352
Argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale tenet. uer. ingreſſi cap. 1. n. 45. 15
Argumentum de Emphiteuſi ad feudũ valet. ver. ſua. cap. 15. n. 2. 495
Aſcanius Columna Cardinalis laudatur. uer. ingr. cap. 9. n. 45. 87. & uer. monaſt; cap. 14. n. 5. 187
Aſſenſus præſtitus uaſſallo ut inſtituat naturalem in uim diſpenſationis accipitur ver. ideoq; cap. u. n. 31. 528
Aſſenſus preſtitus vaſſallo teſtandi de feudo extenditur ad ultimum teſtamentum. ibi. n. 41.
Authenticorum tempore nulla erat profeſſionis, & nouitiatus diſtinctio, quod ita ſimpliciter non admittimus. ver. ingr. cap. 1. n. 52.

B

BEATVS Ioannes de Capiſtrano cauſa fuit victoriæ quam à Mauris Chriſtiani reportarunt in Vngaria. ver. ſua cap. 14. n. 10.
Beneficium eccleſiaſticum nõ vacat ante profeſſionẽ ver. ſua c. 2. n. 8. 368

Bene-

Benefacere nemo cogitur. ver. sua cap. 13. n. 16. 469
Bona aduentitia laicorum, in clericis sunt castrensia, uerbo sua cap. 4. n. 7. 382
Bona clerici defuncti, si ignoratur, uel dubitatur cuius qualitatis sunt, diuidentur secundum distinctionẽ positam. in uer. Ideoq; cap. v. n. 41, 530
Bona dicuntur esse in communi Religiosis, non ut singulis, sed ut uniuersis, ver. se cap. 3. n. 71. 362
Bona futura non ueniunt in simplici dedicatione uer. sua. cap. 10. n. 14. 431
Bona monachi translati à suo monasterio, ad Prioratum illi subditum, cui sint applicanda uide. ver. sua. cap. 6. n. 6. 395
Bona professi in genere generalissimo, acquiruntur Religioni quam profitendi habuit animum. ibi cap. 6. n. 2. 394
Bona professi in genere subalterno, toti Religioni acquirũtur. ibi. n. 3. 394
Bona professi in specie particulari, monasterio acquirũtur. ibi. n. 4. eod.
Bona prohibita alienari, per ingressum monasterij in illud transeunt. uer. sua cap. 12. n. 38. 457
Bona quæ reperiuntur apud clericum tempore mortis, præsumuntur acquisit[illegible]e bonis Ecclesiæ, ver. ideoq; cap. v. n. 39. 529
Bo[illegible]m retentio in communi, nihil de perfectione minuit, ver. ingressi cap. 11. n. 9. 104
Bonorum dedicatio per professionem, habet naturam contractus bonæfidei, ver. sua. cap. 11. n. 17. 445

C

Calatrauæ ordo, quo tempore in Hispania instituitur, & alia de hoc ordine uide in ver. monasteria. cap. 49. n. 1. & sequen. 279
Camaldulensium ordo a quo instituitur, & quãdo ibi. cap. 39. n. 1. & sequen. 256
Canonicorum Regularium ordo ab Apostolis institutus, à D. Augustino reformatur. ibi. cap. 2. nu. 1. & pluribus temporibus reformatur. ibi n. 2. Lateranenses quare nuncupentur, ibi. num. 3. omnes alios Religiosos præcedunt nu. 4. & alia ibi. uide in num. sequen. 157
Canonicorum D. Marci Mantuæ institutio. ibi. cap. 3. n. 1. 160
Canonicorum S. Georgij in Alga siue Azurrinorum origo, & institutio. ibi. cap. 4. nu. 1. & sequen. 161
Canonicorum S. Saluatoris ordinis origo, & alia uide ibi. cap. 27. nu. 1. & sequen. 236
Caput quia in Insulis quod reuocatum aliqui asserũt, ex consuetudine admittimus uer. Ingressi cap. 6. n. 14. pag. 43. fallit in Insulis in quibus non est dura congregatio. ibi. n. 15. 44
Cardinales in testãdo iuris regulis non arctãtur. ver. Ideoq; c. uni. n. 21. 524
Cardinalis decedere potest pro parte testatus, & pro parte intestatus ibi. num. 21. 524
Carolus Baldinus laudatur. uer. Monast. cap. 15. n. 7. 188
Carolus Gambacurta Marchio Celentiæ laudatur ibi. c. 25. n. 18. 232
Carolus Mastrillus Societatis Iesu laudatur. ibi. cap. 10. n. 24. 178
Carmelitarum originem, & alia de hac religione uide ibi. n. 1. & seq. 192
Carmelitæ primum templum beatæ Mariæ Virgini dicarunt. ibi. n. 3. ead.
Carthusiensium ordo à quo instituitur, & quomodo ibi. c. 41. n. 1. 265
Castitas figura est cælestis patriæ. uer. Ipso Ingressu c. 2. n. 5. pag. 344. hæc religiosis præcipitur & seculares ad illam hortantur ibi. nu. 7. pag. 344. sacerdotium honorat n. 10. 345
Castitatis commoda ibi. nu. 3. pag. 344. Fruitus illius nu. 4. p. ead. Gradus num. 6. ead.
Castitatis uotum præcipuum inter cætera existimarũt religionum fundatores ibi. num. 12. 344
Castitatem seruare sacerdotes pluribus ex causis debent ibi. n. 11. ead.
Causa in lege apposita finalis præsumitur. uer. Ingressi c. 6. n. 16. 44
Cautela quòd in dubio Episcopus præsumatur acquisisse de bonis Ecclesiæ. uer. Sua c. 6. nu. 88. 419
D. Cæsar Aualos laudatur. uer. monast. c. 50. n. 6. 285
Cæsar Baronius Congregationis oratorij de vrbe laudatur ibi. c. 11. n. 3. 180
Cistercientium ordo à quo, & quando instituitur, & multa alia de hoc ordine uide ibi. c. 42. n. 1. & seq. 268
Claudius Aquauiua Generalis Societatis Iesu laudatur ibi. c. 10. n. 26. 178
Clericus in minoribus ordinibus constitutus succedit in feudo uer. sua c. 14. nu. 22. pa. 488. fallit si habitum non dimittat. nu. 23. ead.
Clericus non admittitur ad successionem feudi ibi. n. 21 487
Clericus succedit in feudo si ante delatum sibi feudum laicatur ibi. n. 25. pa. 489. dummodo hoc faciat ante motam sibi quæstionem de feudo ibi. num. 26. ead.
Clericus qui efficitur animo non renunciandi feudo non excluditur à successione feudi ibi. n. 29. uel quando agnati fecerunt illum ordinari ibi. nu. 30. ead.
Clericus effectus Episcopus uel Cardinalis testari potest uer. ideoq; c. un. num. 36. 529
Clericus de bonis patrimonialibus testari potest ibi. n. 37. fol. 519. Item de bonis

bonis acquisitis intuitu suæ personæ n.50.ac etiam de fructibus beneficiorum ubi est consuetudo ibi. n.59. Necnon si aliquid lucratur è missis 61
Clericus uel Episcopus testari non possunt de iocalibus, & alijs ornamentis Ecclesiæ ibi.n.57. Nec de bonis Ecclesiæ ib.n. 47. 531
Clericus non beneficiatus, uel coniugatus testari potest. uer. ideoq; cap.un. num. 54 532
*Clericus uel Episcopus modica mobilia in infirmitate donare possunt, etiam in infirmitate constituti ibi.n.*47. 531
*Clericus filius fam. testari potest ibi.n.*55 533
Clericus non habens administrationem beneficij, non præsumitur acquisisse de bonis ecclesiæ, nisi probetur ibi. n. 49. 531
*Clericus vel Episcopus in vita donare possunt, dummodo non excedant in donando ibi. n.*58.*p.* 533. *in infirmitate tamen non possunt ibi.* 72.*quod declaratur nu.* 73.*& seq.* 537
*Clericus sacramenta ministrans magis meretur,quàm monachus uer.ing.c.*9 *num.* 11. 80
*Clerico cui delatum est feudum,statuendum est tempus ad deliberandum an uelit succedere in feudo, uel ne ver. sua c.*14.*n* 28. 489
Clerico ab intestato succedenti,succedunt uenientes ab intestato uer. ideoq; cap. un. num. 68. 537
*Clerici eleemosinari sunt Dei uer. ipso ingressu cap.*3.*n.*12 352
*Clerici Orientales uxores ducere possunt ibi.c.*2 *n.*3 345
*Clerici seculares habẽt propriũ,et testari possunt uer.monast.c.*15.*n.*2. 186
Clerici seculares cum solenitatibus iuris testari debent uer.ideoq; cap, un. nu. 18. 524
Clerici seculares qui sacramenta ministrant,perfectiores sunt singularibus uer. ingre. c. 9. nu 8. 79
*Clerici ad religiones transire possunt uer. ingr. c.*10. *nu.*8. *fol.* 97. *quod fallit nu.* 9. 97
*Clericorum boni Iesu Rauennæ,institutio & alia uer. monast. c.*5 *n.*2. 161
*Clericorum oblatorum Mediolani congregatio à quo instituitur uer. monast. cap.*12.*n.*1. *institutum nu.* 7. *oblatorum duo genera n.* 3. *prima congregationis domus nu.* 4. 182
Clericorum S. Hieronymi de urbe congregatio quo tẽpore cœpit ver.monast. cap 11. *nu.* 1. *institutum num.*2. *Author congregationis nu.* 3.*domorum ac religiosorum numerus num.* 6. 180
*Clericorum rugularium Societatis Iesu religio fuit necessaria uer. monasteria cap.*10.*nu.*1.*fundatoris nomen & cõuersio n.*2.*& alia multa n.seq.* 172
Clericorum regularium congregationis orphanorum origo, institutum, & Author ibi. c. 9. *n.* 2. 170
Clericorum regularium S. Pauli decollati origo & alia plurima ibi. cap. 8. *num.* 1. 167
*Clericorum regularium Theatinorum institutio & cætera ibi. c.*7.*n.*1. 163
Clericorum Hospitaliorum S. Spiritus de Saxia in Vrbe initium & alia ibi. cap. 6. *n.* 1. 262
*Clericorum Societatis Iesu institutum laudatur uer. ingressi c.*14.*n.*20. 146
*Clericorum secularium initium uer. monast. c.*15. *nu.* 1. 186
Conditio à testatore apposita, ut hæres ducat in uxorem incertam de certis, ualida est uer. monast. c. 13.*n.* 25. 471
Conditio in legato inserta ut quis monasteriũ ingrediatur, debet infra triennium adimpleri uer. ingr. cap. 1. *nu.* 3. 5
Conditio impossibilis non uitiat actum in ultimis uoluntatibus uer. ingr. cap. 14. *num.* 14. 141
Conditio in institutione adiecta, ut monasterium ingrediatur ualida est. ver sua cap. 13. *num.* 23. 471
*Conditiones contra substantiam matrimonij, annullant matrimonium uer. ingr. cap,*14. *num.* 17. 143.
Confirmatio Principis actum inualidum etiam ex certa scientia illum non ualidat, si tanquam ualidum confirmauit uer. ingr. c. 6.*n.*36 50
Coniuges non possunt religionem ingredi post matrimonium cõsumatũ absq; alterius consensu uer. ingr. cap. un. num. 5. 106
Coniugatus si profiteatur inuita uxore,remanet obligatus uoto simplici uer. ingressi cap. 6.*nu.* 22. 46
*Coniugatus potest sua, & se Ecclesiæ offerre uer. sua c.*10.*n.* 7. 429
Consensu Patris vel mariti in uoto filij, uel uxoris,Deo ius queritur ver. ingressi cap. 6. *num.* 34. 50
Constitutio dotis ab initio non est pura, sed conditionata si matrimonium sequatur ibi. cap. 1 *nu.* 47. 16
Continentia non est de substantia ordinis Diaconatus ibi.c. 14. *n.* 8. 138
Contractus à minore iuramento firmatus, validus est, licet aliqui contra ibi. cap. 6. *num.* 26. 48
*Contractus in Hispania fieri prohibentur cum iuramento ibi. num.*28. 48
Contractus bonæ fidei dolo celebratus, nullus est ibi. c. 13. *num.* 2. *p.* 126.
Contractus bonæ fidei non uitiantur in eo quod est contra dolosum uer. sua c. 11. *num.* 18. 445
Contraueniens uoto,superioris uoluntate, non dicitur contrauenire uoto uer. dedicant Deo .cap. un. num. 12. 512
Conuersus ad fidem potest aliam uxorẽ ducere, si cum prima commorari non

poteſt abſq; periculo ibi. 512
Cõuerſus nõ ſuccedit in feudo uer. ſua c. 10. n. 18. p. 431. & c. 14. n. 17. 486
Conuerſi ad religionem arctiorem tranſire poſſunt uer. ingr. c. 9. n. 18. 82
Conuerſi etiam profeſſi non habent uocẽ in capitulo. uer. ſua c. 10. n. 17. 431
Conuerſio pluribus modis fit uer. ſua c. 10. nu. 2. 428
Chriſtus Apoſtolis prędicationem impoſuit uer. ingre. c. 9. n. 4. 78
Chriſtus D. noſter tria religionis uota inſtituit, et Apoſtolis ſeruãda præfixit uer. monaſt. c. 1. n. un. p. 149. & proprio exemplo docuit n. 12. 150
Chriſtiani quo tẽpore ſegregatim uiuere cæperũt uer. monaſt. c. 1. n. 20. 154
Chriſtiani primitiuæ Eccleſię omnia uendebant, & pretium ad pedes Apoſtolorum afferebant ibi. c. 1. n. 15. p. 152. Nec erãt religioſis noſtri temporis diſſimiles nu. 19. 153
Chriſtianorum duo genera ibi. n. 21. 154
Cruciferorum ordinis initium, & alia notatu digna de hoc ordine ſummatim uide uer. mon. cap. 23. num. 1 & ſeq. 223

D

Dans, uel accipiens aliquid pro ingreſſu, uterq; peccat, niſi id non ex pacto faciat, uer. ingreſſi c. 13. n. 16. 131
Dare aliquid pro receptione iu monachum eſt prohibitum, quando ex pacto datur uer. ingr c. 1. num. 9. 6
Deceptus in leuibus profeſſionem irritare non poteſt ibi. c. 13. n. 17. 131
Dedicatio ſui ipſius, fit per trium uotorum emiſſionem uer. ipſo ingreſſu cap. 1. num. 1. 326
Delatio habitus profeſſorum ut profeſſionem inducat, quæ requirantur, ver. ingr. cap. 2. num. 27. & ſeq. 25
Deliberatio & propoſitum ſufficiunt ad perficiendum uotum religionis ſecundum canoniſtas: at D. Thom. & alij requirunt deliberttionem, propoſitum, & promiſſionem uer ingr. cap. 2. num. 24 14
Deliberatio qua quis obligatur Diabolo, non eſt ſufficiens ad uotum. niſi for malis ſit ver. ingr. cap. 12. n. 45. 124
Delinquens ſi ingrediatur monaſterium poſt delictum commiſſum, & in eo profitetur, non poteſt inde reuocari ut puniatur ibi. cap. 8. nu. 19. p. 72. imo etiam ſi non eſt profeſſus ſi antea religionem uouit n. 20. ſed hodie illorũ profeßic nulla eſt ex Sixti V. Pont. Maxi præcepto ibi. n. 21. ead.
De cuius Striuerius Societatis Ieſu laudatur uer. mon. c. 10. n. 28. p. 179. & uer. ipſo ingr. cap. un. num. 20. 312
Detruſus in monaſterium pròpter delictum quæ bona in illud transferat uer. ſua

ſua. cap. 9. n. 7. 426
Diaconus ſi cum proteſtatioue ordinetur uelle ſe vxorem ducere, remanet ordinatus, & pactum corruit. ver. Ing. cap. 14. n. 6. 138
Diogenes philoſophus paupertatem maximam ſeruauit. ver. ipſo ingreſſu cap. 3. n. 20. 353
Diſpenſatio voti ſolennis vnde procedat. ver. dedicant Deo cap. uni. nu. 15. 512
Diſpenſatio vt quis ad laxiorem religionem tranſire poſſit, à quo debeat concedi. uer. Ing. cap. 9. n. 82. 96
Diſpenſationes oſſeruantiam regularem diſſipant. ver. ipſo ingreſſu c. 3. n. 57. pag. 359. & circa proprij retentionem omnium malorum ſunt cauſa ibi. n. 58. ead.
Diſpenſationis cauſa debet eſſe neceſſitas aut vtilitas publica, uel priuata ibid. cap. 3. n. 51. pag. 358. Item debet eſſe grauis propter ſcandala n. 52.
Neceſſitate ceſſante nihil prodeſt ad excuſandum à peccato n. 53. ead.
Diſpoſitio. l. Gallus. §. quid ſi tantum non habet locum in caſu quo filius eſſet effectus Monachus ver. ſua. c. 3. num. 14. 375
Dolus bonus laudandus eſt. uer. ing. cap. 13. num. 4. 127
Dolus non omnis uitiat profeſſionem, ſed ille tantùm qui cadit in conſtantẽ uirum. ibi. n. 5. 128
Dolus ſupinus quis dicatur. ibi n. 6. ead.
Dolus quo blanditijs, & munuſculis ad religionem quis inducitur bonus dicitur. ibi. nu. 7. ead.
Dolus causã matrimonio non uitiat matrimonium, ſecus in profeſſione, & differentia. ibi. n. 13. 130
Dolus ſcilicet nocet cùm ille eſt cauſa acquiſitionis ibi. n. 9. 130
Dolus non uitiat profeſſionem cùm quis ad illam eſt inductus propter Deum ibi. n. 21. pag. 132. Item ſi facilius attractus è munuſculis, & verbis adulatorijs n. 22. vel ſi fuit dolo inductus ab alio quàm Abbate n. 23. ead.
Dolus in accidentalibus religionis non uitiat profeſſionem ſi quæ dicabantur uera non eſſe ſciebat. ibi. n. 19. ſi reſpiciat ſubſtantialia vitiat aliquibus concurrentibus ibi. n. 20.
Dolus in ſpiritualibus non vitiat, ſecus in temporalibus ver. ſua. cap. v. nu. 16. 445
Dolus totius monaſterij debet interuenire in Ingreſſu, vt bona iam dedicata reuocentur. ibi. n. 20. 446
Dolo inductus ad profeſſionem in dedicatione perſonæ cum Deo contrahit, ſed in dedicatione bonorũ cũ monachis cõtrahere dicitur ibi. n. 19. ead.

Doli capax, vel pubertati proximus quis dicatur. uer. Ingressi cap. 6. nu. 23. 47
D. Ioannes à Stunica maior Castellæ Cõmendatarius laudatur uer. mon. c. 35. nu. 8. 249
D. Ioa. à Stunica Comes Mirandæ, & Regni Prorex laudatur ibi. nu. 12. 250
Dominium ipso iure in monasterium quare transferatur cùm religionem quis profitetur. ver. ipso Ing. cap. un. nu. 2. & 6. fol. 307. & ibi. nu. 19. 511
Dominium in Ecclesiam transfertur in donatione, uenditione, & fidei commissis vniuersalibus. ibi n. 7. 508
Dominium in Ecclesiam non transfertur ubi donatur genus seu quantitas. ibi nu. 8. uel vbi Ecclesia ex parte sua non adimpleuit n. 9. vel si actus est gestus à procuratore Ecclesiæ num. 10. uel in quasi dominio n. 11. aut si expressè quis dedicat se, & sua n. 12. & in uoto alicui Ecclesiæ facto nu. 13. 509 & 510
Dominium licet ipso iure in aliquem transferatur: possessio tamen absq; traditione regulariter non transfertur. ibi. nu. 6. 508
Dominium rei prohibitæ alienari extra familiam, statim reuocatur ab hærede instituto. uer. sua cap. 12. nu. 16. 453
Dominium non transit quando manumissio, uel datio in sacrum esset prohibita ver. sua cap. 12. nu. 30. 456
Dominium rei prohibitæ alienari, non transit, si alienator retinuit aliquod ius in re. ibi. nu. 31. Item si impeditur initium alienationis. ibi. n. 32. eod.
Donatio facta à monacho monasterio, illo recedente reuocatur ver. sua c. 2. n. 2. & 11. 367
Donatio à minore facta monasterio tenet. uer. sua c. v. n. 9. 386
Donatio facta ab Episcopo consanguineis, de pẽsione quam sibi reseruauerat decreto sacri consilij Neap. auocata fuit ab illis, & Ecclesiæ applicata. ibi. c. 6. n. 82. 417
Donatio facta à filio familias de peculio aduentitio nulla est, etiam iuramẽto firmata ver. sua c. 4. nu. 6. 382
Donatio omnium bonorum Ecclesiæ facta tenet ibi. c. 10. n. v. 430
Donatio omnium bonorum fratri facta, valida est. ibid.
Donatio monasterio facta causa professionis, æquiparatur donationi causa mortis. ibi. c. v. nu. 6. 436
Donatio facta à clerico suæ concubinæ valida est, ver. Ideoq; cap. vni. nu. 59. 533
Dotis constitutio ab initio non est pura, sed conditionata, si matrimonium sequa-

sequatur. uer. Ingressi, cap. 1. nu. 47. 16

E

EBrius, & iratus uoto non ligantur. ver. Ing. cap. 12. n. 47. 124
Ecclesia conuenitur pro debito ingressi obligati ad ratiocinia si habet unde soluat. ibi. cap. 8. n. 4. 69
Ecclesia tenetur ad solutionem collectarum impositarum pro rebus oblati, quando oblatio facta est in fraudem uer. sua cap. 10. n. 23. 432
Ecclesia tenetur ad restitutionem bonorum quando in fraudem creditor donauerat. ibi. n. 24. eod.
Ecclesia tenetur stare pacto prohibitionis inter ipsam & aliã appositio, aliàs dominium ab ipsa reuocatur. ibi. cap. 12. n. 44. 458
Ecclesia tenetur etiam quo ad partem seruare pactum de non alienando ibi. nu. 45. eod.
Ecclesia succedit clerico non habenti hæredes ab intestato. ver. Ideoq; c. v. nu. 57. 533
Egressus à monasterio culpa sua, bona non recuperat. uer. sua cap. vn. nu. 9. 442
Electio facta de idoneo non irritatur, ex quo alius magis idoneus reperitur. ver. sua cap. 13. nu. 34. 473
Episcopus cum causa & sine, potest aliquem ad professionem recipere. ver. ing. cap. 5. nu. 10. vel Abbati mandare ut recipiat, legitimo impedimento cessante. ibi. nu. 11. 37
Episcopus uel monachus ratione professionis æquiparantur. ver. ing. cap. 9. nu. 10. 80
Episcopus transire ad religionem non potest. ibi. cap. 10. n. 1. fallit in illis casibus in quibus potest episcopatui renunciare. ibi. n. 5. 100
Episcopus clericus cui & quæ sibi acquirat ver. sua cap. 6. n. 85. 418
Episcopus in infirmitate donare non potest. uer. sua ibi. n. 91. 420
Episcopus potest cogere monachos ad recipiendum monachum electum. ibi cap. 9. n. 1. 425
Episcopus clericus testari potest, & quando. uer. ideoq; nu. 46. per totam pa. 530. & in repertorio. ver. clericus.
Episcopi debent esse potentes in doctrina. ver. ing. c. 9. n. 7. 78
Episcopi successores sunt Apostolorum, & hac de causa prædicare debent ibi. nu. 6. eod.
Episcopi votum in consecratione emittunt. ibi. c. 10. n. 4. eod.
Episcoporum status perfectior est statu religiosorum ibidem n. 2. eod.

Emphi-

Emphiteusis Ecclesię donari non potest ver. sua c.15. n. 6. 496
Emphiteusis, & feudum in quo differant. ibi.n. 1. 495
Emphiteusis quo casu transeat in fiscum. ibi. nu. 7. 496
Emphiteusis transit ad monasterium per ingressum Emphiteutæ. ibi. n. 3. declaratur nu. 4. Item transit si emphiteusis concessa sit ab ecclesia. ibi. nu. 5. ead.
Errata in rubrica de constitutionibus Principum cap. 3. nu. 30. pag. 60. corriguntur. ver. Ideoq; cap. vn. nu. 94. 539
Exequutor deputatus ad uirgines maritãdas,non potest pecunias conuertere pro illis monachandis ver. Ing. cap. 1. nu. 13. 9

F

Fabius Marchesius Vice cancellarius commendatur. ver. mon. c. 44. nu. 9. 274
Facultas testandi alicui concessa, non excludit solennitatem à iure requisitam. ver. ideoq; cap. un. nu. 18. pag. 524. & an intelligatur de primo testamento, uel secundo in clerico uel monacho uide. ibi. n. 39. 529
Famulus qui promisit seruire per annum:si seruit per semestre,& inde exeat ac reuertitur non satisfacit promisso. ver. ing. cap.4. n.13. 34
Felix Kenda ordinis Montis virginis laudatur. uer. mona. c.44. n.8. 274
Filius cuius votum pater irritauit,id tenetur adimplere, etiam si pater postea consentiat. uer. ing. c. 6. n. 32. 49
Filius desinit esse in potestate patris per religionis ingressum. ib. c. 6. n. 58. intellige quoad incommoda. n. 59. item quoad potestatem profitendi tãtùm, secus quoad alia. ibi. n. 60. 61
Filius ciuilis non succedit in feudo. uer. sua cap. 14. n. 7. 483
Filius legitimatus est uerè filius. uer.ideoq; c. un. n. 13.& suus hæres patri n. 14. & si prætereatur habet ius dicendi contra tabulas & testamentũ nullum. ibi. nu. 15. 523
Filius dicitur creditor legitimè in uita patris. ver. sua c. 3. n. 5. 373
Filius detrahit legitimam tanquam æs alienum. ibi. n. 6. ead.
Filius fami. maior 14. annis religionem ingredi potest absq; patris consensu. ver. ingr. cap. 6. nu. 53. pag. 57. & matrimonium contrahere sine eius voluntate. ibi. n. 63. 62
Filius fam.religionem ingredi non potest,quando pater commodè uiuere non posset sine eius obsequio. ibi. n. 65. 63
Filius fami. professus,à monasterio exire non potest pro patre iuuando. ibi. nu. 69. 64

Filius fam. professus,exire potest à religione,si pater in extrema necessitate reperitur, in qua sibi potest à filio solo iuuari ibi nu. 70. Item si erat in necessitate,tempore quo ingreditur filius. ibi. n. 71. 65
Filius familias monachus,tenetur succurrere patri in omnibus nisi potest salua sui prælati obedientia. ibi. n. 72.
Filius fam. ingrediens monasterium,legitimam dedicere non potest viuente patre, sed nos contra ver. sua c. 4. n. 10.
Filius fam. legitimam petere non potest patre viuente monasterium ingresso. ver. sua c. 3. n. 10. & 13 pa.373. fallit in filio Iudæi qui efficitur Christianus. ibi. nu. 28. Item si pater ingressus,in monasterio delinquat, uel apostatetur. ibi. nu. 29. uel si pater propter delictum in monasterium detruditur. ibi. nu. 30. 379
Filius fam. de peculio aduentitio alienare non potest sine patris consensu. ver. sua cap. 4. n. 5. 382
Filius admittitur ad excludendum substitutum secundo loco,in casu quo pater primo loco substitutus noluit adire uer. sua cap. 13. n.8. 466
Filius monachus tenetur pro parentibus exorare, auxilium, & reuerentiã exhibere. ver. ing. cap. 6. n. 73. 65
Filius mutat statum religionis ingressu. ibi. nu. 57. 61
Filius naturalis in quo patri succedat. uer. ideoq; c. vn. n. 14. 523
Filius primogenitus qui post mortem patris efficitur clericus, feudo iam ad ipsum delato, non succedit in illo. ver. sua c. 14. nu. 24. 488
Filij à parentibus monasterio oblati,inde possunt exire post pubertatem. ver. ingr c. 6. n.46. 54
Fiscus in rebus alienari prohibitis non succedit,quod intellige in emphiteusi, feudo, & maioratu ver. sua cap. 12.n. 52. 459
Filius nobilior in religionis transitu considerandus est. ver. ingr. cap. 9. nu. 25. 83
Flaminius Rubi clericus congregationis oratorij de vrbe laudatur. ver. monast. c. 6.n. 4. pag. 164. & c. v. n. 3. 180
Franciscus Aluarez à Ribera dominus meus commendatur. ver. monast. c. 10. n. 20. pag. 177. & uer. sua cap. 6. n. 65. 414
Franciscus Mainus laudatur. uer. monast. c. 8. n. 11. 169
Franciscus Sfortia Cardinalis laudatur. ibi. c. 15.n.6. 187
Frater minor effectus monachus,recuperat omnia iura sua, & ad successionem habilitatur. uer. sua cap. 6. n. 30. pag. 406. recuperat bona donata ante ingressum,sub conditione ut liceat accipere in casu quo in monasterio stare non posset. ibi. n. 32. & ab Episcopo habilitatus ad proprium, recuperat sua. nu. 34. 407

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA 383

Frater minor ad monachatum translatus propter delictum, non recuperat ius succedendi. ibi. nu. 35. 408

Frater minor stante statuto, quòd fœmina non succedat ex stãtibus masculis, non impedit illam succedere; si tamen efficiatur monachus excludit illam re integra ibi. nu. 33. 407

Frater minor effectus Episcopus, Ecclesiæ suæ acquirit, quæ ad ipsum ex successione perueniunt. uer. sua c. 6. *n.* 87. 419

Fratres minores possunt aliquid ad vsum habere. uer. ipso ingressu se c. 3. *nu.* 49. 358

Fratres Tertij ordinis sancti Francisci succedunt in feudo uer. sua cap. 14 *nu.* 44. 493

Fugitiuus monachus quis dicatur. uer. sua c. 7. *n.* 2. *& cui quærat, & alia de isto fugitiuo uide ibi. vel in repertorio ver. monachus.* 421

Furor non præsumitur. uer. ing. c. 12. *n.* 36. *sed probandus est, & quibus modis nu.* 37. 121

Furor semel probatus semper durare præsumitur ibi. nu. 38. *fallit si probatum sit eum furiosum in aliquibus actibus, non tempore continuo n.* 39. *Item in actibus, gestibus longo tempore post furorem nu.* 40. *& alijs modis in numeris seq.* 122

Furiosus, demens, amens, & stultus, & mente captus æquiparantur. ibi. nu. 34. 121

Feudum Ecclesiasticum non transit in monasterium. ver. sua cap. 14. *nu.* 12. 484

Feudum dicitur transire ad manus mortuas cùm transit in monasterium ibi nu. 8. 483

Feudum in monasterium an transeat quinque sunt opiniones ibi. n. 1. *Regulariter in monasterium non transit, sed ad dominum, uel agnatos reuertitur. ibi. n.* 2. *pag.* 481. *Nec transit ubi præstandum est iuramentũ fidelitatis ibi. nu.* 38. *Nec in regno isto ibi. nu.* 32. *fallit vt ibi.* 490

Feudum transit in monasterium quo ad commoditates tantùm durante uita monachi. ibi. n. 3. *pag.* 482. *vel quando seruitium potest per monasterium expleri. ibi. n.* 34. *uel si est feudum franchum ibi. n.* 35. *& alijs casibus vt in numeris seq.* 491

Feudum non potest Ecclesiæ donari. ibi. nu. 18. 486

Feudatarius eo ipso quòd fit monachus amittit feudum, nec recuperat si exeat, sed nos contra ibi. nu. 16. 485

H

Habitus distincti latenter, & patenter quomodo distinguantur. ver. Ing. cap. 2. *nu.* 5. 19

Habi-

Habitus professorum delatio, professionem inducit si solenniter suscipiatur. ibi. nu. 26. *pag.* 25. *Item si fiat à sciente hanc assumptionem habitus de iure, vel consuetudine ad professos pertinere nu.* 27. *Item requiritur perseuerantia tridui nu.* 28. *quod fallit pluribus modis ut ibi. requiritur etiã vt habitus susceptio fiat sponte nu.* 29. *& recipiatur animo profitendi nu.* 30. 26

Helias prophetarum religionem restituit. ver. monast. c. 1. *n.* 5. 149

Henricus Caietanus Cardinalis laudatur. ibi. nu. 7.

Hęres institutus, ante aditam hæreditatem paternam, religionem ingredi potest. uer. ingr. cap. 8. *n.* 17. *fallit quando illi se immiscuit, & dubitat eam alieno ære infectam, & successores debita non soluturos scit, aut dubitat. ibi. nu.* 18. 71

Hæres institutus in re particulari, uel excepto fundo, intelligitur hæres in totum. ibi. cap. 14. *n.* 12. 141

Hæres clerici manutenendus est in possessione rerum patrimonialium. ver. ideoq; cap. vn. n. 38. 529

Hæres clerici tenetur resarcire damnum quod Ecclesia passa est ex administratione illius. ver. ideoq; cap. un. n. 46. 531

Hæres clerici, & beneficiati manutenendus est in possessione mobilium, ubi dubitatur an habuerit bona patrimonialia. ibi. nu. 44. 530

Hęreditas delata monacho translato de religione capaci ad incapacem, tempore quo erat in prima, & nunc in secunda uult adire, cui acquiratur. uer. sua c. 6. *nu.* 26. 404

Hæreditas monachi non professi dicitur esse in pendenti. ver. ideoq; cap. un. nu. 26.

Hæreditas iussu Abbatis à Nouitio adita, monasterio non acquiritur illo recedente. uer. sua cap. 2. *n.* 6. 368

Hæreditas monachi non acquiritur hæredibus legitimè succedentibus ante eius mortem naturalem ver. sua c. 3. *nu.* 15. 375

Hæreditatem monacho delatam Abbas monasterii nomine potest adire ver. ipso ing. cap. un. n. 94. *item potest repudiare n.* 98. 321

Hæreditatem delatam monacho, si effectus sit Episcopus potest adire, & Ecclesiæ suæ quærit ver. sua c. 6. *n.* 36. 408

Heremita uel alius religiosus qui uota non emittit solennia, testari non potest. uer. ideoq; c. un. n. 22. 255

Heremitarum D. Augustini ordo quo tempore cœpit, & alia uide summatim. ver. monast. c. 18. *n.* 3. *& seq.* 185

Heremitarum S. Hieronymi plures congregationes uide ibi. cap. 25. *nu.* 1. *& seq.* 228

Hieronymus Bernetius Cardinalis Asculanus ordinis prædicatorum laudatur uer. monast. cap. 18. *n.* 38. 215
Hilarem datorem diligit Deus ver. ipso ingressu se nu. 31. 332
Homo non potest per votum se obligare ad id in quo tenetur alteri seruire. ver. dedic. Deo. cap. vn. n. 14. 512
Horatius Mancinus laudatur. uer. monast. c. 15. *n.* 10. *in fine.* 189
Humiliatorum ordo quando, & qualiter cœpit, & quare fuit extinctus. ibi. cap. 45. *n.* 1. *&* 3. 275

I

Iapponensium Regum legati Romam veniunt ad obedientiam præstandã sum. Pontifici. ver. monast. cap. 10. *nu.* 11. 175
Iesuatorum ordo à quo fuit institutus & alia. uide ibi. cap. 28. *nu.* 1. *& seq.* 238
Ignatius Loiola ordinis societatis Jesu fundator, & eius uita. ibi. cap. 10. *nu.* 2. 172
Ignorantia regulę vt quid facti, excusat. uer. Ing. c. 13. *n.* 19. 132
D. Ioannes à Stunica Comes Mirandæ, & Prorex in Regno laudatur. ver. monasteria cap. 36. *nu.* 11. 250
D. Ioannes Galeatus laudatur. ibi. c. 7. *nu.* 10. 166
Ioannes Dei, institutor ordinis fratrum hospitalariorum, ab eius nomine nuncupatorum. ibi. c. 33. *n.* 2. 242
Ioa. Baptista Tufus commendatur. ibi. c. 7. *nu.* 9. 166
Io. Vincentius Porta commendatur. uer. Monasteria c. 4. *n.* 3. 161
Ioseph. Vigliegas societatis Iesu commendatur ver. monasteria cap. 10. *nu.* 25. 178
Ioseph de Rubeis laudatur. ibi. c. 12. *n.* 5. 183
Immunitas concessa habitantibus decenniò, non competit nisi per integrum tempus habitauerint ver. ing. cap. 4. *nu.* 12. 34
Impubes doli capax iuramento obligatur, sed contractus non tenet uer. Ingressi c. 6. *n.* 26. 48
Impubes qui solenniter profitetur, obligatur voto simplici ibi. n. 20. 46
Impuberes profiteri non possunt. ibi. n. 2. 41
Impudicitiæ mala, uerbo ipso ingressu se c. 2. *n.* 2. 343
In acquisitione hæreditatis, additionis tempus inspicitur. verbo sua cap. 6. *nu.* 29. 405
In acquisitione hæreditatis, tempus delatæ & conditionis impletæ attenditur verbo sua cap. 6. *nu.* 17. 401

In acquisitione hæreditatis tria requiruntur tempora. ibi. n. 27. 405
Inducentes ad religionem dolis, & mendacijs grauiter peccant. uerbo ingressi cap. 13. *n.* 8. 129
Inducens aliquem ad Religionem, proponens vitæ secularis pericula, non est causa vt vitietur professio. ibi. n. 14. 131
In eiectione Monachi requiritur consensus capituli. ver. sua cap. 6. *nu.* 50. 411
In hæreditate acquirenda primo, vel secundo monasterio, inspiciendum erit an contemplatione primi, uel secundi fuerit institutus. ibi. n. 14. 401
Ingrediens monasterium post delictum commissum, si profiteatur, non potest inde reuocari vt puniatur. ver. Ingressi cap. 8. *nu.* 19. *Nec etiam si non sit professus, sed religionem tantùm uouit nu.* 20. *pag.* 72. *Hodie tamen istorum professio pro nulla habetur, ex Sixti V. Pontif. Max. decreto ibi. nu.* 21. 72
Ingrediens religionem, si habet beneficium, expectandus est per annum. ibi. c. 11. *nu.* 13. 105
Ingrediens religionem Hospitalariorum, an possit bona sibi retinere in commendam. ver. sua cap. 9. *n.* 6. 426
Ingrediens monasterium in casu quo bona tacitè transferuntur, si uitietur ingressus, bonorum etiam dedicatio vitiatur. ibi. cap. 11. *n.* 2. 435
Ingrediens monasterium, si sciebat ingressum non tenere, & se cum bonis suis monasterio dedicat, vitiato ingressu an recuperet bona latè disputatur ibi. nu. 5. 436
Ingrediens monasterium incapax, potest ante ingressum bona in pios vsus distribuere, & substitutum excludere. ibi. cap. 13. *n.* 27. 471
Ingressus monasterium dicitur, qui professus est, uel etiam qui animo probandi tantùm est ingressus. ver. Ing. cap. 1. *nu.* 1. 4
Ingressus monasterium à Iure præsumitur animo probandi. ibi. n. 2. 5
Ingressus monasterium, qui erat ignotus, triennio probabat Antheuticorum tempore, notus uero statim recipiebatur. ibi. nu. 53. 16
Ingressus alterius coniugum, ut teneat, vterq; profiteri debet, nisi uxor sit senex, & non suspecta. ibi. cap. 11. *n.* 16. 107
Ingressus in fraudem instituti quando dicatur. uer. sua. c. 13. *n.* 36. 474
Ingressus ignorans impedimentum professionis, recuperat bona omnia, si vitiatur ingressus ibi. cap. 11. *nu.* 4. 435
Ingressi obligatio pura, est ab initio sub conditione resoluenda, quod negamus ver. ingressi cap. 1. *nu.* 44. 15
Ingressu vitiato propter vitiũ personæ cohærens, bona translata recuperantur. ver. sua cap. 11. *nu.* 8. 437

Ingressu vitiato, bonorum dedicatio corruit, uer. sua cap. 11. *n.* 1. 435
Institutus si apostatando à religione exierit, non efficit, ut substitutus admittatur. ver. sua cap. 13. *nu.* 44. 477
Intellectus ad hanc authenticam triplex. ver. ingressi cap. 1. *nu.* 43. *sed uerus nu.* 51. 15 & 16
Intellectus ad cap. Diaconi. 28. *distinctio .ibi cap.* 14. *n.*7. & *seq.* 138
*Intellectus ad cap. insinuante, qui clerici, uel uouen. ibi. c.*14. *n.*10. 139
Intellectus ad legem primam §. si fundo .l. quoties §. si duo, & .l. si ita quis .ff. de hæred. inst. ibi. nu. 13. 141
Intellectus cap. finalis de conditio. appos. ibi. n. 18. 144
Intellectus Authen. Presbiteros C. de Episcop. & cleri. uer. sua cap. 4. *nu.* 9. 383
Intellectus authen. nisi rogati C. ad Trebellia. ibi. c. 13. *n.* 6. 466
Intellectus ad cap. cum simus de regulari. ibi. c. 3. *n.* 18. 377
In transitu de una religione ad aliam, solam arctitudinem vitæ considerant canonistæ. ver. ingressi c. 9. *n.* 18. *sed contrarium Theologi.n.*19. 82
*In transitu ad religionem arctiorem, non inspicitur tempus institutionis sed præsentis status ibi. cap.*9. *n.* 40. 87
Iudex reijcit oppositiones eorum, qui aduersus ingredientem obligatum ad ratiocinia opponunt, si de fraude, & dolo istorum constat. ver. Ingressi cap. 8. *n.* 6. & *alia uide in numeris sequen.* 69
Iudices, & Aduocati recte iudicantes, magis merentur quàm religiosi .ibi. cap. 9. *n.* 9. 79
Iulius Antonius Sanctorus Cardinalis laudatur. uer. monasteria cap. 15. *nu.* 5. 187
Iulius Cæsar Riccardus commendatur .ibi. n. 10. 189

L

Legatum sub conditione relictum si ingrediatur, non debetur ante pubertatem, etiam legatario ingresso. uer. Ingressi c. 1. *n.*4. 5
*Legatum monasterio relictum vt aliquem in monachum recipiat, an sit ualidum, vel tanquam simoniachum reijciatur .ibi. c.*1.*n.*5. 6
Legatum factum monasterio pro alimentis valet. ibi. nu. 7. 6
Legatum sub conditione relictum si monasterium ingrediatur, debetur reiecta conditione .ibi. n. 10. 7
*Legatum relictum sub conditione ne ingrediatur monasterium, debetur reiecta conditione, si illud est ingressus. ibi. n.*11. 7
Legatum factum monacho sub mentione monachatus, monasterio videtur relictum

relictum. ver. ipso ingressu c. v. n. 95. 321
Legatum factum monacho de vsufructu alicuius rei, sub pœna quod à legato caderet si Abbas eum molestaret, monasterio debetur reiecta conditione. ver. ipso ingressu se cap. 3. *n.* 74. 362
*Legatum factum monacho in dubio, uidetur relictum contemplatione illius monasterij sub cuius denominatione relinquitur .ver. sua cap.*6. *nu.* 15. 401
Legatum factum monacho sub conditione, quę adimpletur illo in secundo monasterio existente, secundo, non primo acquiritur .ibi. n. 18. 402
Legatum purè monacho relictum acquiritur primo monasterio, etiam si ad secundum sit ille translatus .ibi. nu. 19. 402
Legatum relictum fratri minori pœnitentiario cuiusdam fraternitæ, si efficiatur monachus, vel Episcopus, cui acquiratur . ibi . nu. 36. 408
Legatum sub conditione relictum monacho, quod verificatur ipso iam effecto Episcopo, illi, non monasterio quæritur . ibi n. 80. 417
Legata non sunt exequēda nisi post mortem .ibi. c. 3. *n.* 13. 374
Legatis virgini mille si nupserit, & quingentis si monasterium ingrediatur, integra mille debentur ver. ingressi cap. 1. *n.* 12. 8
Legitima debetur filio iure naturæ, & succedit loco alimentorum . uer. sua cap. 3. *nu.* 2. 373
Legitima debetur patri de bonis filij monasterium ingressi .ibi. cap. 4. *nu.* 12. 384
Legitima non diminuitur propter relicta ad pias causas . ibi. cap. 3. *nu.* 9. 373
*Legitima per statutum tolli non potest, sed quantitas minui . ibi.n.*3. 373
Legitimam filijs non deberi ante mortem patris naturalis, affirmamus . ibi. nu. 21. 377
*Legitima non debetur filiis naturalibus & spuriis .ibi. nu.*24. 379
Legitima de iure Hispaniarum sunt omnia bona paterna, excepta quinta parte bonorum uer. ideoq; c. v. nu. 74.
Lex prohibens alienationem fieri, non habet locum in alienatione ad pias causas . uer. sua c. 5. *n.* 4. 386
Libri à patre filio donati si ingreditur monasterium, illi acquiruntur . ibi. c. 4. *n.* 3. 381
Licentia præsumitur ex taciturnitate concessa ver. ingressi c. 9. *n.* 45. *Item excursu temporis nu.* 46. 88
Licentia precedere debet transitum .ibi. nu. 47. ead.
Licentia transeundi ad arctiorem religionem, arbitrio boni uiri concedenda est .ibi. nu. 48. & *hæc debet ab Abbate & conuentu concedi, sed alij contra*

contrà. ibi.n. 50. *ead.*
Licentia transeundi ad arctiorem licitè monacho negatur, quando religionem non inuenit, quę parata sit eum recipere. ibi. n. 56. *& alijs pluribus casibus de quibus uide in numeris sequentibus* 90
Licentia transeundi ad æqualem religionem à quibus debeat concedi. ibi. nu. 72. 93
Licentia transeundi ad laxiorem religionem concedi non debet, & quibus de causis concedi possit. ibi. n. 73. *& seq.* 93
Licentia testandi, superueniens post testamentum conditum, confirmat testamentum ver. ideoq; c. un. nu. 25. 526
Licentia testandi concessa monacho, intelligitur de primo testamento. ibi. nu. 29. 527
Licentia testandi concessa Cardinali, intelligitur ut disponat in pias causas, & usus, & in benemeritos, ibi. nu. 62.
Licentiam testandi monacho, alius quam Papa concedere non potest ibi. nu. 24. 525

M

Maioratus quid sit. uer. sua cap. 16. *nu.* 3. 497
Maioratus, & primogenium differunt. ibi. n. 1. *ead.*
Maioratus & fideicommissum in pluribus differunt, & conueniunt. ibi. nu. 7. *ead.*
Maioratus qui habet iurisdictionē annexam, uel dignitatem, non transit in monasterium. ibi. n. 8. *secus si non habet n.* 9. 498
Maioratus qui continet familiæ, & memorie testatoris conseruationem, in monasterium non transit ibi. n. 10. 499
Maioratus institui potest sub conditione, ne monachus, uel clericus succedat. ibi n. 11. 499
Maioratus institui non potest ubi non remanent alimenta filiis, ver. sua c. 3. *nu.* 4. 373
Maioratus institutio reuocatur quando expressè ingrediens qui instituit, in monasterium bona contulit ver. ideoq; cap. vn. n. 70.
Maior quatuordecim annis ingenuus, liber est in his quæ ad status sui pertinent dispositionem. ver. ingressi cap. 6. *nu.* 61. 62
*Maius bonum, minori præferendum est. uer. dedicant Deo. cap. vni. nu.*8. 511
Militia supplet ætatem in uoto simplici etiam religionis, licet alij contra, quod defendimus aduersus Caietanum. uer. ing. c. 6. *n.* 9. 42

Mali-

Malitia supplet ætatem in matrimonio carnali. ibi. nu. 6. *& ratio diuersitatis inter matrimonium carnale, & speciale. ibi. nu.* 7. *& seq.* *ead.*
Malitia non supplet ætatem in professione solenni. ibi. nu. 5. 41
Mandatum extinguitur morte mandantis. ver. sua cap. 2. *n.*6. 368
Marcus Antonius Columna Cardinalis laudatur. uer. monasteria cap. 15. *nu.* 5. 187
Maritus qui uxore cōtradicente aut simulante ingressus est, ipsa mortua ante reuocationem à monasterio recedere non potest. uer. ingressi cap. 11. *nu.* 29. 100
Maritus qui uxore inuita ingressus est, potest à monasterio recedere, & uxoris pręuenire reuocationem. ibi. n. 28. 110
*Maritus religionem ingressus, uxorem reuocare non potest, nec illa ipsum, quando uterq; sine licentia ingressus est. ibi. nu.*26. *potest tamen reuocare quando uterq;, uel eorum alter alterum uiuum ignorabat n.* 27. *ead.*
*Maritus ingressus uxore contradicente, uel tacente, uel simulante ab ipsa reuocatur. ibi. n.*24. 109
Maritus uel uxor si religionem ingredi uolunt, uterq; profiteri debent, nisi uxor sit senex, quo casu continentiam uouebit. uer. ingressi cap. 11. *nu.*16. 107
Maritus post cōtractum matrimonium de presenti, non tenetur reddere debitum uxori, nisi post duos menses. ibi. n. 14. 106
Maritus professus inuita uxore, remanet obligatus uoto simplici. uer. ingressi c. 6. *n.* 22. 46
Maritus qui uxore contradicente ingressus est, & ab ea non reuocatur, tenetur ad monasterium redire ipsa mortua. uer. ingressi cap. 11. *num.* 31. 111
Maritus monachus ab uxore reuocatus, etiam si sit professus recuperat bona sua. uer. sua c. u. nu. 4. 435
Mater tenetur filijs naturalibus legitimam assignare si non sint ex damnato coitu, uel ipsa non sit illustris uer. sua c. 3. *nu.* 24. 379
Mater offerre potest filium in religione cum patris consensu. uer. ingressi c. 6. *nu.* 52. *pag.* 57. *& est intellectus can. quicunque* 20. *q.* 1.
Matrimonium carnale non consumatum soluitur per religionis ingressum alterius coniugis. ibi. c. u. n. 1. 101
Matrimonium contrahitur inter Episcopum, & Ecclesiam. ibi. c. 10. *nu.* 3. 100
Matrimonium in articulo mortis contractum cum concubina tenet, & filij legitimantur. uer. sua c. 11. *nu.* 38. 475
Matrimonium non consumatum ut dissoluatur, necesse est ut alter coniugum

religionem ex approbatis ingrediatur . uer. ingressi cap. v. nu. 7. Imo ut religio nihil possideat, nec in communi, nec in particulari, quod reprobamus . ibi. nu. 8. 102

Matrimonium non consumatum non dissoluitur, si maritus uellet ad sacros ordines promoueri . ibi. nu. 3. etiam si Cardinalis, uel sum. Pontifex crearetur ibi. nu. 4. nec dissoluitur si uxor uellet suscipere habitum tertij ordinis S. Francisci nu. 5. uel alter coniugum ad heremum transire uellet nu. 6.

Matrimonium & professio differunt . ibi. nu. 30. 111

Matrimonium coniuges diuidere non possunt . uer. ingressi cap. 14. nu. 24. 146

Matrimonium inter B. Virginem, & B. Ioseph fuit verum matrimonium ibi. nu. 27.

Matrimonium tenet etiam si prolis spes non habeatur . ibi. n. 26.

Matrimonium ratum, non consumatū, professione dissoluitur . uer. dedicant Deo . c. un. nu. 5. 510

Matrimonium tenet post votum simplex . ibi . n. 10. 512

Matrimonium contractum sub conditione ut maritus perpetuò non obligetur, nullum est . uer ingressi c. 2. nu. 19. 22

Matrimonium liberæ voluntatis est . ibi. cap. 6. n. 64. 62

Metus cadens in constantem uirum quis dicatur uer. ingressi cap. 12. nu. 9. 115

Metus qui professionem & matrimonium irritat, is est qui cadit in constantem virum . ibi. nu. 8. 115

Metus quis sit ibi. nu. 3. iustus metus quis dicatur ibi. n. 11. & seq. 116

Metus personæ, & amissionis bonorum excusat uassallum ne perdat feudum si infra annum, & diem non petijt inuestituram ibi. n. 15. 116

Metus matrimonium dissoluit . ibi. nu. 26. 118

Metus illatio & probabilis suspicio parificantur . ibi. nu. 19. 117

Metus qui professionem irritat debet ad hoc particulariter adhiberi . ibi. nu. 28. 118

Michael Bonellus Cardinalis Alexandrinus laudatur uer . monasteria c. 19. nu. 37. 215

Militum Calatrauentium ordo quo tempore in Hispania instituitur, & alia uide ibi. cap. 49. nu. 1. & seq. 279

Militum Alcantarienſium ordo quo tempore cœpit, & alia uide ibi. cap. 50. nu. 1. & seq. 284

Militum S. Ioa. Baptistæ Melitentium nuncupatorum ordinis institutio . ibi. cap. 34. nu. 1. 244

Mili-

Militum S. Lazari Hierosolymitani ordo instituitur ibi. c. 38. n. 1. 254

Milites Iesu Christi in Lusitania oriuntur ibi. c. 52. nu. 1. 286

Milites S. Stephani instituuntur ibi. cap. 53. nu. 1. 286

Milites religiosi possunt transire ad quancunque religionem absq; licentia ibi. nu. 21.

Milites Hierosolymitani Melitenses non succedunt in feudo . uer. sua c. 14. nu. 19. 486

Milites religiosi testari non possunt . uer. ideoq; c. u. nu. 8. 521

Militans Deo non debet secularibus negotijs se immiscere uer. sua cap. 14. nu. 4. 482

Minor 18. annis ad professionem non recipitur in insulis in quibus dura est congregatio monachorum . uer. ingressi cap. 6. nu. 11. quod seruatur in Carthusiensibus, & alijs religionibus ut ibi. 43

Minor absq; iudicis decreto alienare non potest uer. sua c. 5. n. 6. 387

Minor ante religionis ingressum sine curatoris auctoritate testari potest . ibi. nu. 10. potest de bonis suis ad pias causas disponere ante ingressum nu. 8. 387

Minor prohibitus alienare, non prohibetur hæredem instituere uer sua c. 12. nu. 12. 452

Minor 14 annis potest à monasterio recedere, etiam si monasterium sit ingressus absq; patris licentia uer. ingressi cap. 6. nu. 47. 55

Minor 25. annis de bonis suis in morte potest disponere uer. sua cap. 5. nu. 5. pag. 386. bona in monasterium transfert per professionem nu. 1. pag. 385. donare potest sine curatoris authoritate ibi. nu. 11. 388

Monachus ad Episcopatum legitimè promouetur . uer. sua cap. 6. num. 58. 412

Monachus ægrotus quem monachi noluerunt recipere, monasterio non acquirit uer. sua c. 9. n. 3. 426

Monachus eiectus qui petijt se recipi, si non recipiatur, monasterio non acquirit ibi. nu. 2. 425

Monachus effectus Episcopus tenetur ad uitam monachalem uer. sua cap. 6. nu. 70. pag. 415. & monachalem habitum gestare ibi. nu. 60. etiam si Cardinalis, uel sum. Pontifex efficitur n. 62. & 63. 414

Monachus effectus Episcopus liberatur ab accidentalibus regulæ uer. sua c. 6. nu. 71. pag. 415. non à substantialibus n. 66. 414

Monachus effectus Episcopus liberatur ab omnibus monachalibus obseruantijs, quæ sunt impedimento ad Episcopatum administrandum uer. sua cap. 6. nu. 73. & ab obedientia Abbatis . ibi . nu. 68. ab abstinentia carnium nu. 76. 415

Monachus effectus Episcopus si deliquerit, punitur iuxta pœnas monachales ibi. nu. 75. 415
Monachus effectus Episcopus non debet cum luxu, sed religiosè uiuere ibi. nu. 74. 415
Monachus effectus Episcopus non tenetur ad officium monachale dicendũ ibi. nu. 77. 416
Monachus effectus Episcopus bona iam dedicata non recuperat ibi. num. 78. 416
Monachus effectus Episcopus bona postea quæsita suę Ecclesiæ acquirit ibi. nu. 81. 417
Monachus effectus Episcopus Ecclesię acquirit, etiam si simpliciter sit cõfirmatus ibi. nu. 83. item si post electionem acquirit dum ad Episcopatũ transfertur ibi. nu. 84. 418
Monachus effectus Episcopus si habilitatur ad proprium à sum. Pontifice, potest sibi acquirere ibi. nu. 89. 419
Monachus effectus Episcopus potest donare modica ibi. nu. 90. 419
Monachus translatus ad Ecclesiam secularem Parochialem, cui acquirat ibi. nu. 92. 420
Monachus effectus Episcopus agit nomine proprio, uel Episcopatus pro recuperationè librorum suorum ibi. n. 93.
Monachus effectus Episcopus potest retinere propria, etiam si sit frater minor ibi. nu. 69. 415
Monachus fugitiuus, uagabundus, uel Apostata bona interim quæsita monasterio suo dedicat ibi. cap. 7. nu. 1. 421
Monachus fugitiuus quis dicatur ibi. nu. 2. & hic fugitiuus ab Abbate reuocatur ibi. nu. 3. & quod si stipulatur sibi, uel monasterio suo illi acquirat nu. 5. 421
Monachus fugitiuus tunc monasterio acquirit, quando Abbas eum persequitur ibi. nu. 6. etiam si Abbas fuerit negligens in eo reuocando ibi. nu. 7. etiam si ad aliud monasterium transierit quod laxioris sit regulæ ibi. nu. 8. 422
Monachus quando dicatur sine monasterio, & cui acquirat in hoc casu ibi. cap. 8. nu. 1. 423
Monachus putatiuus cui acquirat ibi. cap. 9. nu. 5. 426
Monachus regulariter in feudo non succedit ibi. cap. 14. nu. 2. pag. 481. fallit in militibus Hierosolymitanis ibi. nu. 19. & 42. pag. 486. Item si monachus ex dispensatione sum. Pontificis factus est Comes ibi. nu. 41. Item in Canonicis regularibus ibi. n. 43. idẽ est in fratribus tertii ordinis S. Francisci n. 44. aut si monachus effectus esset Episcopus uel Cardinalis nalis nu. 45. 493
Monachus est mortuus mundo ibi. c. 14. n. 6. 483
Monachus existens in monasterio incapaci, in maioratu non succedit ibi. cap. 16. nu. 12. 499
Monachus ad studium missus potest agere, & alia omnia facere, quæ ad ipsum attinent ibi. c. 18. n. 14. 506
Monachus non potest libros obligare pro debito scholaris. ibi. nu. 15. 507
Monachus regulariter testari non potest. uer. ideoq; c. v. n. 1. etiam de licẽtia Abbatis ibi. nu. 5. nec de consuetudine; sed contra tenet Nau. ibi. nu. 7. 520. & 521.
Monachus proprium habere non potest ibi. nu. 2. 520
Monachus non habet uelle neq; nolle ibi. nu. 3. 520
Monachus non potest causa mortis donare ibi. nu. 4. neque in pias causas disponere ibi nu. 6. 521
Monachus habens filios testari potest, & quomodo, etiam si filij sint legitimati ibi. nu 11. & seq. 522
Monachus habens filios potest illis substituere ibi. nu. 12 523
Monachus potest habere peculium ver. se c. 3. n. 36. 356
Monachus qui possidet aliquid prælato ignorante, dicitur habere proprium ibi. nu. 33. 355
Monachus qui est in studio de licentia Abbatis, potest aliquid detinere ibi. nu. 42. 357
Monachus potest habere annuam pensionem non ut perpetuam, sed ut dispẽsatam ibi. nu. 43. 357
Monachus nullam potest administrationem tenere inuito Abbate ibi. num. 44. 357
Monachus non potest retinere immobilia etiam dispẽsante prælato ibi. nu. 54. nec usumfructum alicuius rei nu. 55. 359
Monachus possidens aliquid absq; necessitate cum dispensatione, licet non sit proprietarius, peccat, & Abbas concedens ibi. nu. 50. 358
Monachus qui nec studio uacat, nec lectioni, nullam causam dispensationis habere potest ibi. n. 56. 359
Monachus aliquid possidens cum dispensatione Abbatis, ut uitio proprietatis careat, sex debent concurrere ibi. nu. 59. 360
Monachus dicens, rem aliquam suam quando peccet uel ne ibi. n. 65. 361
Monachus non potest de bonis Ecclesiæ disponere, nec etiam ad pias causas ibi. nu. 72. 362
Monachus de peculio quod habet, nihil potest impendere nisi in id quod recta administratio exposcit ibi. n. 73. 362

Monachus æquiparatur ſeruo, & filio pro ut monaſterio eſt utilius ver. ſua cap. 1. nu. 1. pag. 363. in materia alimentorum magis æquiparatur filio quàm ſeruo ibi. nu. 2. in acquirendo magis ſeruo quàm filio ibi. nu. 8. & habetur loco filij, vxoris, & mariti ibi. nu. 9. 364

Monachus uendi non poteſt ibi. nu. 3.

Monachus ſub poteſtate Abbatis liber eſt. ibi. nu. 4. 364

Monachus teſtis eſſe poteſt ibi. nu. 5. 364

Monachus habetur pro mortuo ibi. nu. 10. declaratur nu. 11. & quoad familię conſeruationem ibi. nu. 12. 365

Monachus tranſlatus à ſuo monaſterio ſi in alio reperiatur, arbitrio Generalis bona diſpenſantur: ſed de iure communi aliud eſt. uer. ſua cap. 6. nu. 5. 395

Monachus præſumitur ex paterna hæreditate acquiſiſſe, quando dubitatur vnde acquiſiuerit ibi. nu. 7. 396

Monachus tranſlatus ad monaſterium eiuſdem ordinis primo non ſubiectũ, ſecundo acquirit ibi. n. 8. 396

Monachus tranſlatus ad monaſterium alterius religionis an, bona primo dedicata monaſterio in ſecundum transferat latè diſputatur ibi. nu. 9. bona vero quæ poſtea acquiſiuit ſecundo acquirit ibi. nu. 11. & ſi fuit inſtitutus tẽpore quo erat in primo monaſterio, & in aliud tranſlatus in illo adeat, ſecundo acquirit ibi. n. 12. & ſi fuerit ſub conditione iuſtitutus, ſi reperitur in ſecundo monaſterio, & eo tempore verificatur conditio, ſecundo, non primo acquirit ibi. nu. 16. 397

Monachus exiſtens in ſecundo monaſterio non acquirit illi, ſi abſq; licentia primi Abbatis reperiatur, & iſte ſecundus ſciebat eum eſſe monachum primi ibi. n. 20. 402

Monachus putatiuus qui reperitur in ſecundo monaſterio cui acquirat ver. ſua cap. 6. nu. 21. & ſi inſtituatur dum eſt in ſecundo monaſterio contemplatione illius, illi acquirit ibi. n. 22. 403

Monachus exiſtens in ſecundo monaſterio, in dubio præſumitur acquiſiſſe ex re ſecundi uer. ſua. c. 6. nu. 23. & quando præſumatur ex re primi ibi. nu. 24. 404

Monachus tranſlatus de monaſterio capaci ad aliud incapax, primo acquirit ibi. nu. 25. 404

Monachus translatus ad aliud monaſterium propter delictum, quę bona in illud transferat ibi. nu. 37. & à quo monaſterio debeat alimentari n. 38. & quid ſi neutrum ipſorum habeat bona illius, uel non habeat unde poſſit alimentari ibi. n. 39. 408

Monachus tranſiens ad ſecundum monaſterium poſt quã uagauit per curias Principum cui acquirat ver. ſua c. 6. nu. 40. 409

Monachus fugitiuus ſi in aliud monaſterium tranſeat, primo acquirit ibi. nu. 41. & quid ſi ad laxiorem tranſierit n. 42. 410

Monachus eiectus non eſt recipiendus quando ut incorrigibilis eſt eiectus uer. ſua c. 6. nu. 43. & ſi ad ſecundum tranſit cui acquirit ibi. n. 45. & quando dicatur eiectus nu. 48. debet cum pœnitentia recipi nu. 51. & ſi fuit inuſtè eiectus Epiſcopi auctoritate reſtituitur nu. 52. & hoc caſu cui acquirat nu. 53. & ubi debeat recipi nu. 54. 411

Monachus quo caſu debeat à religione expelli ibi. nu. 44.

Monachus propter delictum carceratur ibi. nu. 49. 411

Monachus ægrotans, ſi non fuit à monaſterio receptus & aliud ingreditur, ſecundo acquirit ver. ſua cap. 6. nu. 56. 412

Monachus naturaliter, & ciuiliter obligari poteſt ver. ſua c. 18. n. 17. 507

Monachus fideiubere non poteſt ibi. nu. 19.

Monachus non admittitur ad ceſſionem bonorum ibi. nu. 18.

Monachus non dicitur quis ante profeſſionem ver. ingreſſi c. 1. n. 31. 13

Monachus quando dicatur eſſe extra monaſterium ibi. c. 2. n. 8. 20

Monachus qui licentiam petijt tranſeundi ad arctiorem, licitè tranſit ver. ingreſſi c. 9. nu. 52. Item abſq; licentia tranſire poteſt multis caſibus ibi. nu. 53. & ſi reuertitur infra annum quia religionẽ non inuenit arctiorem recipiendus eſt ibi. nu. 54. non tamen poteſt tranſire ſi licentia denegetur ex probabili cauſa ibi. nu. 55. ſunt autem probabiles cauſæ quæ numerantur nu. 56. & ſeq. non tamen recipiendus eſt abſq; litteris dimiſſorijs ibi. nu. 64. & ſi tranſiuit ad religionem in caſu prohibita reuocatur ab Abbate primi monaſterij ibi. nu. 66. item ſi tranſiuit licentia non petita nu. 69. & an debeat hoc caſu à primo monaſterio recipi ſi reuertatur ibi. nu. 70. 89 & 92

Monachus ad laxiorem religionem tranſire non poteſt ibi. nu. 73. & quibus caſibus poſſit nu. 74. & ſeq. 93

Monachus ſtatim ac profitetur bona ſua omnia tacitè in monaſterium tranſfert ver. ipſo ingreſſo c. v. nu. 1. 506

Monachus tenetur obedire prælato in omnibus quę pertinent ad eius poteſtatem uer. ſe c. 1. nu. 42. Item in his quæ pertinent ad regulam nu. 43. uel ſunt æqualia regulæ & ad illam pertinent nu. 44. Item in pertinentibus ad diſpoſitionem actuum, & rerum humanarum nu. 45. & in omnibus in quibus dubitat nu. 46. 336

Monachus in quibus teneatur obedire prælato ibi. n. 47. & ſeq. 336

Monachus non obediens quo caſu mortaliter peccat; ibi. n. 49. & ſeq. 337

Monachus uouere non poteſt abſq; licentia ſuperioris ibi. n. 60. 339

Mona-

Monachus non tenetur ad reformationem quando esset impotens ibi. nu. 62. & quibus alijs casibus non teneatur ibi.in numeris seq. 340
Monachus habens filios naturales & spurios, non potest inter ipsos testari ver. ideoq; cap. un.nu.10. 522
Monachus testari potest absq; solennitatibus à iure requisitis:sed nos contra ibi.nu.16. 523
Monachus testari potest de licentia Sum. Pontificis ibi.nn. 29.pag.527. Itẽ de eo quod sibi reseruauit nu.35. 529
Monachus qui testatur de licentia Sum. Pontificis, substitutum excludit ibi.nu.31. 527
Monachus effectus Episcopus testari potest; sed nos contra ver.ideoq; cap.u. nu.32.Itẽ si est effectus Cardinalis n.33.uel sum. Pontifex n.34. 528
Monachus an possit mutare testamentum post ingressum multæ sunt opiniones uer. ideoq; c.u. n.67. 536
Monachus an possit maioratum instituere tria distinguntur tempora ibi. nu. 78.& seq.potest instituere in tertia parte bonorum,deducta quinta parte nu.74.ex quinta tamen non potest n.75.nec de legitima filioru, metiam regio assensu accedente, sed nos contra nu.79. 438
Monachi cuiusus ordinis sint in regno Franciæ, non succedunt ab intestato ver.sua cap. 13.nu.19. 470
Monachi non promittunt omnimodam obedientiam, sed ordinatam secundum regulam uer.se c.1.nu.41. 335
Monacha codicillari potest, sed non placet uer.ideoq; cap.u.n.64. 534
Monachorum quatuor species cõmemorantur quibus Sum. Pontifex licentiam testandi solet concedere ibi. n.28. 526
Monachorum status quibus aliqua portio panis & uini,& rerum particularium pro suis necessitatibus assignatur,siue annua, siue quotidiana sit, nõ est damnabilis secundum Nau.uer.se c.3.n.45. 357
Monachorum nigrorum S. Benedicti ordo ab ipso instituitur, & quomodo & alia uide in uer. monast. c.39.nu.1.& seq. 215
Monachorum nullus est qui aliquid proprium habere non dicatur ver.se c.3. nu.46.ratione studij,ægritudinis, uel muneris prælegendi aliquid propriũ habere potest ibi.47. 357
Monachum esse proprietarium maximum vitium est ibi. nu. 60.grauissimè delinquere & pluribus delictorũ titulis nũcupari dicimus ibi.n.91. 360
Monasterium alere tenetur monachos quibus in reformatione data est optio remanendi, uel in habitu clericali viuendi ver.sua c.9.n.4. 426
Monasterium excludit substitutum per ingressum instituti, etiam si testator putabat institutum laicum ver. sua c.13. nu. 2. Item si testator expressit si sine liberis decesserit ibi. nu. 3. pag. 464. item substitutum vulgariter nu.11. Item si testator substituit in casu,quo filius decesserit sine filijs ex corpore, uel legitimis & naturalibus, uel de vero & non ficto matrimonio procreatis ibi. nu.12.quod non admittimus n.18. 470
Monasterium quibus casibus substitutum non excludat ibi.c.13.n.21. 470
Monasterium habetur loco filij ad excludendum substitutum ibi.nu.4.& est filius fictus,ciuilis & improprius ibi.nu.5. 465
Monasterium in casu quo substitutus per ingressum instituti non excluditur, durante uita instituti bona possidebit ibi.nu.49. Item hoc casu succedit in legitima ibi.nu.50. 478
Monasterium succedit in vita militiæ,quæ ex feudo debetur uer. sua cap. 14. nu.46. 494
Monasterium non succedit in feudo,quando seruitium incertum debetur ibi. nu. 31. 489
Monasterium non succedit in Regno, ducatu & Marchionatu ibi.n.13. 484
Monasterium potest petere renouationem emphiteusis finitę ver.sua cap.15. nu4.. 495
Monasterium tenetur alere monachum ibi.c.18.nu.1. 504
Monasterium tenetur ex contractu monachi & ad debita ante ingressum, quatenus ad illud peruenit ibi. nu.2. & satisfacere debitoribus de bonis postea quæsitis nu.3.& quando factum est locupletius ex contractu monachi nu. 16.regulariter tamen non tenetur ad debita contracta post ingressum ibi. nu.4. 505
Monasterium obligatur pro mutuo monachi qui est in scholis ibi.nu.6.fallit nu.7. item obligatur quando uersum est in vtilitatem monasterij nu. 9. 505
Monasterium tenetur administrare expensas monacho,agenti pro confirmatione suæ electionis ibi.nu.10.item monacho accusanti Abbatem, & ipsi accusato n.11. 506
Monasterium tenetur pro debito monachi contracto ex causa infirmitatis ibi. nu.12. 506
Monasterium retinet dominium & possessionem in monacho fugitiuo ver. sua c.7.nu.4. 422
Monasterio magis fauetur qudm filio extra legitimam ibi. c.3.n.22. 378
Moniales possunt certum numerum præfigere earum,quæ sunt nutriendę de bonis monasterij ver. ingressi c.1. nu.8. 7
Moniales cogendæ sunt,coram Episcopo præsentare monialem quæ dicitur impubes ibi.cap. 6.nu.4. 41
Moniales possunt trãsire ad religionẽ arctiorem ver. ingressi c.9.n.37. 86

Monialis translata in aliud monasterium bona primo dedicata in secundũ transfert ver.sua c. 6.nu.10. 398
Moniales possunt in vsus suos conuertere quæ ex op,re suo quærunt,& non est contra uotum ver.se c. 3.nu.41. 357
Mors ciuilis & naturalis quo casu æquiparentur ver. sua c.17.nu.5. 501
Mortis timor qui uouentem extra mentem posuit,ipsum non obligat ver. ingressi c.12.nu.33. 121
Mutius Valerius Consul pauper ita fuit, ut eius sepultura à populo curaretur ver.se c.3.nu.22. 353
Mutus ingrediens monasterium sua non dedicat ver.sua c.5.n.14. 388
Mutus in feudo non succedit ibi.nu.15. 389

N

Nazarei Religiosi fuerunt ver. Monasteria c.1.n.6. 149
Non dicitur posse fieri, quod absq; peccato, aut dedecore fieri non potest ver. ingressi c.2.nu.13. 12
Non dominus quare testare non possit, ver. ideoq; c.v.nu.85. Et quo casu possit n.93. 538
Nouitius retinet beneficium, dominium & dignitatem Regiam, ver. ingressi c.1.nu.48. potest testari, etiam si sit ordinis minorum nu.49. pag.16.& ver.sua.c.1.nu.7.pag.368. ver. ideoq; cap. v. nu.18. gaudet benef. canonis si quis suadente ver. ingressi cap. 1.nu.50.pag.16. ver. sua cap.2.nu.12. 369
Nouitius non dicitur monachus ante professionẽ ver.sua c.2.nu.3.statu libero comparatur ibi. nu.4. æquiparatur filio qui non peruenit ad lucem nu.5. retinet omnes dignitates nu.8. 368
Nouitius decedens infra annum, bona sua in monasterium non transfert uer. sua c.2.nu.1.& 12.pag.369.sed legitimam transferre dicimus ex noua opinione ibi.nu.17. 330
Nouitius Maioratum instituere potest ver.sua cap.2.nu.15.pag.371.& ver.ideoq; cap. v.nu.72. 537

O

Obedientia quid sit ver. se cap.1.nu.6.pag.327. Potior est cæteris votis, Melior est quàm victima nu.3.cæterarum virtutum est causa nu.4. victoriam parit nu.5. prima est inter cæteras virtutes morales n.7. Magna virtus appellatur nu.8. fidei meritum possidet nu.9. optima medicina nu.10. Diabolũ fugat nu.11. Duplicem coronam meretur nu.12. virtus necessaria est nu.13. magnæ remunerationis est præmium nu.14. familiaris & amica salutis nu.15. pluribus nominibus nuncupatur n.16. per obedientiam Deus placatur nu.17. eam sequi nos hortatur Dominus nu.18. obedientia Christi celebratur à Cirillo nu.23. eam præcipiunt Apostoli Iacobus & Paulus nu.26. 331
Obedientia meritoria plura requirit ibi.nu.27. proprius affectus cessare debet nu.28. debet concurrere iustitia in intentione, hilaritas in obseruatione, & humilitas in reputatione n.29. 332
Obedientia debet esse integra, & non simulata ibi.nu.32. requirit sollicitudinem nu.33. Debet esse simplex nu.36. perseuerans nu.37. 333
Obedientia perfecta quæ sit nu.38. ibidem ad impossibilia extenditur num.39. 335
Obedientia monachalis magis æquiparatur filiali, quàm seruili verbo sua c.1.nu.6. 364
Obediens uerus quis dicatur ver. se c.1.nu.34. 333
Obedientię obligatio ex professione dependet ibi.nu.40. 335
Oblatio transfert in monasterium bona sicut,professio ver. sua c.10.nu.10. pag.430.& pluribus modis fit ibi.nu.9.& reuocatur per superuenientiã liberorum ibi.nu.26. 433
Oblatio facta alicui Ecclesiæ, cui acquiratur, exemplificatur in cappella intra parrochiam ver. ipso ingressu c. v.nu.15. 310
Oblatio facta alicui cappellæ vel imagini extra parrochiam, cui acquiratur ibi. nu.16. 311
In oblatione facta alicui Cappellæ, uel imagini, attenditur consuetudo ibi. nu.18. 311
Oblatus qui ad arctiorem Religionem transiuit, an in illam bona transferat ver. sua. c.6.nu.57. 412
Oblatus vxorem ducere potest ver.sua c.10.nu.6. 429
Oblatus per professionem monachis æquiparatur, & bona sua in monasterium transferuntur ibi.nu.8. 429
Oblatus non potest recedere à monasterio cui se obtulit ibi. nu.25. potest tamen in casu quo matrimonium uellet contrahere ibi.nu.27. 432
Oblati diuersis nominibus nuncupantur ver.sua c.10.nu.1. 428
Oblati, & conuersi qualiter differant ibi.nu.3. alij sunt Ecclesię secularis, alij regularis ibi.nu.4. 429
Oblati monasterijs proprij religiosi dicuntur ibi. n.5. 429
Oblati gaudent priuilegijs religionum ibi. num.15.& Can. si quis suadente nu.16. 431

Oblati non gaudent priuilegio clericali si in proprijs domibus habitant, uxores retinent, & aliquam partem monasterio dedicant ver. sua c. 10. n. 19. secus si omnia monasterio dedicassent nu. 20. requiritur etiam ut in monasterio habitent nu. 21. 431

Oblati qui vsumfructum vel partem bonorum retinent, non gaudent immunitatibus collectarum ibi. nu. 22. 432

Oblati testari possunt de bonis post oblationem quæsitis ver. ideoq; cap. vn. nu. 23. 525

Obligatio ingressi ab initio est pura ver. ingressi c. 1. n. 44. 15

Obligatus ad ratiocinia publica, non redditis rationibus religionem ingredi prohibetur ibi. c. 8. nu. 1.

Obligatus iuramento ad aliquod factum temporale, religionem potest ingredi ibi. n. 12. nec tenetur prius adimplere nu. 13. tenebitur tamen in monasterio iuxta regularem obseruantiam n. 15. 71

Obligatus alicui debito, tenetur satisfacere ante ingressum ibi. n. 16. 71

Offerendi & reuocandi filios à religione auctoritas, competit parentibus ratione patriæ potestatis, non iuris naturalis vigore ver. ingressi cap. 6. nu. 48. 55

Officialis non potest à Principe priuari absq; causa ver. sua c. 6. n. 35. 411

Ordo Ambrogianorum à quo instituitur, & quomodo ver. monasteria cap. 29. nu. 1. 239

Ordo Apostolinorum quando cœpit, & quomodo ibi. c. 30. nu. 1. 240

Ordo B. Hieronymi Fesularum instituitur, & à quibus ibi. cap. 25. num. 22. 235

Ordo B. Brigidæ ab ipsa instituitur ibi. c. 32. n. 1. 241

Ordo Canonicorum regularium Lateranensium instituitur ver. monasteria c. 2. nu. 1. 157

Ordo Canonicorum D. Marci Mantuæ quando cœpit ibi. c. 3. 160

Ordo Canonicorum S. Georgij in Alga, siue Azurrinorum à quo instituitur, & alia ibi. c. 4. 161

Ordo Canonicorum S. Saluatoris fundatur ibi. c. 27. 236

Ordo clericorum boni Iesu Rauennæ quomodo cœpit ibi. c. 5. 161

Ordo Clericorum hospitalariorum S. Spiritus de Saxia in Vrbe instituitur ibi. c. 6. n. 1. 162

Ordo clericorum regularium Theatinorum fundatur ibi. c. 7. 165

Ordo clericorum regularium S. Pauli decollati incipit ibi. c. 8. 167

Ordo clericorum colligentium orphanos fundatur ibi. c. 9. 169

Ordo clericorum societatis Iesu instituitur ibi. c. 10. 171

Ordo clericorum congregationis oratorij de Vrbe incipit ibi. c. 11. 179

Ordo

Ordo clericorum oblatorum S. Ambrosij Mediolani à quo fundatur ibi. c. 12. nu. 1. 182

Ordo clericorum hospitalitatis adiuuantium agonizantes instituitur cap. 13. 183

Ordo clericorum regularium minorum instituitur cap. 14. 184

Ordo Camaldulensium fundatur ver. monasteria c. 40. nu. 1. 261

Ordo Cistertiensium à quo cœpit ibi. c. 42. 268

Ordo Carmelitarum fundatur ibi. cap. 16.

Ordo Carthusiensium instituitur ibi. cap. 41. 265

Ordo Cruciferorum incipit ibi. c. 22.

Ordo nuncupatus de buoni huomini incipit ibi. c. 31. 240

Ordo Grandimontensium fundatur ibi. cap. 43. 271

Ordo Gulielmitarum siue montis Virginis instituitur ibi. c. 44. 272

Ordo hospitalariorum nuncupatorum Ioa. Dei fundatur c. 33. 242

Ordo humiliatorum quando cœpit, & quando fuit extinctus ver. monasteria cap. 45. 275

Ordo heremitarum S. Augustini ab ipso fundatur ver. monasteria cap. 17. nu. 2. 296

Ordo heremitarum S. Hieronymi in Hispania fundatur ver. monasteria cap. 25. nu. 3. 228

Ordo S. Hieronymi in Lusitania ibi. n. 13. & 14. 231

Ordo S. Hieronymi in Italia restituitur ibi. nu. 15. & 16. 232

Ordo S. Hieronymi heremitarum nuncupatus, à Petro Gambacurta quo tempore restituitur ibi. n. 17. 232

Ordo Iesutorum plantatur uer. monasteria c. 26. nu. 1. 238

Ordo militum hospitalariorum S. Ioa. Baptistæ militentium nuncupatorum fundatur uer. monasteria cap. 34. 244

Ordo militum Theutonicorum incipit ibi. c. 34. 246

Ordo militum S. Iacobi in Hispania quo tempore instituitur ibi. c. 36. 247

Ordo militum S. Lazari Hierosolymitani fundatur ibi. c. 38. 254

Ordo militum Calatrauensium in Hispania fundatur c. 49. 279

Ordo militum Alcantarensium instituitur ibi. c. 50. 284

Ordo militum Iesu Christi fundatur ibi. c. 52. 286

Ordo militum S. Stephani instituitur ibi. c. 53. 286

Ordo monachorum S. Basilij quo tempore cœpit ver. monasteria cap. 16. nu. 1. & 2. 190

Ordo monachorum S. Basilij Ianuæ sub B. Dominici norma uiuit ibidem cap. 20. 216

Ordo monachorũ S. Benedicti fundatur ver. monasteria c. 39. n. 1. p. 255. In

Hispa-

Hiſpania reſtituitur ibi. nu.2.& ſeq. 258
Ordo monachorum Cęleſtinorum incipit c.47.n.1. 277
Ordo montis oliuarum fundatur ibi.c.48. 278
Ordo monialium S. Claræ quo tempore cœpit c.54.n.4. Conceptioniſtarũ ibi.n.5. Tertiariarum ibi.n.7. 289
Ordo minimorum S. Franciſci de Paula incipit ibi.c.55.n.1. 300
Ordo minorum S. Franciſci inſtituitur c.54. 288
Ordo Capuccinorum fundatur ibi.n.14.& ibi.uide de Cõuentualibus. 292
Ordo Prædicatorum à B. Dominico inſtituitur ibi. c.18. 19. 201
Ordo Premonſtratentium inſtituitur ibi. c.26. 235
Ordo SS. Trinitatis redemptionis captiuorum plantatur ibi.c.22. 220
Ordo S.Pauli primi heremitæ in lucem prodijt ibi.c.24. 225
Ordo S. Mariæ de mercede redemptionis captiuorum inſtituitur ibi. cap. 37. 251
Ordo Syluęſtrinorum incipit ver. monaſteria c.46. 276
Ordo ſeruorum beatæ Mariæ inſtituitur ibi.c.21. 217
Ordo Sierre de oſſa in Luſitania qualiter cœpit ibi.c.25.n.3. 226
Ordo Vallis Vmbroſę plantatur ibi.c.41. 263

P

Pactum de recipiendo aliquem in monachum,ſi pecunia interuenit, nullum eſt ver. ingreſſi c.1.n.6. 6
Pactum ab ingrediente religionem appoſitum,vt liceat retinere bona, vitiatur, ſi ex interuallo apponatur, ſed profeſſio firma remanet ver. ingreſſi c.14.nu.1. ſi per viam modi idem eſt ibi. n.2. ſi ſub conditione,& in vſum tantùm,& nudam adminiſtrationem poteſt intelligi, valet cum profeſſione ibi. nu.3. ſi per viam conditionis & pleno iure,nullum eſt, ſed profeſſio firma remanet ibi. n.4. & 15. 134 & 138
Pactum vt quis efficiatur monachus pro conſequenda Abbatia nullum eſt, & profeſſio tenet ibi.nu.5. 138
Pactum de ſuccedendo inter viuos, quod aliàs non tenet, validum eſt ſi fiat cum Eccleſia ver. ſua c. 10. nu. 13. 431
Pactum irritum cum monacho in venditione rei, tenetur monaſterium ſeruare ver.ſua c.11.n.22. 446
Parentes filios religionibus offerre poſſunt vſq; ad legitimam ætatem ver. ingreſſi c.6. n.45. 54
Pater non habet vſumfructum in bonis filij, quæſitis poſt ingreſſum religionis ver. ſua c.15.n.9. nec in bonis à principe donatis ibi.n.10. vel quãdo à teſtatore, aut donatore prohibitum eſt, ne vſusfructus trãſeat in patrem nu.11. nec in bonis filij clerici nu. 12. 502
Pater in Regnis Hiſpaniæ filios grauare poteſt in tertia parte bonorum,& aliquem ex filijs meliorare, deducta etiam quinta parte uer. ideoq; cap. u. n. 75. 537
Pater abſq; cauſa uotũ filij impuberis irritare poteſt abſq; peccato uer. ingreſſi c.6. nu.30. 49
Pater non poteſt irritare uotum filij ſine peccato, cùm aut ab initio cõſenſit, aut ratum habuit, licet filius non ſeruando non peccet ibi. nu. 33. Item nec poteſt ſi ſciuit poſt pubertatem, & illo tempore uult reuocare aduerſus Caietanum ibi.nu.35. 50
Pater reuocare poteſt ingreſſum filij ante pubertatem, dummodo ſtatim faciant preſentes,& abſentes infra annum ibi.n.37. 50
Pater quare poteſt irritare ingreſſum filj ibi.n.39. 51
Pater ſi fiat monachus,qualiter, & quando bona inter filios diſtribuere poteſt uer.ſua c.3.n.1. 373
Pater non poteſt grauare filium in legitima, nec per fideicommiſſum ibi.nu. 7. poteſt tamen ſuccedentes ab inteſtato n.8. 373
Pater non tenetur legitimam aſſignare filijs,etiam in caſibus in quibus tenetur emancipare ibi.n.11. 374
Pater cogi non poteſt filio condemnato legitimam aſſignare ibi.n.24. 379
Pater tenetur filijs naturalibus aliqua bona pro alimentis relinquere ex æquitate Canonica ibi.nu.25. 379
Pater non poteſt religionem ingredi,niſi filij cõmodè uiuere poſſunt uer. ingreßi c. 6. nu.66. etiam in mediocri neceßitate nu. 67. etiam ſi uotum ingrediendi feciſſet nu. 68. 63
Patris auctoritas non requiritur in his quæ ad Deum pertinent; quod pluribus firmatur auctoritatibus uer.ingreßi c.6.n.56. 57
Patria poteſtas publici iuris eſt uer. ingreßi c.6.n.62.p.62.& per ingreſſum monaſterij tollitur uer. ſua c.3. n.17. 376
Patre ingrediente religionem incapacem, filius ad ſucceßionem ſtatim admittitur uer. ſua c.3.n.26. 379
Paupertas magis ſubſtantialis eſt in monacho, quàm proles in matrimonio uer.ingreßi c.14. n.25. 146
Paupertas multum eſt commendanda uer.ſe c.3.n.1.homines perfectos reddit n.2.eius profeſſores regnum Dei uiolenter rapiunt n.3.maximum bonum eſt nu.4. Sapientię eſt reparatrix n.5. probat hominem nu. 7. placet Deo nu. 8. ad cœlum ducit nu. 9. ſed non omnis paupertas laudatur nu.23. 348

Paupertas religionum summa est ibi.nu.31 335
Paupertatem Socrates seruauit ver. se c. 3.nu.16. 352
Paupertatis professores Dijs similes dicebat Socrates ibi.n.18. 352
Paupertatis plures sunt gradus ibi.nu.25.usq; ad nu.31. 355
Pauperum distinctio facienda est ver. se c.3. n.24. 354
Peculium aduentitium,in monasterium transit quoad proprietatem tantùm viuente patre ver. sua c.4 n 4. 381
Peculium castrense, uel quasi,in monasterium transit ibi. nu. 1. Peculium fictitium non transit ibi. nu. 2. ead.
Pecunia legata clerico pro missis dicendis,ipsi non acquiritur, quando contemplatione Ecclesiæ est legata ver. ideoq; cap. un. n.5. 532
Pecunia sponte oblata monasterio,siue ante, siue post receptionem monachi, iure licito illi acquiritur ver. ingressi c.1.n.9. 70
Petrus Antonius Spinellus Societatis Iesu laudatur uer. monasteria c. 10. nu. 27. 179
Pœna offensi quæ ex statuto venit applicanda hæredibus illius,si offensus sit monachus cui applicetur ver. sua c.13. n.46. 477
Percussiones letales nemo expectare tenetur ver. ingressi c.12.n.20. 117
Persona recipiens ad professionem,debet esse talis quæ possit incorporare religioni ver. ingressi c.5.n.2. 36
Pia causa detrahit falcidiam à legato piæ causæ relicto, sed nos contra ver. sua c.13. n.32. 473
Philosophi propter scientias adipiscendas paupertatem professi sunt uer. se c. 3. nu.6. 349
Philippus Nereius congregationis oratorij de Vrbe auctor laudatur ver. monasteria c. 11.n.3. 180
Polidorus Constantini laudatur ver. sua c. u. n.11 443
Potestas irritandi uotum filij, patri solùm concessa est ver. ingressi cap. 6. nu. 51. 57
Potestas uendendi filios ob famem, patri solùm competit ibi.n.50. 56
Potestas offerendi & reuocandi filios à religione, parentibus competit,patriæ potestatis uigore,non iuris naturalis. uer. ingressi c.6.n.48. 55
Pontifices templi abstinebant ab vxoribus sacrificij tempore ver. se cap. 2. nu. 9. 345
Possessionis plura commoda summatim vide in uer. ipso ingressu cap. v. nu. 25. & pluribus seq. 313
Prælatus in dispensatione non considerat personam, vt personam, sed vt membrum Ecclesiæ uer. dedicant Deo cap. u.n. 13. 512
Prælati summo Pontifici immediatè subiecti,ad religionem trãsire non possunt

sunt absq; eius licentia ver. ingressi c 10. n. quod fallit nu. 7. 97
Præmonstratensium ordinis origo ver. monasteria c.25. nu 1. 235
Præcarium constitutum vt usque ad tale tempus reuocari possit, firmum remanet, & pactum nullum est ver. ingressi c.14. nu. 16. 143
Principis confirmatio actum inualidum etiam ex certa scientia illum non validat, quod tanquam validum confirmauit uer. ingressi c.6. n.36. 50
Primogenitus iure diuino duas partes consequitur ver.sua c.6.n.4. 497
Primogenitus iure Hispaniarum nihil plus habet ceteris fratribus, nisi ex testatoris dispositione, uel antiqua præscriptione ibi. nu.5. ead.
Primogenium quid sit vide ibi. nu.2. ead.
Priuilegium concessum clerico triennio studẽti iuri ciuili, non intelligitur de continuo ver.ingressi c.4. n.17. 34
Priulegia concessa militibus armate militiæ,extenduntur ad milites inermis militiæ uer. ideoq; c. u. nu. 20. 524
Priuilegiatus si cum alio priuilegiato cõcurrit,conquassantur priuilegia uer. sua c.13.n.30. 473
Priuilegiatus in specie,vtitur priuilegio contra priuilegiatum in genere ibi. nu. 31. ead.
Probatio religionis ad quid ordinetur ver. ingressi c.1.n.21. 10
Probatio debet professionem præcedere ver. ingressi c.4.nu.1. 31
Probationis tẽpus aliud datur in incognito, aliud uero in eo qui est cognitus ibi.nu.2. ead.
Probationis tempus anno uno clauditur ibi. nu.4. quo finito admittendi sunt ad professionem,uel eijciendi ibi. n.7. fallit in clericis Societatis Iesu nu. 8. 32
Probationis annus potest constitui interpellatis temporibus, sed nos contra ibi n.9. 33
Prodigus in monasterium trãsfert bona sua uer.sua c.5.n.12. 388
Prodigus & minor æquiparantur ibi.n.13. ead.
Professio metu facta,irrita est ver. ingressi c.12.n.1. pag. 114.& nulla ipso iure,sicut matrimonium carnale nu.5.etiam in religione incerta de certis nu.27. 118
Professio in dubio ualida præsumitur ibi.c.12.n.35. 121
Professio metu facta non irritatur,cùm professioni uouens consentit ibi. nu. 29. 118
Profeßio dolo monachorum facta nulla est ver. ingreßi c. 13. nu. 1. fallit si inducitur ad ingrediendum religionem in genere ibi.n.11.vel cùm dolus committitur ab alio quàm ab Abbate ib. n.12. 126
Profeßio fit in genere generalißimo, in genere subalterno, & in specie uer.

ſua cap. 6.nu.1. 393
Profeßio ante 16. annum facta nulla eſt ex Trid. concilij diſpoſitione ver. ingreßi c.6.nu.17. 44
Profeßio ante annum facta non tenet ibi.c.4. nu.6. 32
Profeßio dolo facta cum bonorum dedicatione tenet, ſed nos contra ibi. c. un. nu. 15.
Profeßio quid ſit, & hæc tacita & expreſſa ver. ingreßi c.2.n.1. 19
Profeßio tacita inducitur ex euidentibus ſignis ibi.c.2.n.2.item per delationem habitus monachalis per annum ibi. nu.3. & alijs modis de quibus vide in numeris ſeq. 19
Profeßio expreſſa qualiter fiat ibi.c. 3.n.1. 27
Profeßio nulla eſt forma ſcripta, non ſeruata, ſed nos contra, dummodo obedientiæ votum exprimatur n. 2.& 7. 28
Profeßio ualida eſt ſi quis religionis propoſitum inuiolatè ſeruaturum aſſerat ibi. nu.5. 29
Profeßio ſolennis ut teneat, requiritur perſona quæ illam recipiat ut inducatur reciproca obligatio ibi. c.5. n.1. 35
Profeßio recipi poteſt ab aliquo particulari, dummodo Abbatis & capituli mandatum præcedat, & ratihibitio ſubſequatur ibi c. 5. nu.3. poteſt etiam recipi à ſolo Abbate, ſi ad hęc extet conſuetudo ibi.n.4. & alia concurrant de quibus in numeris ſeq. 36
Profeßio ſolennis religionis ut teneat, requirit habilitatem perſonæ vouentis ver. ingreßi cap.6. n.1. 41
Profeßio expreſſa, à tacita in quibus differat uer.ingreßi c.3.n.8. 29
Profeſſus aliquam religionem animo promittendi, non autem ſeruandi, tenetur aliam religionem ingredi ver. ingreßi c.2.n.11. 21
Profeſſus religionem animo proferendi illa uerba tantùm, non tamen obſeruandi promißum, non tenetur ad uotum ratione voti, ſed ratione ſcandali in foro conſcientiæ ibi.n.12. ead.
Profeſſus animo promittendi & profitendi uota ſolennia, non autem ſe obligandi, ſciens homines poſt profeßionem obligatos remanere, obligatus remanet ibi. nu.14. 22
Profeſſus tacitè quis dicatur ver. ingreßi c.2.n.23. 23
Profeſſus ordinem monachatus generaliter, profeſſus dicitur ver. ingreßi c. 3. nu.4. 29
Profeſſus dicitur qui regulam ſeruare promittit, uel uiuere ſecundum regulam, uel obedientiam regulæ ibi.n.6. ead.
Profeſſus in manibus alterius quàm Abbatis, aut conuentus, obligatur uoto ſimplici uer. ingreßi c.5.n.9. 37

Profeſ-

Profeſſus infra annum in ordine mendicantium ſi matrimonium contrahat, illud tenet ver. ſua c.2. n.13. 370
Profeſſorum actibus immiſcere ſe dicitur, cùm oblationem offert cum profeßis ver. ingreßi c.2. n.31. & alios actus facit qui uidentur ibi. in numeris ſeq. 26
Profitens non promittit omnimodam obedientiam, ſed ordinatam ſecundũ regulam ver.ſe cap. 1.nu.41. 335
Prohibitio alienationis rei, non comprehendit legitimam uer.ſua c.12.n.53. pag. 460. nec extenditur ad bona quæ ipſe prohibens alienat ibi. nu. 54. uel quando Princeps licentiam alienandi concedit ibi.n.55.item in locum bonorum prohibitorum alia æquè bona ſubnecterentur ibi. nu. 56. aut ſi cauſa neceſſaria ſubeſſet proueniens ex facto prohibentis nu. 57. Item quando pro dote uel donatione per nuptias alienantur ibi. nu. 58. aut ſi per ſententiam bona à poſſidentibus euincerentur ibi. nu. 59. Idem in præſcriptione n.60. permittitur etiam alienatio quando pro debito in carceribus detineretur poſſeſſor, & pro alimentis ibi.n.61.vel ſi res immobilis, infructuoſa eſſet ac ſterilis, aut ſi proximus ſucceſſor conſentit alienationi ibi. nu.63. Item pro redemptione captiuorum ibi. nu. 64. p. 462. uel ſi extarent bona mobilia inutilia, & quę ſeruari non poſſent ibi.nu.65. 461
Prohibitio alienationis inter contrahentes facta non impedit dominij tranſlationem, ſed prohibenti competit condictio ob cauſam ut actio intereſſe uer. ſua c.12. n.29. 455
Prohibitio alienationis rerum à teſtatore fit tacitè & expreßè ibi. cap. 12. nu.1. 451
Prohibitio alienandi ſimpliciter facta, nõ excludit hæredis inſtitutionem ibi. cap.12.nu. 4. Item ſi eſſet facta hæredi, & ſucceſſoribus ibi.n.5. ead.
Prohibitio hęredi facta ad uitam, non excludit hæredis inſtitutionem uer.ſua ca. 12.n.6. 452
Prohibitio facta hæredi ultra illum non extenditur ibi.n.8. ead.
Prohibitio facta filio ad nepotes non extenditur ibi.n.9. ead.
Prohibitio facta extra perſonas de familia, tenet quoad exteros tantum ibi. nu. 13. ead.
Prohibitio facta ne bona alienentur extra familiam, extenditur uſq; ad quartum gradum ibi.n.14. 453
Prohibitio alienationis extra familiam eſt perpetua ibi.n.15. ead.
Prohibitio realis perpetua eſt ibi.n.23. 454
Prohibitio alienationis à teſtatore facta ſine cauſa, uel adiectione perſonæ, non impedit tranſlationem dominij ibi.nu.27. 455

Prohibita alienatione rei a lege, dominium non transit, & alienatio non tenet ibi. nu.25. 454
Prohibita ad tempus sunt post illud permissa ibi. nu.7.
Prohibitus alienare verus dominus est ver.sua c.12.n.24. ead.
Prohibitus alienare extra familiam,non prohibetur filiam nuptam instituere ver. sua c.12. nu.3. 451
Prohibitus alienare, non est prohibitns,hæredem ab intestato succedentē instituere ibi. nu.2. ead.
Prohibitus alienare in Ecclesiam,non potest illam instituere ibi.n.36. 457
Prohibitus alienare in casibus quibus potest hæredem instituere, poterit in Ecclesiam transferre ibi. n.35. ead.
Prohibitus alienare,non potest rem prohibitam alienari habere pro derelicto ibi. nu. 42. nec potest fideiubere in contractu alienationis rei prohibitæ ibi. n.43. nec ad longum tempus locare n.50. nec rem in emphiteusim concedere nu. 51. 459
Proijciens merces in mari non abdicat à se illarum dominium ver. ingressi c. 12.n.7. 115
Proprium quis dicatur habere uer. se c.3.n.32. 355
Proprietarius non dicitur qui superiore consentiente aliqua possidet, dummodo sit ad incertum vsum, reuocabilem ad nutum Abbatis ibi. num. 34. 356
Proprietarius qualiter punitur in vita ibi. n.68. & qualiter à D. Gregorio punitur ibi.n.64. 361
Protestatio cōtraria facto, illa dicitur quæ aduersatur facto ad illud tollendū ver. ingressi c. 2.nu.21. 23

Q

Qvi vult causam, uult effectum necessariò consequentem ver. ingressi c.2.n.15. 22
Qui vult sacris initiari, uult etiam castitatis uoto consequenter obligari cap. 2. nu.16. ead.
Quæ specie Dei aguntur, non subsunt legi ver. sua c.5. n.7. 387

R

Recedenti à monasterio post annum completum,non datur alius annus ad probandum si reuertatur ver. ingressi c.4.n.19. 34
Receptans banditos biduo interpellatè,non tenetur pœna statuti pœnam imponentis biduò receptari ibi.n.10. 33
Receptio professionis fieri potest ab aliquo particulari, dummodo Abbatis, capituli mandatum præcedat uel ratihabitio subsequatur ibi.c.5. nu. 3. vel alijs concurrentibus de quibus ibi. in numeris seq. & in repertorio ver. professio. 36
Recipi non potest ad religionem aliquis post 16. annum nisi in capitulo generali uer. ingressi c.6.n.18. 44
Reformatio potest fieri à maiori parte cōuentus ver.se c.1.n.62. 339
Reformationem seruare quando monachi teneantur,& quando non ibi.nu. 62. & seq.
Reformandi monasteria modus optimus ibi.n.74. 342
Reformatè viuere volentibus,monasteriū assignandum est, ex plurium summorum Pontificum præcepto ibi.n. 73. ead.
Regula quòd non valet quod ago, ut ago, valet ut ualere potest,locum habet in votum ver. ingressi c.6.nu. 21. 46
Regula,utile per inutile non uitiatur, qualiter intelligatur ibi. cap. 14. nu. 11. 140
Regulæ iuris tenaciter sunt obseruandę ver.sua c.3.n.20. 377
Regula quòd taciti, & expressi eadem sit virtus,locum habet quando interpretationi legis relinquitur ver.sua c. 13. nu.17. 469
Regularis non dicitur nisi aliquam regulam approbatam specialiter profitea tur ibi.c.8.n.3. 424
Relictum monasterio pro alimentis monachi ualet, uer. ingressi cap. 1. nu.7. 6
Relictum monacho sub mentione monachatus,monasterio videtur relictum ver.ipso ingressu c.v.n.95. 321
Religio ex quo censeatur nobilior ver. ingressi c.9. n.23. 83
Religio omnis, tempore frigescit ver. monasteria c.1.n.25. 154
Religiones quæ animarum saluti studeant,ceteris sunt præstantiores ver. ingressi c.9. nu.14. 81
Religionis perfectio duplici ex capite prospicitur ver. ingressi c.9.n.20. 83
Religionis nobilior finis,in transitu ad aliam religionem considerandus est ibi. nu. 25. 83
Religiones si conueniunt in fine media nobiliora sunt inspicienda ibi. num. 26. 83
Religiones ipso nascente mundo institutæ fuerunt ver. monasteria cap. 1. nu.1. 148
Religiones verè à Christo Domino nostro exordiū habuere ibi.n.10. 149
Religiones in AEgypto plurimū auctæ fuere,deinde in Africa, & in Europa ibi.

pa ibi.nu.23. 154
Religiones bona in communi retinere possunt, neque id de perfectione minuit ver. se c.3.n.70. 361
Religionis laudes uer. monasteria c. 1. n.14. 151
Religionem relaxatam ingrediens, si illa reformetur, tenetur ad illius obseruantiam ver. se c.1.n.6. 369
Religionum antiquitas pluribus comprobatur exemplis & auctoritatibus ver. monasteria c.1.n.1. & seq. 148
Religiosus non dicitur nisi perpetuò in religione permanet ver. ingressi c. 1.n.32. 13
Religiosus vt quis efficiatur, tria regulæ substantialia debet profiteri in aliqua ex approbatis religionibus ibi.n.33. 13
Religiosus duppliciter accipitur, ut in uia, & ut in facto esse ibi.nu.35 13
Religiosus effici quis non potest post 16. annum nisi in capitulo generali, uel prouinciali, & alijs solennitatibus de quibus ver. ing.c.6. n.18. 44
Religiosè uiuendi modum per Ezechielem ostendit dominus ver. monasteria c.1.nu.9. 149
Religiosi vitæ mixtæ ad solos Carthusienses transire possunt ver.ingressi c.9. nu.33. 85
Religiosi reformati & obseruãtes omnium bonorum sunt causa ver. se c. 1. nu.72. 342
Religiosorum primitiuæ Ecclesię habitus ver.monasteria c.1.n.22. 154
Religiosorum clericorum conuentus Mediolani erat Augustini tempore ibi. n.24. 154
Religiosorum triplex est status ver.ingressi.c.9. nu.1. 77
Religiosorum quatuor species distinguntur quibus sum. Pontifex licentiam testandi solet concedere ver. ideoque c.v. n.34. 529
Renuntiatio beneficij in infirmitate facta de qua moritur infra 30. dies non tenet ver.sua c.13.n.39. 475
Res cuius ius disponentis morte extinguitur, non transit in hæredem ver. sua c.12.n.22. 454
Res integra quando esse dicatur ibi.c.14. nu.27. 489
Res Deo consecrata non potest in alienos vsus conuerti ver.dedicant Deo c. vn. nu.1. 508
Res quæ sunt extra commercium, transeunt cum vniuersate ver. sua c. 12. nu. 21. 454
Res prohibita alienari in potentiorem, non transit in Ecclesiam ibi.c. 12. nu. 33. fallit si simpliciter alienatio est prohibita ib.n.34. 456
Res prohibita alienari in Ecclesiam, non transit quando testator in specie prohibuit illam Ecclesiam ver.sua c.12. n.39. vel quando prohibitio facta est fauore aliarum personarum quæ ab initio institutionis sunt vocatæ ibi. nu. 40. Item si dictum est vt bona conseruentur in familia ibi. num. 41. 457 & 458
Retentio bonorum in communi nihil de perfectione minuit ver. ingressi cap. 11. nu.9. 104
Rectores hospitalium, nec in uita, nec in morte donare possunt ver. ideoq; c.un. nu.52. 532
Reuocatio bonorum propter dolum in professione adhibitum ex casu, procedit quando ad hunc finem est adhibitus uer. sua c.11.n.23. 448
Romani nobiles beato Benedicto pueros in religionem educandos trahebant uer. ingressi c.6.n.44. 52

S

Sacerdotes Aegyptij arctißimum uitæ institutũ debebant uer.monasteria c. 1. nu 8. 149
Sacramenta nõ subsunt iuditio Ecclesiæ ut mutari possit substantia uer. ingressi c.6. n.8. 42
Samuel prophetarum conuentum instituit, quos Hieronymus Monachos appellat uer. monasteria c.1.nu.4. 148
Scrupulosus si in uehementem carnis concupiscentiam incurrit, subita occasione, & animo pacato pœnitet, non peccat mortaliter uer. ingressi c. 12.n.49. 124
Secundus gradus substitutionis non admittitur, donec primus admitti possit uer. ipso ingressu c.u.nu.97. 321
Seth tertius Adami filius, religionis exemplar fuit uer. monasteria cap. 1. nu.2. 148
Seruus ante triennium ad professionem admissus remanet monachus, sed monasterium tenetur domino pretium soluere uer.ingressi c.7. n.7. si tamen falsis probationibus fuit admissus, domino restituitur, sed priuilegiũ retinet clericale ibi.n.8. 66
Seruus ab ordinibus repellitur ibi nu.12. 67
Seruus clericus effectus reuocatur à domino infra annum ibi.n.5. 66
Seruus habitus pro derelicto non acquirit domino uer.sua c.6.n.46. 410
Seruus uouere non potest si domini seruitium retardatur uer. ingressi c. 7. nu.9. 67
Seruus religionem ingredi non potest ibi. n.1. & infra triennium à domino reuocatur n.2. quod tempus à die scientię computatur nu.3. 66
Siluestrinorum ordo à quo institutur uer. monasteria c.46.n.1. 276
Sixtus V. & Pius V. Pontifices maximi laudatur uer.sua c.6.n.64. 415

Sponsa

Sponſa per uerba de preſenti ui cognita à marito, religionem poteſt ingredi uer. ingreſſi c. 11. nu. 10. ſi tamen cognita ſit in termino dato ad profitendum, religionem poteſt ingredi ibi. n. 11. 104
Socrates paupertatem ſeruauit uer. ſe c. 3. n. 16. 352
Solennitas uoti eſt ab eccleſia inſtituta uer. dedicant Deo c. u. n. 17. 513
Status religioſorum quibus aliqua portio panis & uini, ac rerum particularium aſſignatur pro eorum neceſſitatibus, ſiue ſit annua, uel menſtrua, aut quotidiana, non eſt damnabilis uer. ſe c. 3. n. 45. 357
Statutum eximens à carceribus illos qui per annum permanſerunt, non prodeſt illis qui interpellate tanto tempore fuerunt uer. ingreſſi cap. 4. num. 11. 34
Statutum quòd in monaſterio detur monachis aliqua portio pecuniæ pro ueſtibus, ualidum eſt uer. ſe c. 3. nu. 40. 357
Statutum quo pater cogitur legitimam ſoluere pro delicto filij iniquũ eſt uer. ſua c. 3. n. 12. 374
Statutum prohibens alienationem fieri in non allibratum, impedit hæredis inſtitutionem uer. ſua c. 12. n. 20. 453
Statutum quòd monachus excludatur à ſucceſſione agnatorum tenet ibi. c. 13. nu. 15.
Statutum contra monaſterium diſponens nullum eſt ibi. n. 22. 469
Statuto extante quod fœmina maſculis exiſtentibus excludatur, frater ordinis minorum illam non impedit ſuccedere, ſed ſi poſtea factus ſit monachus religionis capacis, re integra illam excludit uer. ſua c. 6. n. 33. 407
Subſtantialia matrimonij ſunt fides, ſacramentum, & proles uer. ingreſſi cap. 14. nu. 22. 146
Subſtantialia religionum ſunt Caſtitas, obedientia, & Paupertas ibi. num. 23. 146
Subſtitutus pupillo ſi ingrediatur ordinẽ minorum, & tẽpore mortis pupilli reperiatur monachus admittitur ad ſucceſſionem uer. ſua c. 6. n. 31. 47
Subſtitutus in caſu ſi hæres ſine liberis deceſſerit, excluditur per ingredientẽ monaſterium capax, quod aſſenſerat donationi matri factæ ver. ſua cap. 13. nu. 10. 467
Subſtitutus quibus caſibus excludatur & quibus non, per monaſterium quod ingreſſus eſt inſtitutus vide latè ibi. per totum & in repertorio litera m.
Subſtitutus illi qui monaſterium ingreſſus eſt, non admittitur ſi à religione inſtitutus exiret apoſtatando ibi. n. 34. 473
Succedendi ſpes ante mortem, quæſita uerè non dicitur ver. ſua cap. 6. nu. 13. 401
Subuentio quæ debetur à Vaſſallo pro filia maritanda, debetur etiam pro filia monacanda uer. ingreſſi cap. 1. n. 46. 16
Summus Pontifex an poſſit diſpenſare in uoto Caſtitatis, & paupertatis latè diſputatur ver. dedicant Deo c. uni. n. 2. & ſeq. 509
Summus Pontifex non poteſt duriorem uitam monachis imponere, ſed illis annus probationis eſt dandus ver. ſe c. 1. n. 71. 341
Summus Pontifex non poteſt diſpenſare in matrimonio rato & non conſumato uer. dedicant Deo c. uni. n. 4. 510
Summus Pontifex non poteſt diſpenſare in matrimonio conſumato ibi. num. 6. 510
Summus Pontifex teſtandi licentiam monacho concedere poteſt uer. ideoq; c. un. nu. 32. 528
Summus Pontifex qui fuit monachus teſtari non poteſt ſed nos contra ibi. nu. 34. 529
Summi Pontifices aliqui ſtatuerunt ut in qualibet prouincia cuiuſlibet ordinis, monaſteriũ aſſignetur nolentibus reformatè uiuere uer. ſe cap. 1. num. 73. 342

T

Tempus reuocandi ſeruum religionem ingreſſum triennio durat ver. ingreſſi c. 7. nu. 2. quod à die ſcientiæ computatur nu. 3. 66
Temporis mentio accipienda eſt de continuo ibi. c. 4. nu. 14. fallit fauore libertatis ibi. nu. 15. Et in materia fauorabili nu. 16. uel ubi eſt eadem ratio ibi. nu. 18. 34
Teſtamentum factum ante ingreſſum monaſterij, in quo hæres extraneus inſtitutus eſt, an rumpatur per religionis ingreſſum uide ver. ideoq; cap. v. nu. 65. 534
Teſtamentum in quo filius hæres inſtitutus eſt, per ingreſſum religionis non rumpitur uer. ideoq; c. vni. n. 66. 536
Teſtator prohibere poteſt alienationem in Eccleſiam ver. ſua cap. 12. num. 37. 457
Teſtator qui ſubſtituit filio in caſu quo ſine liberis deceſſerit, oculos habuit ad filios & ad monaſterium ibi. c. 13. n. 7. 466
Teſtator ubi ſe gloſauit in uita non eſt recurrendum ad gloſam legis ibi. nu. 13. 469
Teſtator prohibere poteſt heredem, ne aliquam religionem particularem ingrediatur ibi. nu. 24. 471
Teſtatoris expreſſa uoluntas conſideranda eſt, ut ſubſtitutus excludatur ibi. nu. 18. 470

Titulus Abbatis Cassinensis uer. monast. c. 39. n. 10. 258
Transiens proprio arbitrio non est tutus in foro animæ nec qui licentiam concedit uer. ingressi cap. 9. num. 49. 88
Transire cũ licentia dicitur qui illam obtinuit ibi. nu. 44. pag. 87. & quando præsumatur concessa licentia nu. seq. & quid requiratur in trasceundi licentia num. 50. 88
Transire ad religionem liberè potest qui spiritu Dei ducitur ibi. nu. 36. & in dubio præsumitur spiritu Dei ductus num. 39. 86
Transitus ad laxiorem est expresso iure prohibitus; quod author. diui Bernardi elegantissimè confirmatur ibi. nu. 74. pag. 88. permittitur tamen cùm non est adhuc professus num. seq. uel cùm religioni in genere est obligatus nu. 75. & cæteros casus uide in nu. seq.
Transitus ad religionem perfectiorem non est semper permissus aliquibus concurrentibus ibid. nu. 35. 85
Transitus licitus est de religione uitæ actiuæ simplicis ad uitam contemplatiuam, uel mixtam ibi. nu. 31. pag. ead. item licitus est à uita contemplatiua ad mixtam num. seq.
Transitus licitus est de imperfectiori ad perfectiorem ibi. nu. 27. 83
Transitus datur de religione arctiori in actu externo ad aliam nobiliorem in actu interno licet minus arctam ver. eodem nu. 24. ead.
Tutores & curatores & testamentorũ exequutores religionem ingredi non possunt etiam finito officio, dummodo sit eis mota quæstio uer. ingressi cap. 8. nu. 2. 69

V

Vallis vmbrosæ ordo à Beato Ioanne Gualberto instituitur quomodo & quando ver. monasteria cap. 41. nu. 1. 263
Vassallus non perdit feudum illud alienando, quando possessio apud ipsum remanet ver. ipso ingressu cap. un. nu. 82. 319
Vassallus feudum possidens, si inuestituram petat quando dominus neget, per suum iuramentum obtinet ibi. nu. 91. 320
Vassallus sex tenetur præ oculis habere uer. sua cap. 14. nu. 9. 483
Vestis potest dici propria monachi uer. ipso ingressu se c. 3. n. 39. 356
Vincentius de Franchis sacri Neapolitani Prætorij Præfectus laudatur uer. sua cap. 13. nu. 9. 467
Vim aut metum inferentes ad professionem faciendam sunt excommunicati ver. ing. cap. 12. nu. 4. 114
Vis quid sit ibi. nu. 2. 114
Vita actiua mixta fructuosior est uita contemplatiua ibi. c. 9. n. 17. 81
Vita actiua quæ ex contemplatione descendit, periculosior est uita contemplatiua ibi. 16.
Vita actiua ex contemplatione descendens cæteris præstantior est ibi. n. 3. 77
Vita actiua inferior est contemplatiua ibi. n. 2.
Vita militię quæ debetur per feudatariũ datur ex fructibus feudi uer. sua c. 14. nu. 47. 494
Votum religionis obligat ad tenendum ad perfectionem uer. ingressi cap. 9. nu 28. 83
Votum requirit plenam deliberationem uer. ingress. cap. 12. n. 46. 114
Voto quod quis subito reuocauit non videtur plene consentire ibi. n. 50. 124
Votum in dubio non præsumitur, nec in eis est facienda lata interpetratio nu. seq.
Voluntarium militem vult Deus ver. ingressi c. 14. n. 19. 145
Votum sub conditione emissum non est implendum nisi conditio fuerit purificata ibi. nu. 21. 146
Votum impuberum à patre reuocatum extinguitur, ita ut non teneatur ante legitimam ætatem implere, etiam si habuerit animum adimplendi post pubertatem uerb. ingressi cap. 16. nu. 31. 48
Votum simplex cui minor 14. annis obligatur à parentibus & tutoribus irritari potest quod generale est in omnibus votis ibi. num. 26.
Votum est lex particularis ibi. cap. 2. nu. 18. 22
Vouens timore mortis & naufragij etiam ad uoti obseruantiam tenetur uer. ingress. cap. 12. nu. 31. 119
Vouens minus bonum potest illud commutare in maius bonum sine dispensatione ibi. cap. 9. nu. 29. 83
Vouens ingredi religionem in genere si eligit asperrimã quam ferre non potest non satisfacit voto si exeat ver. ingressi c. 1. n. 41. 14
Vouens si religionem ingrediatur & tanquam incorrigibilis expellatur castitatem in seculo tenetur seruare ibi. nu. 42. 15
Vouens ingredi religionem non satisfacit uoto nisi profiteatur secundum canonistas sed contrarium tenent theologi ibi. nu. 14. 9
Vouens si intendit perpetuo in religione permanere tenetur profiteri n. seq.
Vouens ingredi qui non intendit perpetuo remanere non tenetur profiteri quod tripliciter potest contingere nu. seq.
Vouens cum libertate exeundi uel remanendi & sit animo probandi non tenetur nu. seq.
Vouens simpliciter nihil amplius cogitans non tenetur perpetuò remanere ibi. nu. 18. 10
Vouens simpliciter si intrat ut statim exeat non satisfacit uoto nu. seq.
Vouens qui ingressus est & egreditur non satisfacit uoto si nullam rationem afferat

afferat ſed aliquam debet afferre ex enumeratis infra ibi. n. 22.
Vouens nullam rationem tenetur afferre in foro eccleſiaſtico, ſed in foro conſcientie ibi. nu. 24. 11
Vouens in genere religionem ſi illam & locum eligit & non recipitur aliam tenetur perquirere non tamen eam in quam animum non habuerit uel ſit remotiſſima ibi. nu. ſeq.
Vouens ingredi religionem non ſatisfacit uoto ſi illam ingrediatur in qua regula non ſeruatur imo ſi illam uouerit abſoluetur à uoto n. 29. 12
Vouens fieri monachum tenetur omninò profiteri cuius contrarium tenet Caiet. quem ſequimur num. ſeq. & nu. 33. p. 13. & n. 36. 14
Vouens perſeuerare in religione tenetur profiteri ibi. nu. 37.
Vouens ingredi religionem in qua ſue conditionis homines non benè tractãtur non tenetur ad uoti obſeruantiam nu. 38.
Vouens ingredi religionem ſi repellatur ex eo quod gramaticę ſit ignarus tenetur diſcere ſi facultates ſuppetunt nu. 39.
Vouens ſi à religione repellatur non tenetur caſtitatẽ in ſæculo ſeruare n. 40
Vouens dominium & poſſeßionem in Eccleſiam transfert ſi in ultima uoluntate uouit ver. ipſo ingreſſu cap. uni. nu. 14. 310
Vouens ingredi religionem ipſo facto amittit feudum ſed contra tenemus uer. ſua c. 13. nu. 15. 485
Vſusfructus conſtitui non poteſt in re prohibita alienari uer. eod. cap. 12. num. 46. 458
Vſusfructus quem ingrediens habet tempore quo profitetur in monaſterium tranſit cap. 17. nu. 1. 500
Vſusfructus cedi non poteſt nec transferri de uoluntate ſecus de neceßitate ibi. nu. 3. 501
Vſusfructus transferri non poteſt quoadius ſecus quoad commoditatem nu. ſeq.
Vſusfructns finitur cum ciuilis mors per pœnam imponitur ibi. n. 6.
Vſusfructus quem pater habet in bonis aduentijs filij ipſo ingreſſu in monaſterium tranſit nu. ſeq.
Vſusfructus quem pater habet in bonis maioratus filij tranſit in monaſteriũ nu. ſeq.
Vſusfructus relictus monacho exiſtente in monaſterio in illud tranſit & morte finitur monachi ſecus ſi relictus eſſet contemplatione eccleſiæ ibi. nu. 13. 503

Imprimatur. Ardicinus Biandrà Vic. Gen. Neap.

F. Iacobus Ramirez Carm.

preſenta, que quien trabaja eſtando en la noche de la ignorancia, y en las tinieblas del peccado mortal no medra, ni ſus obras ſon de merecimiento para la vida eterna: y por eſto dixo el Real Propheta Dauid: Vana coſa es leuantaros antes de la luz. Como quien dize, antes que ſalga la luz de la diuina gracia, en vano ſerà todo vueſtro trabajo, porque ſin ella no podreys hazer obras dignas de luz. De donde ſacarè la miſeria grãde del peccador, que trabaja y no medra, canſaſe por peſcar toda la noche de ſu miſerable eſtado, y no ſaca prouecho alguno de merecimiento para la vida eterna, porque aun que peſque hazienda, honra, y regalo, todo eſſo es nada, y es trabajar muy en vano, pues al mejor tiempo le ha de faltar. *Pſal. 126.*

Lo tercero ponderarè, lo que harian eſtos ſiete Diſcipulos, viendo que no peſcauan pez alguno, porque lleuando ſu trabajo con paciencia, ſe acordarian de ſu maeſtro y de la falta que les hazia ſu preſencia, y es de creer que hablarian entre ſi miſmos de lo que otra vez les auia ſucedido en aquel mar con Chriſto nueſtro Señor, y ſoſpirarian por el, diziendole: O Maeſtro ſoberano donde eſtas, como nos dexas en eſte trabajo? Como no acudes à remediar nueſtra pobreza? Que marauilla ſi huyan los pezes de las redes, pues tu huyes de los peſcadores? Ven Señor y acercate a noſotros, porque con tu venida vendra tambien la peſca que deſſeamos. Eſtas palabras ô otras ſemejantes tengo de dezir en el eſpiritu quando viere que mi trabajo es ſin prouecho, confiando que ſere oydo, porque oye Dios el deſſeo de los pobres.

Segundo punto.

AL à mañana eſtuuo Ieſus en la ribera, aunque los diſcipulos no le conocieron, y preguntoles ſi tenian algun peſcado, reſpondiendo que no, dixoles: Tended la red a la dieſtra del nauio, y hallereys peſca. Hizieron lo aſsi, y no podian traer la red por la mucha dumbre de los pezes.

Aqui ſe ha de ponderar lo primero la charidad de Chriſto nueſtro Señor en acudir al conſuelo de ſus amados diſcipulos, aun-

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

aunque dandoseles a conocer poco a poco para que
se mas en prouecho la vista, y para esto se puso en la
quiso andar sobre las aguas, ni entrar en el nauio, pa
car que el estado que tenia despues de su Resurrection, era ella
ble y ageno de toda mutabilidad y alteracion ordenado para
viuir con perpetuidad en la tierra de los viuientes. y aunque sa
bia que no auian cogido pez en toda la noche, hizose de nue-
uas y preguntoles si tenian pezes, para prouocarlos con esto a
que conociessen su necesidad, y la poca parte que eran para re
coger pezes sin su ayuda, porque desseaua darsela luego. O li-
beralissimo Iesus, quede vezes llegas a nuestras puertas, y nos
Ioan 4. pides algo, no tanto por lo que hemos de darte, quanto por lo
que tu desseas darnos. Pides a la Samaritana que te dè vn po-
co de agua, porque tu desseauas darla el agua viua de tu gra-
cia. Pides que demos limosna al pobre, porque desseas dar limos
na muy copiosa al que se la diere. O si te diesse lo que me pides
con tu inspiracion, para que tu me diesses lo que desseas darme
con ella.

Lo segundo ponderarè como les mandò echar la red a la die
stra del nauio, para significar el prospero successo de aquella
pesca, que era figura de la pesca de las almas que hã de salir del
De la obe- mar deste mundo para la eterna bienauenturança, en virtud de
diencia. Christo que es la diestra de Dios. Y obedeciendo los discipulos
a este mandato, pescaron gran muchedumbre de grandes pe-
zes, para que se vea la efficacia de la obediencia, y quan gran
Pron. 21. verdad es lo que dize el Sabio, que el varon obediente hablara
victorias ganando muchas almas para Dios. Y es mucho de cõ-
siderar q̃ en la otra pesca conocio S. Pedro que Christo era elq̃
le mandaua echar la red, y obedeciendole dixo: *In verbo tuo laxa*
Luca. 5. *bo rete.* En tu palabra y por tu mandamiento tendere la red, pe-
ro esta vez no conocia que era Christo el que lo mandaua, ycõ
todo esso rindio su juyzio, y obedecio, y sacò gran pesca, por-
que gusta mucho Christo nuestro Señor de que obedezcamos
a toda humana criatura por su amor, y nos desnudemos de nue
stro proprio juyzio, y propria voluntad, por hazer la de los
otros en cosas donde no se ve peccado, y a vezes sucedera que
este Christo donde no pensamos que està, y que obedecien
al hombre, obedezcamos a Christo que habla por su boca, y nos
assegura que si tẽdemos la red hàcia tal parte, sacaremos pesca.

Por